

EPITOME

# IOANNIS

STOBÆI SE

SIVE LÓCO

ex Græcis autoribus numero

radi Gesneri ersionem (relectis prolixis Philo

sophorum disputationibus atque iis omni

bus que partim non ad rem, par

tim uerò non suo loco dicta ui

debantur) nunc pri

mum edita:

PER CONRADVM LYCO/

sthenem Rubeaquensem.

DE LA LIBRERIA

DEL REAL COLEGIO MAYOR

Reunido de Santa Cruz, y



Santa Catalina.

E. I. C. 10. N. 14.

Basileæ, apud Nicolaum Bryling.

Anno M. D. LVII.

*Del Colegio M.<sup>o</sup> y Real Uno  
628 Coa*



*de Salb...*

*el Ber...*  
No 1  
3-1

*A 4*  
*28*  
*372*

EPITOME  
IOANNIS

STOBÆI SEPTENTIARVM

SIVE LOCORVM

ex Græcis autoribus numero C. L. iuxta ultimam Con-

radi Gesneri uersionem (relectis prolixis Philo-

sophorum disputationibus atque iis omni-

bus que partim non ad rem, para-


tim uerò non suo loco dicta ui-

debantur) nunc pri-


mum edita:

PER CONRADVM LYCO-

sthenem Rubeaquensem.



DE LA LIBRERIA  
DEL REAL COLEGIO MAYOR  
Reunido de Santa Cruz, y  
Santa Catalina.  
E. J. C. 10. N. 14.



Basileæ, apud Nicolaum Bryling.

Anno M. D. LVII.

*Del Colegio M.<sup>o</sup> y Real Un.<sup>o</sup>  
b. d. d. Ca)*

ANTIQUISS. NOBILITATE  
claro ac bonæ in primis expecta-  
tionis adolescenti Ludouico Grise-  
to, Patricio Stauiesi, Godofredi Gri-  
seti, Domini à Forelz omnium  
clarissimi uiri filio, Con-  
radus Lycosthenes  
Rubeaquen-  
sis S. D.



Um nuper in Ioannis  
Stobæi Gnomolo-  
gia, quas potissimum  
ex Græcorum uete-  
rum probatis autori-  
bus ingenti studio ac labore collegit,  
incidissem, Ludouice charissime: bo-  
ne Deus, quantus reconditæ sapien-  
tiæ, ac rerum præterea scitu dignissi-  
marum thesaurus mihi ob latus est:  
Statim enim in ipso libri frontispi-  
cio uidi, autorem clarissimū ex mul-  
tifaria scriptorū lectione non h̄s quæ  
ubique obuia, aut ab uno alteroq̄  
philosopho, cuiuscunque nominis  
( ) h̄ fuit.

## Epistola.

fuiſſet, tradita, innixum: ſed magno iudicio, ex omnium totius Græciæ (quæ ſapientiæ ac artium humanitatis mater ſemper iudicata eſt) primarijs, ac quaſi ex illorum archiuis deprompſiſſe ea, quæ de moribus ritè formandis, uirtutum ſtudio, uictiorum fuga, de rei familiaris apta diſpoſitione, de politica uita optimè inſtituenda ac conſeruanda: de imperio, magiſtratu, lege, conſuetudine, pace, bello, & quæ præterea ad ſumma illa rerum capita referri poſſunt, per totū opus miro ſtudio tractat. Nō ex eorū tamē numero erit, qui ſe ex malis libris optima quæcūq; atq; ex ſtercore (ut prouerbio iactatur) gemmas collegiſſe glorientur, cūm ex optimis Stobæus inſigniora tantum, inſtar ſtudioſæ apicolæ, è floribus odoriferis atq; electis tantum, uel dulciſſimum in ſuum opus locorumq; communium ſermones,

tan,

## Epistola.

tanquam in alucriū, & quaſi in certos fauos diſpoſuerit. In quo argumenti genere, omnes facile qui ante ſuam ætatem, ac poſterioribus ſeculis, uigentibus tum artibus atque linguis, ingenij uires extenderunt, ſuo ſtudio ac labore adeò ſuperauit, ut ſudantibus cunctis maximè, palmam omnibus tamen præriperit. Eſt em̄ circūferatur Anthologiū epigrammatū Græcorum, quæ Agathias Scholaſticus collegit, Maximusq; Planudes Cōſtātinopolitanus monachus, reſectis laſciuioſis purgauit: adeò tamē uanus atq; obſcurus interdum eorum uſus eſt, ut potius de certis quibuſdam perſonis atq; circumſtantijs, quàm ad communem omnium uſum ſcripta, à doctis etiā uiris exiſtimētur. Sic etiā quāuis Magni Logothetæ Theodori Matathitæ ſententioſæ obſeruatiōnes, Antonij Meliſſæ, Maximi monachi

Epistola.

gnomologiæ, ac ipsus etiam **Plutar-**  
**chi** omnium grauissimi autoris inter  
**Græcos**, apophthegmata **Laconū**,  
 regum, ac imperatorum extent: non  
 tamē materiæ tantam ubertatē,  
 ac in tractandis rebus tantam dulce-  
 dinem suppeditabūt, ut ulla ratione  
 cum ditissimo **Stobæi** thesauro con-  
 ferri possint. Idē præterea fiet, si cum  
 eodem **Exemplorum** scriptores tam  
 ueteres quàm recētiores in harenam  
 producas: utpote **Aelianum** **Græco-**  
**manum** pontificē ac sophistam, qui  
 in **Animalium** historia, introductis  
 eorū diuersis naturis, uirtutibus ac  
 uitijs, reuera & quasi ex professo (ut  
 dicitur) locos cōmunes tractat. Item  
**Polyænum** stratagematum scripto-  
 rem: quorum hic ante **Stobæū** annis  
 120, ille uerò 140 annis claruerunt.  
 Ex latinis uerò **Valerium** **Maximū**,  
 qui annis circiter 236 dictorum facto-  
 rumq; illustriū libros, ante eundem  
 con-

Epistola.

conscriptit. Cuius deinde exemplo  
 ac æmulatione ex recentioribus **Sa-**  
**bellicus**, atque inde **Baptista** **Fulgo-**  
**sus**, **Brulonius** **Contursinus** (cuius  
 modo editionem innumeris locis e-  
 mendatam prælo destinauimus) **Ba-**  
**p-tista** **Egnatius**, ac alij, qui in colligē-  
 dis uirtutū uitiorumq; exemplis oc-  
 cupati, insignem sanè operam naua-  
 rūt, et horū quisq; sanè dignus est, ut  
 omnium studiosorum manibus, ob  
 multiuigæ eruditionis acumen, ac iu-  
 cundę uarietatis materiam teratur.  
 Attamen in eo scribendi genere om-  
 nes facillè **Stobæus** noster superabit.  
 Primū quod non insigniores tan-  
 tum sententias ueterum scriptorum  
 recitat, sed simul etiā apophthegma-  
 ta, scitè responsa, exempla, similitudi-  
 nes, comparationes, similia ac dissi-  
 milia, prouerbia, fabulas, apologos,  
 ac eius notæ plura alia: quę in rebus  
 tractandis quantū usum habeant, in

Epistola.

M. Ciceronis, Quintiliani, atq; aliorum de rhetorica ac institutione oratoria libris satis est decantatum. De inde quod ea omnia ferè ex ijs authoribus hausit, qui nostra tempestate post tantas artium ac linguarum omnium ruinas, bellorū partim improbitate, ac edacis Vulcani pernicie, partim uerò doctorū etiam inertia atque socordia, quorundāq; (quorum maior numerus est) in literas humaniores odio plusquā Vatiniano, ita interiere, ut aut omnino non extent, aut fragmenta tantū hinc inde apud Plutarchum Cheroneū, & in Atheni Dipnosophistis, Suidę lexico, Pliñi senioris de Naturali hist. libris, A. Gellij noctibus Atticis, Macrobio, ac reliquis quibusdam eius generis autoribus, potissimum tamen in Stobæi nostri immenso thesauro inueniantur. Nā si autores illos, ex quorum lucubrationibus hausit, probe

nume.

Epistola.

numeraueris, supra trecentos inuenies, quorum uix quinquaginta typis hodie excusi sunt. Quo sanè nomine Stobæi indefessus labor, non Crassi aut Midæ, sed Croesi etiam opulētissimi Lydorū regis diuitias (quibus tota olim Græcia nobilitata est) facile superabit. licet enim tātus pecuniarum regiarum splendor tum fuerit, is tamen (ut bonorū fluctuantis Fortunæ conditio est) temporis uicissitudine adeò instar fumi euanuit, ut hodie præter nudū nomen ac rei memoriā nil extat amplius: cum tamen Stobæi insignis thesaurus, peculiari Dei opt. max. prouidentia atq; ingēti beneficio, etiamnum hodie in communem omniū usum supersit, ac doctorū uolitet per ora uirūm. At cum insigne hoc autoris opus, à quibusdam eo tantum nomine neglectum sit, quòd in locis quibusdam (ubi tamen personis suum decorum tribui-

( ) v tur

## Epistola.

tur) copiosis, atq; hinc inde intricatis disputationibus lectorem detineat diutius quam par esse uideretur, ac deinde quædam non suo loco dicat, quod tamen rarissimè contigit: ego quantum potui, iuxta Conradi Gesneri, uiri clarissimi ultimam uersionem atque castigationem, relectis his quæ superuacanea parùm ad rem præsentè spectare uidebantur, quasi in compendium contraxi: ea tamen modestia, ut uolumen alioqui magnum, iustam magnitudinem non excederet, atque ipso authori parum aut quasi nihil ademptum uideatur. In fine enim trucatarum sententiarum plerumque notam, &c. adijcere placuit, qua intelligerentur, apud ipsum Stobæum, si fortè desiderarentur, extare multo plura. Hunc autè qualemcūq; laborè, Ludouice charissime, in tuam potissimum gratiam susceptum, cum ob ingentem usum à doctis

## Epistola.

doctis quibusdam probari, ac tibi etiam optimarum honestarumq; artium in primis studioso non displicere intellexerim, sub tui etiam nominis felici auspicio, ad aliorum quoq; usum in publicum emittere placuit. Tuum autem nunc erit, ut pro innata tua dexteritate, qua præditus es, hæc uitæ morumq; præcepta, præclara uirtutum exempla, ac totum deniq; illum multiuga eruditione refertum thesaurum, ita non minus uitæ actionibus quam studijs libero homine dignis accommodes, ut inde excultior ditiorq; factus, clarissimi parentis de te expectationi quam optimè satisfacias: & aliquando à bonarum literarum præclara illa militia domum reuocatus, patriæ (quæ non minimam studiorum tuorū partem sibi uendicat) gloria ac emolumento magno redeas: ac me quoque tanti thesauri, non quidem apud te depositi,

Epistola.

siti, sed omnino donati, nunquam  
 pœniteat. Ego præterea dabo pro ui-  
 rili operam, ne in reliquis studiis me  
 obfuisse, sed profuisse tibi plurimū  
 intelligas. Vale, Basileę Rauracorū,  
 Anno 1557. nono Calend. Sextil. quo  
 die olim Amedeus Sabaudię dux  
 apud nos in Concilio sum-  
 mus Pontifex coro-  
 natus est.

INDEX SERMONVM IOAN-  
 NIS STORAEI, ITEMQVE ALIORVM  
 hoc libro contentorum, iuxta ordinem in ipso  
 Opere seruatum: priore numero Sermo  
 nem, posteriore paginam  
 denotante.

1 De uirtute, & quo pacto se- cundum uirtutem uiuendum, præcepta, & tam dictorum quàm factorum antiquorum commemoratio, uitæ infor- mandæ perquam utilis	1	27 De iureiurando	19
2 De malitia	21	28 De periurio	194
3 De prudentia	27	29 De afsiduitate & diligen- tia, & quod ignauia sit inu- tilis	196
4 De imprudentia	50	30 De ocio	210
5 De temperantia	62	31 De uerecundia & pudore	215
6 De intemperantia	80	32 De impudentia	215
7 De fortitudine	88	33 De taciturnitate	216
8 De timiditate	102	34 De tempestiua oratione	218
9 De iustitia	105	35 De breuitate in dicendo	220
10 De iniustitia, & auaritia, & quauis in re plus haben- di cupiditate	118	36 De garrulitate	221
11 De ueritate	131	37 De bonitate	225
12 De mendacio	134	38 De inuidia	228
13 De fiducia & libertate di- cendi	138	39 De patria	234
14 De adulatione	142	40 De exilio	240
15 De prodigalitate	151	41 De arcanis	248
16 De parcitate	149	42 De calumnia	249
17 De continentia & sobrie- tate	154	43 De republica	251
18 De incontinentia	169	44 De legibus & consuetu- dinibus	269
19 De patientia	167	45 De potentibus in ciui- tate	288
20 De ira	170	46 De magistratu, & qua- lem oporteat esse principē	291
21 De cognoscendo seipsum	177	47 Quod optimum sit mo- narchia	310
22 De superbia	182	48 Admonitiones de regno,	313
23 De amore sui	187	49 De uituperio tyrannidis	325
24 De conscientia	190	50 De bello	328
25 De memoria	191		328
26 De obliuione	192		328
	27 De		328



Index:

- 51 Audaciz faus 335  
 52 Vituperiū audaciæ 342  
 53 De militia, & utribus corporis 343  
 54 De imperatoribus, et pertinentibus ad bellum consilia 344  
 55 De pace 352  
 56 De agricultura, quod bona sit 355  
 57 Amplius de agricultura in contrarium 360  
 58 De tranquillitate 362  
 59 De navigatione et naufragio 365  
 60 Pro artibus 367  
 61 Contra artes 369  
 62 De dominis et seruis 370  
 63 De Venere vulgari quæ generationis humanæ causam fouet: & de amore uoluptatum corporis 375  
 64 Vituperatio Veneris, & quod malus sit amor, ac multorum malorum autor 387  
 65 Laus pulchritudinis 397  
 66 Contra pulchritud. 400  
 67 Laus nuptiarum 402  
 68 Quod uxore ducere non bonum sit 411  
 69 Quod pro diuersis consuegum moribus nunc prosint, nunc obsint nuptiæ 415  
 70 De uxoris petitione, & amplius de nuptijs 420  
 71 Quod in nuptijs utriusque ætas consideranda sit 424  
 72 In contrahendis nuptijs non oportere nobilitatem, neque diuitias spectare, sed mores 425  
 73 Vituperatio mulierum, et amplius de nuptijs 427  
 74 Nuptialia precepta 437  
 75 Quod bonum sit habere filios 449  
 76 Quod inutile sit habere prolem, & incertum an propria sit eius qui suam esse putat. Item non adoptari oportere, uel id potius, quæ propria suscipere 453  
 77 Prolem masculam præferendā esse, & quod notios non minoris facere oporteat quæ legitimus filius 455  
 78 De pueris 456  
 79 Quod liberos honorē debitum præstare parentibus oporteat, & an per omnia eis obedire cōueniat 457  
 80 De dijs, & physiologia circa cœli ac mundū 467  
 81 De literis 469  
 82 Aduersus literas 474  
 83 Qualesnam oporteat esse patres erga liberos, & quod utrisque naturali quadam necessitate mutuo afficiantur. 476  
 84 Honestissimum esse fratrum amorem, & animi affectum erga cognatos, quod que necessarii sint 479  
 85 Oeconomicus sermo 485  
 86 De nobilitate. Quod nobles illi sint, qui secundum uirtutem uiuunt, quamuis non claris, nec bonis moribus præditis parentibus orti sint. 489  
 87 Liberos non semper eua dere similes nobilibus ac bonis parentibus 494  
 88 Nobiles illos esse, qui parentibus bonis, aut potenti- bus, aut claris orti sunt 495  
 89 Qualem oporteat esse nobilem 498  
 90 De ignobilitate 499  
 91 Laus diuitiarum 510  
 92 Quantum diuitiæ ualeant propter uulgi stultici-

Index.

- 109 De puiffantitate 586  
 110 Bonam fortunam profere- rendam esse, malam uero ce- lamdam; & rebus præstan- tibus rectè utendum 587  
 111 De spe 588  
 112 De insperatis euentibus 590  
 113 Non esse gaudendum ob alienas calamitates 592  
 114 Infortunatos opus ha- bere cōdolentibus 593  
 115 Quod facilius sit alium admonere quæ seipsum 595  
 116 Laus senectutis 596  
 118 Quod senectutis mole- stiam prudentia tollat, ipsa in que multa reuerentia digna efficiat 609  
 119 De morte, & quod in- uitabilis sit 607  
 120 Vitæ laus 611  
 121 Laus mortis 612  
 122 Comparatio uitæ & mortis 617  
 123 De luctu 623  
 124 De sepultura 624  
 124 Consolatoria 625  
 126 In defunctos non exer- cendā esse contumeliā 633  
 127 Memoriam plurimorū à morte statim euanescente. 634  
 128 Sententiæ quædā The- ocrissi per quæ utiles, ad eos qui molli & supino sunt an- timo, iuxta literarum græca- rum seriem 645

FINIS.

CONRADI GESNERI IN IOAN-

NIS STOBÆI COLLE-

ctanea, eorumq; conuerſionem,


ad candidum Lectorem

Præſatio.



Imiam fortaſſis audaciam in me reprehendet aliquis, qui hanc Stobæi communium locorum interpretationem aggressus ſim, unico fretus exemplari, librorum omnium qui hætenus unquam excuſi ſunt uſquam longè corruptiſſimo, ſiue id accidit culpa typographorum, ſiue archetypi, ſiue, quod magis crediderim, utrorumq; uitio. Quod ſi hoc mihi, ut metuo, & non immeritò fortè, acciderit, non aliud fermè excuſationis genus habeo, niſi ut dicã omnino in difficilibus rebus audendum eſſe, nec aliter quicquam effici, & ſperare me non ægre ab æquis ingenijs non ueniam ſolum, ſicubi non ſatis fecero, conſecuturum, ſed in ſuper gratiam ac beneuolentiam pro illis quæ commodè tranſtulſiſſe, aut etiã illuſtraſſe uidebor. Quantumcunq; enim uel ingenij uiribus, uel aſſiduo labore præſtare potui, id omne in huius ſcriptoris emendationem collatum eſt, ut hoc uelut Augiæ ſtabulum expurgaretur. Verum ut candidus Lector facilius mihi fidem adhibeat, paucis aliquot laboris mei partes enumerabo. Primum igitur autorum omnium, quotquot hætenus typis excuſos habere potui, locos à Stobæo citatos diligentiffimè perquiſiui, contuli, & ad ipſa archetypa correxi, quod cum in alijs à me factum eſt, quorum hic recensere nomina nihil attinet, tum in Platonis ac Xenophontis ſermonibus præcipue. Iſtorum enim permulta ſæpe, & forte nimis prolixa, ut alicui uidere poſſent, testimonia profe-

TINENT.



suntur. Plerumque autem quo loco libròue apud singulos au-  
tores, uerba quæ potui reperire, scripta essent, si in Græco  
exemplari id non indicatū fuerat, marginibus Latine con-  
uersionis adscripsi, ut inquisitum à me locum esse Lectori  
probarem. Deinde omnes illas sententias Græce nuper edi-  
tas Basileæ, unà cum hymnis quibusdam Callimachi, cum  
exemplari nostro contuli. Nihil enim est in sententijs illis,  
quod non ex Stobæo desumptū sit ab aliquo studioso, pro-  
lixioribus ferè locis, ac si qui alij non admodum ei placue-  
rant, omisis. Ad hæc à doctissimo uiro, D. Ioanne Oporino  
typographo Basiliense diligētissimo, deq; bonis literis om-  
nibus optimè merito, fragmentum Stobæi nactus, quod ali-  
quot Sermones priores continebat, id quoque adhibui. Et  
multas alias, ut meliorem librum efficerem, occasiones ex-  
cogitui, quas nunc prætereo, ne quid nimis de me ipso di-  
cere uidear. In editione Veneta ne semel quidem ulla le-  
ctionis uarietas notata reperitur, ob hominum incuriam:  
hic uerò passim uarias lectiones inuenias, in ijs locis quos  
contulimus, diligentia nostræ argumentum. Quod si quæ  
nobis corrupta uidebantur, nihil mutauimus, nisi mendum  
esset adeò manifestum, ut uel à puero uix paucos dies in  
Græcorum regulis grammaticis uersato deprehēdi posset,  
præsertim in ortographia, & sensuum distinctione. Si quæ  
uerò dubitationem ullam utro modo rectius legerentur, pa-  
ritura uidebantur, in ijs omnino religiose exemplaris ue-  
terem lectionem retinimus, & coniecturam nostram in  
margine Græco, Latine, aut utrobiq; ascripsimus. Por-  
rò quod ad translationem attinet, ac ipsum dicendi genus,  
Lectorem admonitum uolo, me partim ad uerbum, quan-  
tum eius sine Latini sermonis damno fieri potuit, partim  
liberius

liberius uertisse, ita ut mediocritatem quandam seruasse mi-  
hi uidear. Nec admodum peto ueniam mihi dari, quod nō  
elegantius & maiori eloquentia conuersionem istam ex-  
poliuerim. Nam & si faciundiam & decus in uerbis admis-  
rer ac laudem, magis tamen illos laudauerim, qui in excor-  
lenda oratione mediocriter, in ipsis autem rebus peruesti-  
gandis diligentissimè diutissimeq; morātur. Sic uertagum,  
qui leporem aliamue bestiam assecutus ceperit longe præ-  
tulerim alteri quamuis inauratum melium gestati. Interim  
uerò prorsus à barbarophonis hominibus abhorreo. Suam  
utrique studio curam debemus, sed breuiorem orationi, lō-  
giorem rebus. Quantum enim umbra corpore uilior, quare  
tum signa & picturæ rebus ipsis concedunt: tantum ora-  
tionis cultui cognitio rerum scientiarum, & ueræ philoso-  
phiæ studium præstat. Miseri Penelopes proci, cum domi-  
næ amplexibus potiri non possent, ancillis commisceban-  
tur: ita pleriq; domina philosophia neglecta, circa eius or-  
gana & rudimenta immorantur. Sed hæc ~~est~~ & ~~est~~. Ceterum  
uolui ut interpretatio Latina Græca responderet,  
tum ut statim conferre liceret uiolentibus, tum ut uel hoc  
modo meum candorem studiosis declararem. Licuisset mi-  
hi Latina seorsim edere, dissimulandi gratia hoc modo, si  
quid à Græco sermone discedere uti fertur de pictore quo-  
dam, qui cum in tabula pictum gallinacum proposuisset,  
puero mandauit ut uiuos procul arceret, ne forsitan ex uiuis  
& picti galli comparatione ipsius imperitia deprehende-  
retur. Quod ego mihi imitandum minime putauī. Itaque  
Græca Latinis coniungere uolui: locos siue exemplaris uti-  
tio, seu mihi tantum obscuros, ingenue notauī: in cæteris  
satis fore iudicans si sensus intelligeretur, quo simpliciter &

clarè cognito liberum deinde esset unicuique aut Græcis uerbis uti, aut nostra pro suo arbitrio immutare, & accuratius eloqui. Certè cum omnis lingua natiuam sibi gratiam, & peculiarem uim habeat, quæ in alienam non facillè transfunditur, tum in primis Græca nescio quid scitum & reconditum includit, quod in Latinum sermonem commodè duci & ad uiuum exprimi non potest. Quamobrem nihil affectaui, sed aperto simplicique stilo, non impuro tamen, ut spero, Græca uestigia sequutus sum. Indoctiores igitur hanc nostram uersionem minori negotio conferent: doctiores uerò mea interpretatione, si liberit, ommissa: Græca solum legent, aut in obscurioribus saltem locis eam inspicient.

Πολύτοι ἡγοῦν ἢ ἡρώδης ἀδὴρ ἡδὴ ἀλλὰ ναιγίρῃ ἔπει. Nonnunquam enim quæ in Græco mutila uidebantur, in Latino suppleui, quod sepius in margine monui, aut textum aliquibus signis notaui, quandoque parenthesi, non ubique; tamen id factum est, aut propter angustiam chartæ, aut aliam ob causam. Certè mediocres huiusmodi translationes, quæ neque fastidium sui dictione parum Latina mouent, neque longius à uerbis auctoris discedunt, in difficilioribus præcipuè locis obseruandas iudico. Sic enim præter alias ista quoque commoditas accedet, ut Lector inde intelligat, quam lectionem interpres sequutus sit: quod utilissimum fuerit, cum in plerisque autoribus hodie per multæ lectionum uarietates habeantur. Interpretem autem uerisimile uidebitur meliorem lectionem delegisse. Hunc fructum nuper in Theodori Gazæ super aliquot Aristotelis libros interpretationibus animaduerti: in quibus si conferas cum Græco, plurimæ diuersitates inuenientur, ita ut ex Latino Græcū emendare possis. Atqui etiam ipse Theodorus, licet natione Græcus, &

cum

cum suæ linguæ, tum rerum cognitionis peritissimus, non paucis in locis lapsus est. Sic enim natura comparatū est, ut multo facilius sit aliorum opera castigare, quàm suæ: & foris acutius cernere, domi cæcutire. Hæc ideo à me dicuntur, ut mihi quoque æquiores sint uiri docti, si morbo communi omnibus & naturali quodammodo interdum laborare uidear. Quandoque bonus, ut ille ait, dormitat Homerus. Hoc porro non est silentio prætereundum, plerosque locos, præsertim prolixiores, à Stobæo citatos, ex illis auctorum operibus, quæ iam antea docti uiri Latinitate donauerunt, ad uerbum ferè mihi transcriptos esse: idque præcipuè in Platonis & Xenophontis libris, non tam ut compendium laboris facerem, quàm quia sperabam illos fideliter conuertisse, ac melius forte, quàm ego facturus essem: ut qui integro autore euoluto tum phrasin, tum sequentia simul & antecedentia perpendissent: à nonnullis uerò commentarios quoque adhibitos non dubitabam, quos ego conserui qui non facillè potuissim, ut à Marsilio Ficino in Platonis dialogos. Non tamen omnino temerè transcripsi, sed omnia prius cum Græco sermone contuli: & si quid mutandum uidebatur, id candidè feci.

Res est profectò difficillima, quod ab alio quàm id experto credi non potest, tum ex alijs Græcis Latina facere, tum illis maxime, quorum nulli à ueteribus commentarij sunt relictī. Nam ope scholiorum & commentariorum adiuti, quantumuis intrincatos libros fidenter aggredimur: contra, sine illis multi, etiam faciles & clari existimati, nō mediocre negotium facessunt. Accedunt alia difficultates in hoc opere transferendo: primum totidem propè characteres dicendi, quot auctores allegantur: deinde uarietas

+ 3

diale.

Dialecticorum, Communis, Atticæ, Ionicæ, Doricæ. Omnes enim hic reperias frequenter. Adde quod oratio aliâs prosa sit, aliâs numerosa. Nam apud Latinos poetica dictio non admodum differt à stylo reliquis autoribus familiaris apud Græcos uerò qui ex historico uel oratore ad poetam, ut ex Thucydide ad Homerum, ex Demosthene ad Pindarum transuerit, in aliam terræ partem, & linguam omnino diuersam migrasse uidebitur. Præterea uersus plurimi in superiori editione corrupti, & uel omnino nõ aut perperam distincti legebantur, quod peculiarem in castigando laborem mihi peperit.

Ceterum carmina Græca Latinis non reddidi, tum ut aliquid laboris lucrifacerem: tum quia inutile futurum uidebatur, eisdem causis commotus, quibus ad totum librum plano simpliciq; sermone conuertendum inductus sum. Nam & reliquæ sententiæ Græcæ aliquid grauius elegantiusq; sua lingua sonât, & uersus multo magis quàm prosa, gratiam in alieno sermone amitterent. Quamuis enim concedam, posse quædam Latinè dici eadem, aut maiori etiam elegantia, quàm Græcè dicantur, in argutionibus tamen sententijs aut carminibus idem fieri posse negauerim: aut si alicubi fiat, non tamen ubiq; sed multo infrequentius. Atqui cum omnia in loco suo natiua, ubi concepta, nata, educata, excultaq; sunt, multo libentius ac felicius agant, ut latè patet in animantium & stirpium generibus: nemini miram uideri debet, si etiam oratio, & quæ in oratione continentur, in lingua primitiua & genuina non parum plus energie habeant, quàm aliena. Hoc igitur concessio, non est quod ueniam impetrare coner, quod uel in suo uero sermone minus affectauerim nitidam Latinorum eloquentiam

uentiam, aut uersus ipsdem numeris nõ reddiderim. Nam si illis Latinè non utendum est, sed Græcè, sat fuerit sensum simpliciter intelligi. Adde quod simplicior sermo, clarior ac dilucidior est: quod in paraphrasticè requiritur. Præterea si Græcum carmè in Latinos numeros uertas, fieri uix potest ut sensus idem undequaq; redeat: sed aliqua dissimulari necessum est, etiam ubi nihil obscurum in sensu, propter carminis legem. Et potuissem hoc modo difficiliore locos dissimulanter effugere, quasi idem faciens, quod in clarioribus locis sepius fecissem, nisi Lectoris utilitatem spectare, & omnia candide agere maluissem. Huc accedit, quod Græci uersus ex abrupto citati, pauci ex multis sine principio interdum, & sine sententia, si Latini fiant, serua ta lege carminis, ut plurimè inepti, inconcinni, & nimis affectati redduntur, nisi quis multum libertatis usurpet, ac longius ab autore discedat, ut est uidere in Erasmi Roterodami, hominis alioqui ad miraculum usq; docti, & aliorum lucubrationibus. Ceterum non me latet, si carmen soluitur in prosam, per multum amitti gratiæ, atque omnem interdum exui leporem. Quod æstimare debent legentes, & mihi æquiores esse, si Latina seorsim lecta interdum nihil egregium præ se ferant: nec ex Latinis Græca metiri, cum hæc & propter linguam suam, & propter carminis harmoniam multo meliora iucundioraq; lectu sint: illa uerò tum ob alienum sermonem, eumq; simplicem, tum propter numerorum & rhythmi dissolutionem profus humili simpliciq; sensu legantur, cum nihil super sit quod aures suauiter concentu feriat, delectet, admirationè pariat: quod ita contingere, Aristoteles in Rhetoricis alicubi testatur.

Præterea quamuis conuertere liberius aliquando li-

## Ad Lectorem.

huius, non licuit tamē cum Latinis non amplius spaciū quam Græcis concederetur, atque tantundē omnino in Latina pagina cōprehendī oporteret, quantū Græca continebat. Ita mihi transferenti, certū papyri spaciū, ueluti tēporis ad clepsydra oranti, præfinitū fuit. Et hæc hastenus de translatione, nimium fortassis prolixē, dicta. Porro de Operis autore Ioanne Stobæo, quā celebris ac insignis gnomographus, imō omnium huius generis scriptorum princeps optimo iure existimandus sit, nemini obscurum esse arbitror, qui doctorum ætatis nostræ hominum monumēta legit, pleriq; enim sententias ab eo collectas citare solent, alij nominatim, alij dissimulantes unde acceperint, cum thesauri loco reconditā apud se hanc Gnomologiā haberent. Phauorinus Camers, cuius Græcū Lexicon habemus, aliquot sententiās breuiores sparsim ex hisce Collectaneis descriptas, et in peculiare libellū, qui quatuor aut quinque chartis absolvitur, redactas, Latine reddidit, non satis tamen feliciter. Contulimus enim, et aliquot inde etiā nostri codicis locos emendauimus. Multa Voleterranus hinc in suos libros trāstulit. Ex ueteribus autē neminē inuenio qui Stobæi mētionē fecerit, nisi quod in Suidæ Lexico hæc uerba leguntur: *Ἰωάννης ὁ ἑπαινομαθῆμων ὁ Στοβαῖος, ἀρθολόγιον περιέχει τὰς παρὰ πολλῶν διόξας ἐν βιβλίοις δ'. ἐν αὐτῷ τὰ πάντων ἡδὲ γέμονται πάσης καιρίως τῆς Γράφει δὲ ταῦτα πρὸς ἑπίμιον ἕρμ αὐτῆς.* Id est, Ioannes cognomine Stobæus, Florilegium cōcinnauit, quo multorū opiniones, quæ apud omnes scriptores literis mādātæ sunt, cōtinētur libris quatuor. Scribit autem eos ad filiū suū Epimium, perquā egregios, et omni eruditione plenos. Hæc ille. Non est autē quod quisquam moueatur, quod hoc exemplar Epimio non

## Præfatio

non inscriptū sit: facile enim uitantur et aboletur principia librorū ueterū, ut quæ pluribus iniurijs ob sitū loci obnoxia sint. In quatuor autē libros ab ipso autore diuisum opus liquido apparet, sic ut primus liber relatus sit ad morū disciplinā, secundus ad institutionem reipub. tertius ad rei familiaris administrationē, quartus ad fortunā præcipuē et alios quosdā sermones mixtos. **Quin et fragmentum illud, de quo supra dixi, ab initio βιβλίου ἀδσκριπῆ habebat.** Porro de ipsius operis utilitate non est quod multis agā cum omnes qui uel à limine bonas literas salutarunt, quam latē pateat cōmunium locorū usus, intelligat: Nā ex ipso nomine protinus res manifesta sit: hinc enim cōmunes dicuntur, quoniā ad multas et uarias causas idonei sunt. **Quis** obsecro studiosorū est, qui non ipse sibi aut colligat, aut colligere cupiat, quæcūq; uirtutū, uitiorū, et reliqua huiusmodi cōmunia exēpla dicta, cōsilia, quotidiana lectioe apud auctores obseruauerit? Nā propter hoc etiā legimus libros, ac euoluimus, ut istū fructū ceu nucleū **excerpamus.** Meritū igitur cōparandus, legendus, et in summo precio habendus fuerit Stobæus, qui maximā eius rei partē nobis iā antea confecerit. Quod si quis nostrū talē haberet thesaurū suis uigilijs, et assidua lectioe congestū, quanti putas illū faceret, aut pro quanta pecunia eo carere nollet? Sed cæca quædā philautia facit, ut plus faveamus nostris quā alienis operibus. Sic etiam quæ nullo labore nostro et uiliore precio acquiruntur, ut cūq; per se eximia, semper minoris æstimamus. Ergo si hoc genus collectaneorum approbandum est. Stobæum amplectamur, qui in hoc genere, et omnium aliorum copiosissimē, et ordine optimē uersatus est. Circumfertur quidem ἀρθολόγιον epigrammatū Græcorū

## Ad Lectorem

Ad Maximo Planude congestum, in quo aliquot loci cōmunest tractari uidentur: sed omnino pauca sunt communes sententiae, cum omnes fere de certis personis & circūstantijs scriptae uideantur. Habentur & senarij monostichi, qui singulis uersibus sensum absoluunt, ex Menandri fabulis praecipue collecti, elegantes quidem illi & satis bene dispositi, sed admodū pauci. Ad haec illustrium uirorum sententiae philosophicae, Ioannis Frobenij typis quondam excusae, circumsferuntur, sed ille etiam non multae, & non dispositae pro ratione sensus, sed singulae autoribus suis iuxta alphabeti ordinem adscriptae. Tale quid nuper etiā Apostolius Byzantius promissit, Ioniam appellans id Opus a se congerendum quod an extet haud scio. Sed quae alia huiusmodi extent, singulatim persequi nihil opus est, praesertim cum nihil eorum cum Stobaeo nostro conferri mereatur. Haec fere sunt quae in primam editionem ante sexennium praefati sumus, quorum nunc quedam breuitatis causa recidimus: praesertim cum de secunda adhuc editione dicendū superesset. Audio & alios autores Graecos in Bibliothecis quibusdam, praesertim apud Italos, reperiri, quorum lucubrations aut sententias ex professo continent, aut aliqui huic argumento finitime sunt, quarum nomina, ne quid ceterum, candido lectori hic adscribam. Magni Logothetae Theodori Metochitae *πρὸς τὸν βασιλέα*, id est sententiosae obseruationes. Sententiae notabiles in uitia & uirtutes, ex autoribus sacris, & gentilibus, autoris innominati. Sententiae ex uarijs poetis. Sententiae Democraticae. Menandri sententiae, fortassis eadem sint monostichis supra memoratis. Amphiloehij episcopi Iconij, de uitijs & uirtutibus sermo. Gemisti de uirtutibus. Collectio prouerborū autoris incerti.

## Praefatio.

Incerti. Cōmetaria in Epigramatā Graeca. Hieroclis philosophi interpretatio in aurea carmina Pythagorae. Maximi Planudis in Theophrasti characteres expositio. Ceterum hoc etiam admonitū uolo Lectorē, uideri mihi Stobaicum opus suū non undequaque absoluisse. Interdū enim sententiae non suo loco citantur: ut in Sermonē de Prudentia, multa scribuntur quae magis ad temperantiā, aut ipsam in genere uirtutē pertinent. Sed hoc à principio maxime erratum est: in ceteris fere satis conueniunt singulae gnōme ad argumentū, quod sermonis inscriptio pollicetur. Alioquin, si plures adeo confusi fuissent, ordinē immutassent: quod facere nolui cum rarius hac parte delictū esse obseruarem. Multa sunt, quae diuersis locis accommodari possint, semel duntaxat à Stobaeo commemorata: uerum index haec omnia supplebit. Iam inceperam ex Graecis scriptoribus corollarium in singulos Stobaei locos concinnare, & insuper addere nouos: sed quia metuebam ne liber nimis crassus euaderet, alijs quoque occupationibus necessariō uacans, laborem istum in praesentia quamuis aliquosque productum distuli, seorsim editurus alio tempore, si uixero, fauente Christo, modō studiosi praesentem operam sibi non ingrata fuisse significant. Nam ex Latinis autoribus loci separatim, meo quidem cōsilio, in commentarium redigi debent, ne unum uolumen nimis prolixum & incommo- dum ex utriusque linguae scriptis congeratur. Vale optime Lector, & labores nostros boni consulē.

**AUTORVM NOMINA, QVO-**  
rum sententiae ac dicta conti-  
nentur, haec sunt.

<b>Aelianus</b>	<b>Aratus</b>	
<b>Aeolus</b>	<b>Archelaus</b>	
<b>Aeschines</b>	<b>Archilochus</b>	
<b>Aeschylus</b>	<b>Archytas</b>	
<b>Aesopus</b>	<b>Aristarchus</b>	
<b>Agathon</b>	<b>Aristippus</b>	
<b>Agésilauus</b>	<b>Ariston</b>	
<b>Alceus</b>	<b>Aristonymus</b>	
<b>Alcmaeon</b>	<b>Aristophon</b>	
<b>Alexis</b>	<b>Aristoteles</b>	
<b>Amphis</b>	<b>Arrianus</b>	
<b>Anacharsis</b>	<b>Astydamas</b>	
<b>Anacreon</b>	<b>Athenodorus.</b>	
<b>Anaxamarys</b>	<b>Bacchylides</b>	
<b>Anaxandrides</b>	<b>Bias</b>	<b>Bion</b>
<b>Anaxarchus</b>	<b>Brutus.</b>	
<b>Anaximenes</b>	<b>Caius</b>	
<b>Anaxion</b>	<b>Callicratides</b>	
<b>Antigonus</b>	<b>Callimachus</b>	
<b>Antipater</b>	<b>Callinus</b>	
<b>Antiphon</b>	<b>Calisthenes</b>	
<b>Antiphanes</b>	<b>Carcinus</b>	
<b>Antisthenes</b>	<b>Cato</b>	
<b>Antyllus</b>	<b>Carcidas</b>	
<b>Apollodorus</b>	<b>Cheremon</b>	
<b>Apollolycus</b>	<b>Cheronides</b>	
<b>Apollonides</b>	<b>Chares</b>	
<b>Apollonius</b>	<b>Chilo</b>	

Chor/

<b>Chœnilus</b>	<b>Diphilus</b>
<b>Chrysermes</b>	<b>Dius</b>
<b>Chryssippus</b>	<b>Dorotheus.</b>
<b>Cleænetes</b>	<b>Ecdorus</b>
<b>Cleanthes</b>	<b>Ecephantes</b>
<b>Cleobulus</b>	<b>Epaminundas</b>
<b>Clinias</b>	<b>Epicharmus</b>
<b>Clitarchus</b>	<b>Epictetus</b>
<b>Clitophon</b>	<b>Epicurus</b>
<b>Cornelianus</b>	<b>Erasistratus</b>
<b>Cranton, uel tor.</b>	<b>Eratosthenes</b>
<b>Crates</b>	<b>Euagoras</b>
<b>Cratylus</b>	<b>Eubulus</b>
<b>Crispinus</b>	<b>Euenus</b>
<b>Critias</b>	<b>Euphorion</b>
<b>Ctesippus</b>	<b>Euphron</b>
<b>Ctesias.</b>	<b>Eupolis</b>
<b>Demaratus</b>	<b>Euripides</b>
<b>Demetrius</b>	<b>Euryphamus</b>
<b>Democritus</b>	<b>Eusebius.</b>
<b>Demonicus</b>	<b>Gorgias.</b>
<b>Demosthenes</b>	<b>Heliodorus.</b>
<b>Demonax</b>	<b>Heniochus</b>
<b>Dicaeogenes</b>	<b>Heracitus</b>
<b>Didymus</b>	<b>Hermachus</b>
<b>Dilotes</b>	<b>Hermes</b>
<b>Diodorus</b>	<b>Germodotus</b>
<b>Diogenes</b>	<b>Hermolaus</b>
<b>Dion</b>	<b>Herodes</b>
<b>Dionysius</b>	<b>Herodotus</b>
<b>Diotogeneus</b>	<b>Heros</b>

He/



Hesiodus  
Hierax  
Hieron  
Hierocles  
Hipparchus  
Hippocrates medicus  
Hippodamus  
Hipponax  
Hippothoon  
Hippothous  
Homerus  
Hyperides  
Hyperiotus  
Hypsæus  
    Iamblichus  
Irene  
Iseus  
Isidorus  
Isocrates  
Iulius  
Iuncus.  
    Leonides  
Linus  
Lycophron  
Lycurgus  
Lysias.  
    Marcus  
Medeus  
Menander  
Menecrates  
Menophilus

Metopius  
Metrodorus  
Mimnermus  
Moschion  
Moschus Siculus  
Musonius.  
    Naumachus  
Neophron  
Neoptolemus  
Nicolaus  
Nicomachus  
Nicostratus.  
    Obricus, al. Obrimus  
Olympias  
Orpheus.  
    Panyassis  
Parmenides  
Patrocles, uel eius.  
Periander  
Perisbyon  
Phalaris  
Phanocles  
Phauoninus  
Pherocrates  
Philemon  
Phileas  
Philetas  
Philippides  
Philisbus, uel scus.  
Philoctetes  
Philonides

Phocion  
Phocylides  
Pindarus  
Pirithus, uel thomus  
Pisander  
Pittacus  
Plato  
Plutarchus  
Polyenus  
Polydicus  
Polyides  
Pompeius Magnus  
Porphyrius  
Posidippus  
Prodicus  
Pythagoras  
Pythias.  
    Rhadamanthus  
Rheginus  
Rhianus poeta  
Rufus.  
    Sappho  
Bation  
Sclerius  
Serapio  
Serinus  
Seuerus  
Simon  
Simonides

Smythas  
Socrates  
Solon  
Sopater  
Sophocles  
Sosiades  
Sosisphanea  
Sosistheus  
Sostratus  
Sotades  
Sotatus  
Sotion  
Stasimus  
Stesichorus  
Stenidas  
Stoici  
Susarion  
Susonius.  
    Tarasa  
Teles  
Thales  
Theages  
Themistius  
Theobulus  
Theocritus  
Theoclistus  
Theodectes  
Theodictes  
Theodorus

Theo

Phocion

Theognis  
Theogonus  
Theophanes  
Theophrastus  
Theopompus  
Thebesus  
Thrasyllus  
Thrasytes  
Thucydides

Timagoras  
Timocles  
Trophilus  
Tyrtæus  
    Vtheus  
    Xenophanes  
Xenophon  
    Zaleucus  
Zenon.

FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA  
FLORILEGII  
IOANNIS  
STOBÆI AD EPI  
MIVM FILIVM, SIVE

SELECTARVM SENTENTIARVM,  
scitè breuiterq; dictorum,

EPITOME.

De Virtute, & quo pacto secundum uirtutè  
uiuendum, præcepta, & tam dictorum quàm  
factorum antiquorum cōmemoratio,  
uitæ informandæ perq; utilis.

S E R M O I.



*Virtutis autem sola constans perpe* Sophoc. in  
*tuâq; est possessio.* Eriphyle.

*Neuquam reliquias bonorū* Eurip. An.  
*uivorum aufert tempus,*

*Sed uirtus etiam morte perem*  
*ptis lucet.*

*Non numisma splendēs argen* Idē Oedip.  
*tum solum,*

*Et aurum est, sed et uirtus hominibus.*

*Moneta recondita est omnibus, qua uti conuenit.*

*Virtus autem, etsi moriatur quis, non interit:*  
*Sed uiuit, corpore non amplius existente. Malis autē cun*  
*ctis simul euanida commoriuntur sub terra.*

Idē Temen.

A

Pudet

**Idem.** Pudet autem uirum, quisquis fortiter se gesserit.  
 Si ignauus segnisque uocetur. Ipsa uero fortitudo  
 Res est quæ doceri possit: siquidem etiam infans docetur  
 Dicere, audireque; ea quorum nullam habet disciplinam.  
 Quæ uero quis didicerit, ea conseruari solent  
 usque ad senectutem. Quamobrem pueros probe instituite.  
 Non est uirtute ulli possitio preciosior:  
 Non enim summittit se, neque pecunijs,  
 Neque securitati, neque adulationi uulgi.  
 Sed uirtus, quo frequentius ea uiti libet,  
 Eo magis crescit, perfectiorque fit.

**Idem.** Virtus maximum rerum humanarum bonum.

**Antip.** Tres sunt uirtutes, quas te exercere opus est mi fili:  
 Deosque ut colas, et qui te enutruerunt parentes,  
 Legesque communes Græciæ. hæc si feceris,  
 Pulcherrimam ferēs coronam bonæ famæ perpetuam.

**Bacchid.** Unus terminus, una est mortalibus prosperitatis uia,  
 Si quis animum nullo mœnore turbidum habens, queat ita  
 traducere eum.

**Lambi.** Ingu-  
 li uerfibus con-  
 flantes, in uir-  
 tutem.

Quies est omnium malorum ocium.  
 Quæ indecora sint, nec audias, nec uideas.  
 Præstat corpore quam anima languere.  
 Modestus sit oportet, qui alienam mensam seclatur.  
 Liberi namque uiri est, ueritatem palam loqui.  
 Ingenuos serua tuos ipse mores.  
 Te ipsum serua moribus liberum.  
 Penus uirtutis est, temperantia uel sola.  
 Animæ curam gere tuæ ipsius quantum potes.  
 Bonum progerminant fructum probi castique mores.  
 Fructus autem bonus est, bene composita uita.

Adhibeas

Adhibeas curam, ut uitam decentem degas.  
 Beatus, quisquis beatis obsequitur et subseruit.  
 Arma potentissima sunt hominibus uirtus.  
 Non odit frugere bonum unquam uir uirum.  
 A mente bona bonæ proficiuntur actiones.  
 Largitur et bono deus uiro bona.  
 Secteris et modestum, et bonum uirum.  
 Planè dies mores probat mortaliū.

O uirtus ardua, laboriosaque generi humano, pulcherri-  
 ma uita inuentio. Tuam o uirgo ob uenustatem, etiam mo-  
 ri in Græcia optabilis habetur mors, ac labores uehemen-  
 tes et indefessos perpeti. Talem pectori inseris fructum  
 immortalē, auro potiore, et parentibus, et lenissimo  
 somno. Tuæ uero gratia Hercules Ioue satus, Ledaque filij  
 multa perpessi sunt, suis factis quid possent declarantes.  
 Tui quoque desiderio Achilles atque Ajax Plutonis ad regiã  
 descendunt. Tuam quoque ob amabilem formam, Atarnei  
 alumnus solis priuauit luce. Itaque decantabitur ob egre-  
 gia facta: immortalesque ipsum euehent Musæ, Mnemosynes  
 filie, quæ Iouis hospitalis honorem et reuerentiã augent.

Cum peccaris in re aliqua, libenter uinci te sinas.  
 Ita enim uel maxime id quod usui est seruetur.

Non re facta, sed multo ante deliberandum est uiro sa-  
 pienti.

Superior his rebus esse assuesce,  
 Ventre quidem ante omnia, et somno, et libidine,  
 Et iracundia: nunquam autem turpe quid committes uel  
 cum alio,  
 Vel solus, sed omnium maxime te ipsum reuerere:  
 Deinde iustitiam præstes, tam dictis, quam factis.

A 2

Assuesce

Senarij in ui-  
 ros bonos.

Aristotelis  
 hymnus in  
 uitam.

Philippid. in  
 Ananiam.

Epichar.

Pythag.

*Assuefac ut omnes tuas res cum ratione agas.  
Sed scias quòd omnibus fato decretum sit mori:  
Pecunia uerò quandoq; solent possideri, quandoq; perire.*

*Theog. Plures ditescunt mali, boni paupertatem ferunt.*

*Sed nos cum his non permutabimus.  
Virtutē diuitijs. Siquidē illa quidē solida firmāq; semper.  
Opes autem hominum iam hic, iam ille habet.*

*Hesiod. in  
Operibus*

*Ante uirtutem dii sudorem posuerunt  
Immortales: longa autem & ardua uia est ad ipsam,  
Et aspera primum: postquam uerò ad summum peruen-  
tum fuerit,*

*Facilis deinde est, difficilis fuerit licet.*

*Pauli Si-  
lenarij*

*Nec opulentæ fortunæ cleueris æstu.  
Nec tuam fleat cura libertatem:  
Tota enim mobilibus uita oppugnatur uentis,  
Huc atq; illuc subinde in diuersas agitata partes.  
Ceterum uirtus res est stabilis, & immutabilis, qua so-  
la fretus,  
Procellas audacter penetres huius uitæ.*

*Aristotelis*

*Quemadmodum uehere laudibus quæ pulchra sunt, sic  
quæ sunt turpia, uituperare decet. Sed inter pulchra quidē  
uirtutes, inter turpia uerò uitia primatum tenent. Laudari  
uerò non ipsa modò uirtus, sed causæ quoque, & comites,  
fructusq; & opus omne uirtutis: ut contrà reprehendi con-  
traria debent.*

*In eodem*

*In uniuersum autem animus ritè compositus ut sit, pla-  
cidisq; ac moderatis, & suis motibus ut feratur, omnesq;  
per partes ipsius uelut harmonia ut consonet, efficere, uir-  
tutis est. Itaq; reipublicæ similis uirtuosus animi status esse  
uidetur. Est uerò uirtutis & hoc, beneficijs dignos affice-  
re,*

*re, bonos amicitia sua dignari, odisse malos, tum nec pœna  
nec uindictæ cupidum, sed misericordem elementemq;, ac  
ueniam concedere paratum esse. Comites uirtutis probi-  
tas, æquitas, candor, spes bona, et id genus alia sunt: qualis  
est familiarium, amicorum, sociorum, hospitum, hominum  
deniq; bonorum præsertim amor: quæ quidem laudatorum  
de numero sunt omnia. Vitium uerò, contrarijs per omnia  
præditum est moribus: comitanturq; id planè contraria.  
Omnia uerò quæ uitio insunt, quæq; id comitantur, in ordi-  
nem eorum quæ reprehenduntur, referuntur.*

*Vigila mète: cognatus enim ueræ mortis talis somnus est.  
Quæ nefas est facere, nec suspectus haberi quasi facias.  
Querendus uir liberi & amici, qui etiam dum migras ex  
hac uita, apud te permancant.*

*Valere anima præoptes quàm corpore.  
Persuasum habeas tuas non esse facultates, quas non con-  
clusas animo geras.*

*Age res præclaras, nihil magnifici interim promittens.  
Liberos discere procreare, non qui corpus senio confectum  
alant, sed qui animam nutriant perenni alimento.  
Cum labore coniuncta magis quàm uolupta ducas confer-  
re ad uirtutem.*

*Pythagoras ait, optimam nobis uitam esse deligendam,  
quam suauem mox ipsa consuetudo sit effectura. Diuitiæ  
anchora sunt infirma, gloria etiam infirmior, corpus itidē,  
magistratus, honores, omnia hæc imbecilla, & uiribus  
destituta. Quæ ergo sunt anchora firmæ? Prudentia, ma-  
gnanimitas, fortitudo: eas nulla tempestas agit, hæc Dei  
est lex, uirtutem solam esse quæ potens solidaq; sit: cetera  
omnia nugæ & ineptias.*

*Pythagoræ  
sententiæ*

- Antisthen.** Neq; symposium si desint congerones, nec opes uirtute carentes uoluptate afficiunt.
- Phocionis.** Nec è templo ara, nec ex humana natura misericordia tollenda est.
- Diogenis.** Sciscitante quodam, quo pacto quis sibi præceptor esse querat, respondit: Si ea ob quæ alios increpet, etiam sibi ipsi potissimum obijciat.
- Socratis.** In uita perinde ut in simulacro omnes partes pulchras esse oportet.  
Statua quidem in sua basi, uirtutis studiosus autem uir bono proposito nixus, immotus esse debet.  
Thus dijs, laus uerò bonis uiris tribuenda est.  
Defendendi sunt, qui immerentes accusantur iniuriarum: Laude ornandi, qui ob bonum aliquod cæteris præstant excellentiq;.
- Eiusdem.** Equus generosus iudicabitur, non quidem sumptuose ornatus, sed eximius natura: itidem nec uir honestus, qui opibus prædiuus, sed qui anima egregius erit.
- Eiusdem.** Cum sapiens os suum aperuerit, tanquam templum, ibi anime pulcherrima simulacra perspicuntur.
- Democriti.** Homini bus conueniens est, animus potius quam corporis rationem habere. Nam anima si sit perfectissima, corporis malignitatem corrigit. Corporis autem robur absq; rationis usu, animam nihilo meliorem efficit.
- Eiusdem.** Letitia exoritur ex mediocritate iucundi, et uita æquabilitate, et moderatione concinna. Cæterum quibus desit, aut superest quid, in deterius degenerare mutariq; solent, magnosq; motus in anima cõcitare. At anima quæ magnis interuallis sua sede mouentur, nec constantes sunt, nec hilaræ. Decet igitur possibilibus animũ intendere, ac presentibus

bus contentum esse, eorum qui felices iudicantur, et in admiratione sunt parum memorem, et cogitatione nõ immerantem. Misera autem pressorum uitas cõtemplari decet, ualde animo uolentem quæ perferant, ut tuæ res et conditio tua magna tibi et beata uideatur, ac non amplius cupientem plura contingat excruciaci anima, &c.

Nolite putare uitium plus emolumentum afferre quam uirtutem: nomen autem in auspicijs habere. Imò ut nomina res quæq; sortita sunt, ita earum etiam uim et effectum existimetis respondere.

Virtute nulla possessio nec honestior, nec durabilior est.

At uirtutis possessio, quibus sincera in animo adoleuerit, sola confenscit, diuinijs potior, utilior etiam nobilitate. Eadem quæ alijs impossibilia uidentur, possibilia facit. Ea uerò quæ uulgo terrori sunt, fortiter sustinet: ac ocium quidem probro, laborem uerò laudi ducit.

Quos igitur uocem eruditos? quum artes, et scientias, et facultates reprobem? Primò quidem, qui æquo animo ferunt res quæ quotidie incidunt: et qui ut conditio et fortuna temporum postulat, animum accommodent, et ut plurimum possint, coniectura quadam, id quod conducit assequi. Deinde eos, qui decenter et iuste conuersantur cum his, qui ipsorum consuetudine et commercio utuntur: et qui aliorum quidem molestias et difficultates patienter et facile ferant, se autem quam fieri potest facillimos atque modestissimos conuersantibus præbeant. Ad hæc eos qui uoluptates semper superent, calamitatibus uerò nõ adeò succumbant, sed magno animo in ipsis sint præditi, ac natura dignos se præbeant, cuius consortes sumus.

Iocra-  
tis Ni-  
cocles, aut Cy-  
prius.

Idem ad De-  
mocrum.

In eodem.

Eiusdem  
Panathen.

Quartò, quod maximum est, non corrupti rerum successu, nec stupentes & attoniti facti per eum, superbi fiant: sed in statu permaneant eorum qui uerè sapiunt. Quis non magis gaudeant, quæ fortunæ beneficio obtigerunt, bonis, quàm ijs quæ suapte natura & prudentia ab initio accesserunt. Eos uerò qui nō ad unū aliquod ex his, sed ad omnia hæc habitū animæ congruū habent, pronuncio sapientes esse, ac perfectos uiros, omnesq; complexos uirtutes.

**Eiusdem** Isocrates dixit, quòd frugi bonumq; uirum conueniat ante actorum meminisse, præsentia uerò agere, de futuris autem cauere.

**Epietati** Fortunæ uita implicata similis est torrenti. Est quippe turbulenta, & limo repleta, ingressu difficilis, uiolenta, & obstrepera, & momentanea.

**Eiusdem** Anima dedita uirtuti, similis est perenni fonti: cuius aqua est pura, imperturbata, potabilis, & dulcis, acceptaq; & fruitioni apta, & copiosa, ab omni noxa & perniciæ aliena.

Si cupis bonus fieri, primum crede quòd malus sis.

Præstat rarò delinquere, fatentem modestè & sobriè agere sæpius: quàm rarius peccare, dicentem se delinquere sæpius.

Coerce affectus, ne ipsis des pœnas.

Ne tam eius quod ab opinione profectum, te pudeat, quàm quod à ueritate euites.

Si cupis bene audire, disce bene dicere. Doctus autem bene loqui, conare rectè agere: atque sic perfrueris bona fama.

**Eiusdem Euzhidio.**

Cum quispiã male quid fecerit, aut male quid dixerit, re cordare quod decere se putàs facit. Quid ergo, sequetur ne quod

quod tibi uisum sit, an quod sibi? Sed malè ipsi uidetur. Quis ergo deceptus est? ille ipse. Quis ergo damno affectus est? deceptus. Namq; ueritatē implicatā inuoluit, inq; si quis suspicetur falsum, non id quod implicatum est læditur, sed is qui sic aestimauit.

Libertas & seruitus, illa quidem uirtutis appellatio, h. e. idem. uerò uitij: utraq; autē electionis opera, quibus electio non communicat, horum attingunt quidem neutru: anima autem imperium tenere solet corporis, & rerum ad corpus spectantium, quæ electionis expertes sunt. Nullus enim seruus, qui electione sit liber.

Malum uinculum, corporis quidem fortuna, animæ autem uitium: siquidem qui corpore quidem liber, anima uerò uinctus, is seruus est. Rursum qui corpore nexus, anima uerò solutus, liber est.

Corporis quidem uinculum, soluit & natura per mortem, & uitium per pecuniam. Animæ uerò uirtus per eruditionem, & experientiam, & magnanimitatem, & exercitationem.

Si cupis placidè & omnibus gratus uitã transigere, da operam ut tecum habitantes cunctos bonos habeas. Habebis autem bonos, si uoluntarios quidem instituas, inuitos autē à te segreges. Comes enim erit fugientibus malitia si mul, ac uitium. Relinquetur autem una cùm his qui tecum permanent, bonitas, & libertas.

Anima cùm uiuamus, eius uirtute dicendum est nos bene uiuere: perinde ut oculis cùm cernamus, earum uirtute bene dicimur uidere.

**Ex lamblich.**

Tanq; in tutū certumq; delubrū ad uirtutē cõtendamus, quod in nullam ignobilem fortunæ iniuriam exponamur.

**Eiusdem.**

Idem ad So-  
cratem, de  
Virtute.

Anime itaq; sit virtus, perfectio, & moderatio vite, & rationis, & mentis, & intelligentiæ summa & purissima operatio. Opera uero uirtutis, specie boni præferentia, pulcherrima, intelligentiæ prædita, honesta, repleta medio, opportunitatis consortia, præcipua, ad finem optimum collimantia, amabilia, in primis spectentur.

Agapeti ad  
Iulian.

Semper assiduus esto, & quemadmodum qui scalas conscendere cœperunt, non prius desistunt ab ascensu, quam supremum attigerint gradum: sic & tu in bonis semper altius scandendo affectus sis.

Periſiones  
Pythagoræ  
de sapientia.

Conditus & compositus est homo in hoc, ut contemplatur naturæ rerum, ipsiusq; sapientiæ rationem: eidemq; labor est iniunctus comparandi, contemplandiq; rerum que extant sapientiam.

Ibidem.

Geometria quidem, & Arithmetica, reliquaq; in speculatione sita & scientiæ sunt, & circa entia uersantur. At sapientia circa omnia genera entium. Etenim occupata est sapientia circa omnia que sunt. ceu uisus circa omnia uisibilia, & auditus circa omnia audibilia, &c.

Sapientia.

Metopi Py-  
thagoræ  
Metapentij  
ex ijs que  
de uirtute  
edidit.

Virtus est homini, absolutio naturæ hominis. Quæ uis enim res, perfecta & absoluta sit, per suam uirtutis naturam. Equi enim uirtus est, quæ ad summum ducit equi naturam. & in partibus singulis eadem est ratio. Oculorum quippe uirtus est, acumen uisus: idq; adeo summitas est naturæ oculorum. Ac aurium uirtus, acris auditus: idem quoq; summum est aurium naturæ. Et pedum uirtus, uelocitas: eademq; est summa perfectio naturæ pedum. Necessè est autem, unamquaque uirtutem tria hæc habere, Rationem, et facultatem, & uoluntatis arbitrium. Rationem quidem, qua iudicat et contemplatur: facultatem, qua perdurat & euincit: uoluntatem

tatem

tatem uero, qua propensus est & amat. Iudicare itaque & contemplari, sunt intellectualis partis animæ: ceterum durare & euincere, irrationalis partis animæ. Nam uoluntas constat ex intellectu, & appetitu, intellectus itaque existit rationalis partis animæ, appetitus ex irrationali ortur, & cetera.

Quæ uis uirtus perficitur ratione, uoluntate, & facultate. horum quoduis per se, non uirtutis pars existit, sed causa uirtutis: quicunque ergo habent rationalem & scibilem partem eius, ij graues & prudentes, utiq; non insani sunt. Qui uero moribus probatis, et uoluntate pollent, commo-di & æqui sunt.

Clintæ Pytha-  
goræ, al. A-  
ntonym: quod non  
placet.

Cum ex eo quod cause exauferatæ sint, iniuste agere soleat homo, hæc tres sint: Studium uoluptatum, in his quæ corporis sensu percipimus: auaritia uero, in lucrando: ambitio autem in excellendo pares æqualesq;: sciendum est, quod his opponere licet ea quæ metum hominibus incutunt, & quæ pudorem, & quæ desiderium. Metum quidem legum, uerecundiam uero numinis, desiderium autem sermonum. Imbui itaque primum iuuenes decet, honore et reuerentia numinis, & legum. Ex his enim apparebit, quod omnis actio humana, & uita, sanctitatis & pietatis particeps erit, si rectum cursum teneat.

Ibidem.

Fontes tectius uirtutis tres sunt: Scientia, & potentia, & uoluntas. Ac scientia quidem est, qua res contemplamur, & iudicamus. Potentia uero, ceu robor corporis, quo perferamus & immanemus rebus intenti. Voluntas autem, est tanquam manus ipsius animæ, quibus aggredimur, & apprehendimus res, &c.

Thægis Py-  
thagoræ in  
lib. de Virtu-  
tibus.

In uniuersum itaque uirtus est, congruentia quædam  
irrational/ Ibidem.

irrationaliū partium animæ, ad eam quæ ratione prædita est. Ea sit, si uoluptatis & doloris funem suscipiat eum qui est decorus. Nihil enim aliud uera uirtus, quàm habitus ipsius decori: ipsum autē decorū est, quod conuenit fieri.

Ibidem.

Oportet affectū non aliter ostendi in uirtute quasi latentem, quàm umbram & lineam in pictura. ipsum enim spirans, & amœnum, & quod exprimit rem ipsam, adiutū bonitate colorum, potissimum per illa effingitur.

Archytæ Pythagoræi, ex libro de doctrina morali.

Puto uirtutem esse sufficientem ad hoc, ne miserè & infeliciter agamus: uitium uerò ad hoc, ne beatam uitā agamus: si ipsos habitus perpedimus. Semper enim infelicè esse oportet malum, siue adsit materia, male enim ea utitur: siue ea careat. Sicut cæcus, siue lumen habeat, & claritatem uisibilem: siue in tenebris degat. Sed non semper felicem esse bonum, necessarium est. Non enim in possessione uirtutis felicitas sita est, sed in usu.

In eodem.

Virum bonum cum esse dico, qui rebus magnis, & temporibus rectè utatur. Talis autem erit, qui prosperam fortunam nouit rectè ferre, & aduersam: quiq; rebus pulchris & præclaris obcundis non sit impar: quiq; fortuna mutata præsentem statum boni consulat. Quòd si compendio summamq; res est complectenda, is bonus dicendus, qui pro conditione temporum rectè se gerat, quantum eius res nata permittit. Deniq; qui non seipsum modò sic composuerit, sed & quotquot ei commissi, & socij sunt.

Ibidem.

Hominis uita tribus temporibus subiacet. aut enim felicitate fruitor, aut infortunio premitur, aut in medio utriusq; fortunæ degit. Cum igitur bonum censeamus uirtute præditum, & qui uirtute utitur. Utitur autem ea tribus temporibus: aut in infelicitate, aut in felicitate, aut rerum statu mediocri.

mediocri. Atq; in aduersa quidem fortuna est miser, in prosperitate felix, in statu uerò medio non beatus. Liquet igitur, felicitatem aliud esse nihil, quàm uirtutis in successu.

Exercitum ducit Imperator, nauigia uerò gubernator, Ibidem. mundum autem Deus, animam uerò mens ipsa, felicitatem autem præsentis uitæ temperat regitq; prudentia. Nihil enim aliud prudentia est, quàm scientia quædam eius quæ in uita hac uersatur felicitatis, aut scientia bonorum quæ natura homini insint.

Bonus uir sic affectus est erga fortunā secundam, perinde ac is qui integro est corpore, & uirib. pollet. talis enim & æstum & frigus potis est tolerare, & pondus gestare ingens, multasq; alias facile perferre ærumnas, &c. Ibidem.

Non aduersam fortunam commodè ferre, ardua res est, sed prosperam fortunam. Omnes etenim quamdiu in miseria permanent, ut plurimum moderati modestiq; moribus esse uidentur: in rerum autem successu uiriles, elatis animis, magnanimitq;, &c. Archytæ Pythagoræi, de uiro bono & beato.

Pinis autem quidam est prosperæ fortunæ, quàm tam eligat bonus uir, ut adminiculo ipsi sit ad res agendas, sicut magnitudo nauis, & magnitudo clauis, quem prehendere et regere potest bonus gubernator, dum uasta maria transmittit, ac longinquam nauis gubernationem ingreditur. At si nimia obtingat prosperitas, non ferè solet moderationi et imperio animæ subijci, sed imperare potius ipsi. Quem admodū enim refulgens lux perstringit aciem oculorū: sic etiam excellens fortunæ benignitas intellectum animæ. Ibidem.

Non licet præsentem diem bene transigere, ni eam tibi quasi postremum illuxisse statueris. Musonii.

Magis laudauerit quis eum qui pauper faciliè senectam tulerit, Musonii.



tulerit, quàm qui idem fecit diuitijs affluens.

*Idem.* Quin diuitijs multi in senectute difficulter utuntur, & paupertate illiberaliter, & cum querelis: & nec hoc facile, ut diuitijs liberaliter, citraq; molestiam utantur: nec illud, ut paupertate generose, sed eiusdem sunt utraq; hæc: et sicut apud multos ualet cōmodè, ita apud alios contrà. Et si quidem cōducatur, cum paupertate manent in uiuis, sin minus, facillè migrant, tanquam è solenni cōuentu ac celebri, ita etiam è uita. Non aliter quàm è domo, inquit Bion, exigimur, si locator nō accepto precio habitationis, fores reuellat, tegulam adimat, puteum obstruat. ita etiam hoc corpusculo relegor, quando quæ locauit natura, oculos ademerit, aures, manus, pedes, non moror amplius.

*Idem.* Sicut è conuiuio discedo, nihil indignans: itidem è uita, cùm tempus aderit, scapham ut traicias ingredi.

Sicut bonus histrio, bene prologum, bene medium fabule, nec non bene etiam catastrophem agit: ita bonus uir quoq; primordia uitæ rectè, & media probè, finemq; congruentem his administrat.

Socrates, cùm liceret ei, modò uoluisset, è carcere exire, & iudicibus hortantibus multam pecuniarum pendere: non acquieuit, sed multatus est Protageni demenso: ac triduo ei concesso, primo bibit, & non uoluit tertij diei potestrem horam expectare, donec sol iuga montium transcenderet, sed animose primo die ebibit.

*Socrates.* Neq; nauem unica anchora, neq; uitam una spe, sultam esse oportet.

*Porphy. ex lib. de occasi. onib. ad intel. lib. 111a.* Viriutes politici uiri in mediocritate affectuum ipsius irrationalis partis animæ sitæ, sequendo & sectando ratione decori in rebus agendis, propterea ad societate cū spectent innocuam

innocuam eorū qui uicini iunctiq; sunt, à congregatione et cōmunionē politicæ appellantur. Ac uersatur quidem prudentia circa id quod ratione utitur: fortitudo uerò circa id quod mouetur & impellitur ira. Temperantia uerò cuiuslibet harum peculiaris actio de imperio & obedientia. Virtutes autē eius qui proficit ad contemplationem contemplatiui, positæ sunt in recedendo ab ijs quæ ciuilitate hic sunt: quare & purgationes hæ dicuntur, in abstinentia spectatæ actiū corporis, & compassionū consensusq; naturalis qui est ad illud. Hæ quippe sunt animæ, quæ discedit ad id quod reuera est. Ciuiles autē moralem hominem adornant & cōponunt, quin & præcurrunt politicæ ipsas purgationes. Oportet enim iuxta eas informatū desistere ab agendo opera corporis tanquā principalia. Quia propter in purgationibus quidem corpori non consentire, sed solam operari animam, efficit sapientiam: quæ per purū intellectum perficitur. At non simul affici, constituit temperantiā. Caterum non timere, recedentem à corpore, ceu in uanum quid, & nusquam extans, fortitudinem. Præeunte autem ratione & intellectu, & nulla parte refragante iustitia id erit. Itaque affectio habitusq; secundum ciuiles uirtutes, in moderatio: ne affectuum spectatur, finem propositum habens, ut uiuat tanquā homo naturæ consentaneè. Affectio uerò secundum contemplatiuas, in uacatione affectuum: cuius finis est, Deo similem reddi, &c.

Qui rectè philosophantur, mori meditantur, & mors eis inter ceteros homines minime terribilis est. *Platonis in Phædone.*

Omnis rerum copia, omnes opes, uirtuti concedunt.

Optimum sanè hoc dictū est, eritq; semper, Quod utile, statim etiā honestū sit, noxiū uerò, turpe. Maxime quidem. *Biudem è Menexeno. Euid. lib. 5. de rep.*

Vanus

Ibidem. Vanus est homo, qui ridiculum aliud æstimat, quàm malum: & qui risum mouere uolens, non insipientis & mali, sed cuiusdam alterius uultum intuetur. Vanus etiam est, qui cum honesto studeat, scopum sibi alium uirū, quàm bonum, proponit.

Ibidem. Inter prudentes & amicos, de arduis rebus uera quæ quis nouerit dicere, grauis & securi constantisq; animi indicium est: dubitando autem & inquirendo simul uerba facere, ut ego facio, timidum, & qui ridiculus haberi periclitetur, hominem arguit.

Platonis le- gum. 5. Certet apud nos quisq; de uirtute absq; inuidia. Qui enim sic agit, ciuitatem suam amplificat, cum & ipse contendant, & alios calumnijs non detineat. Inuidus uerò dum cæteris derogando putat præstare, tum ipse minus rectè ad ueram tendit uirtutem, & concertatores iniusta uituperatione tardiores efficit: ideoq; uehemens acquirendæ uirtutis studiū è ciuitate tollens, ipsam pro sua parte gloriæ amplitudine priuat. Oportet præterea unumquemq; animosum esse, ac maxime mitem. Nam aliorum iniurias, quæ uel difficile, uel nullo pacto sanari possunt, non possumus aliter effugere, quàm pugna, defensione, uictoria, & nullius peccati remissione, quod absq; animositate facere nemo potest. In ijs autem iniurijs, quæ tales sunt ut sanari possint, nosse in primis oportet, nullū iniustum sponte iniustū esse. Nemo enim unquā maximorū malorū aliquid alicubi uellet habere, multoq; minus in his quæ sibi præstantissima sunt, &c.

Natura sibi quisq; amicus est, recteq; est, ita id se habere. Sed reuera nimius in seipsum amor omnium peccatorum omnibus semper est causa. Occæcatur quippe circa amatum,

tum, qui amat. Quapropter qui se amat, quum seipsum magis quàm ueritatem honorandum putet, quid bonum, iustum, pulchrū sit, malè iudicat. Decet sanè eum qui magnus uir futurus est, neq; seipsum neq; sua diligere, sed iusta semper, siue à seipso, seu ab alio quouis gerantur. Et reliqua.

Qui pecuniam iniuste cupit, aut possidens iniuste non dolet, muneribus animū suū exornat, sed ab hoc longissime abest. Quod enim uenerabile pulchrūq; in animo est, paruopro auro prodit: cum totum quod super terram, quod uel sub terra est aurum, uirtute compensari dignè non possit. Ibidem.

Nemo liberorum gratia opibus cumulandis incumbat, ut locupletes eos relinquat: nam nec ipsi, neq; ciuitati id conducit. Sed census iuuenum tum adulatione uacuus, tum rerum necessariarū non indigenus omnium optimus est. hic enim nobis ad omnia accommodatus, uitam à doloribus tutam reddit. Liberis ergo non auri, sed pudoris multū oportet relinquere. Putamus aut uerbis impudentiā iuuenū castigādo id nos impetraturos, neq; uerò ex ea castigatione, quā iuuenibus incutiūt, adolescentem oportere in omnibus uerecundum esse. Sapiēs itaq; legumlator, senioribus præcipiet potius, ut sint corā iunioribus uerecundi: ac summo perre caueant ne quis iuuenum eos uideat, audiatue agentes turpe aliquid, uel loquentes. Nam ubi senes minus pudici sunt, necesse est ibi iuuenes impudentissimos esse. præstans enim & iuniorum & seniorum disciplina est, non uerborum increpatio, sed ut quæ increpando quis diceret & mōnendo, eadem ipse in omni uita facere uideatur.

Veritas certè tum dijs, tum hominibus dux omnium est bonorum: cuius qui felix beatusq; futurus est, statim ab initio particeps esse debet, ut in ueritate plurimum tempus ui-

Et paulo post.

tam agat. Fidus hic certè est: infidus autem qui spontè mentitur: qui uerò non sponte, amens. Quorum neutrum optabile est. Nam & infidus & amens ab amicitia admodum alienus.

Et rursus. Honorandus certè est, qui nihil iniuriatur. Qui uerò nec alios id facere patitur, duplici honore, imò etiam magis est honorandus. ille enim uni, hic multis hominibus comparatur, cum principibus cæterorùm iniuriã nunciet. Qui autem unã cum magistratibus iniuriã quoad potest uiscitur, is magnus perfectusq; in ciuitate uir prædicetur. nam uirtute cunctis excellet. Eadem quoq; temperantiæ & prudentiæ laus est. Et qui alijs bonis abundat quæ in alios quodque transfundi possunt, si cæteros participes efficit, tanquã uir summus est honorandus. Qui autem id facere uellet quidem, sed non potest, secundo loco habendus est. Inuidum uerò, qui spontè nihil boni cæteris cõferat, uituperare debemus, nec propter hominem qui malè possideat, rem ipsam uituperare, sed eã pro uiribus adipisci. Certet præterea apud nos quisq; de uirtute absq; inuidia. Qui enim sic agit, ciuitatem suam amplificat, &c. quæ etiam paulò superius inueniuntur.

Eiusdem de  
Legib. lib. 7

Somnus multus nec corporibus, nec animis, nec rebus gerendis natura conducit, nemo quidem dum dormit, alii cuius precij est, nõ magis quã si non uiueret. Quare quicumq; uiuere & sapere cupit maximè, quã longissimo tẽpore uigilet sola sanitatis commoditate seruata. Ad hanc uerò non multo opus est somno, si bene assueueris somnijs. Magistratus profectò nocte in urbibus uigilantes malis hominibus, tum hostibus, tum ciuibus terrori sunt: amãdi, honorandiq; iusti & tẽperatis, sibi & ciuitati utiles uniuersæ.

Coniçio

Coniçio uirtutis possessionem maximè diuinam esse, ac bonos non aliter fieri, quã diuini uates & fatidici fiunt. Nam isti neque natura tales, nec arte fiunt, sed inspiratio/ne decorum afflati tales existunt. Similiter autem & boni uiri semper ciuitatibus prædicunt, qui rerum exitus euentu ri, & quæ futura sint, nimirum ex afflatu diuino, multo magis & euidentius quã fatidici soleant. Enim uero mulieres quoque ita loquuntur: Iste uir diuinus est. Et Lacedæmonij magnificè quempiam collaudantes, uirum esse diuinum aiunt. Quin & Homerus multis in locis, & alij poëtæ, idem uocabulum usurpant. Et cum deus beneficia in aliquam ciuitatem conferre uoluerit, uiros bonos in ea collocat: quæ ubi aliquid mali imminet reipublicæ, deus ciuitati bonos uiros adimit. Sic igitur apparet uirtutem non disciplina, neque natura, sed diuina sorte sui possessoribus accedere.

Quæcumque uirtutes ab hominibus nominantur, eas omnes si consideres, disciplina, usu & exercitio incrementum capere uidebis.

Xenophon/  
tis lib. 2. de  
Soc. dic.

Ad hæc autem Socrates: Apud nos ô Antipho, inquit, sancitum est, pulchritudinem ac sapientiam uendere partim honestum, partim turpe existere. Pulchritudinè namq; si quisquam pecunia prostituat omni uolenti, fornicatorem eum appellant. Si quis autem quemcunq; senserit bonum & honestum sui amatorem esse, cum illo in amicitiam coniungatur, illum modestum putamus. Sapientiamq; similiter, si quis ut sophistæ solent facere, omni uolenti pecunia uendat, quasi fornicatorem nominant. Quicumque autem ingenio præditum hominem docendo quodcumq; boni ipse sciat, amicum sibi efficiat, hunc illa arbitramur

Ibid. lib. 1.

## 20 Ioannis Stobæi

agere, quæ bono honestoq; civi faciendæ sunt, &c.

Idem. Mollities quidem & uoluptates in promptu positæ, nec corpori sanitatem, qui gymnasijs præ sunt, nec animo ullam sententiam cuiusquam existimationis præstare possunt. Studium uerò & patientia, bonarum atque honestarum artium causa sunt, ut optimis uiris uideatur. Dicit autem & Hesiodus:

- » Prauitatem quidem simul totam licet eligere
- » Facile: plana enim ad hanc ducit uia, cum ualde propè habitat:
- » Virtuti uerò sudorem præposuerunt
- » Dij immortales. Longum enim & arduum iter ad eam:
- » Quod cum asperum primum sit, amoenum postea sit, cum ad ultimum quis peruenierit.
- » Epicharmus quoq; his uerbis hoc idem testatur:
- » Laboribus omnia nobis dii uendunt.

Ibid. lib. 3. Cùm quidam Socratem interrogasset, quid ci uideatur optimum homini: Studium, respondit, bene agendi. Cùm autem rursus petiisset, si etiam secundam fortunam studium putet esse: Totum, inquit, contrarium ego fortunam & actionem esse puto. Cùm enim non queritanti quicquam boni cuiquam occurrat, secundum fortunam hoc esse: cum uerò doctrina ac exercitatione bene quis agat, hanc bonam actionem esse arbitror: quicq; hoc meditantur, hi mihi bene agere uidentur. Optimos quoque ac Deo amabiles illos esse aiebat, qui in agricultura quidem, quæ agricultura sunt: in medicina, quæ medicinalia sunt: in republica, quæ ciuilia sunt, bene agant. Illum uerò qui nihil horum bene agat, nec Deo amabilem, nec in aliquo utile esse aiebat.

Acuta

Acuta ingenia illorum esse putabat, ea discerent quibus studebant, & memoria retinerent. quæcumque discerent, ac illas doceri cuperent disciplinas, quæ utique prodesse, & ad domum ac ciuitatem quàm optimè habitandam, & simpliciter hominibus rebusq; humanis bene utendū. Huiuscemodi namq; adolescentes opinabatur, si doceretur, nō solum ipsos domosq; eorum felices fore, uerum etiam ceteros homines atq; ciuitates posse beatas efficere.

IO. STOBÆI COLLECTA/  
neorum de Malitia,

## Sermo II.



Malitia res est quæ facile capitur.

Nam dum in solum lucrum intenta est, in circumspecte obuiam se quaestui præbet, et temere persuadetur.

Cùm quis improbo homini mutuas dederit pecunias, Non immerito ille pro usura multum molestiæ accipit.

Si quis pecuniosus res turpes commiserit, Quid illum, si inops foret facturum putas?

Varias cogitationes malitia uoluit.

Odi improbum, qui frugi sermonem profert.

Inconsiderata res est malitia.

Deus causam producit hominibus, Cùm familiam aliquam penitus affligere uoluerit.

Fac modò ut iusti existimationem adsciscas,

Lucra interim uel improbißimi hominis ita tibi acquires.

Multis mortalium facies est ingenua.

Mens uerò intus illiberalis reperitur.

Asperimus etiam sycophanta, si duas minas.

Democrit.

Axenic.

Antiphanis.

Menandri in  
Pallace.  
Eiusdem.

Eiusdem.

Eiusdem.

Sicæ.

Philippidæ.

Acceperit, agno mollior abibit.

Hesiodi in  
operibus.

Nulla sancte iurantis gratia erit, neq; iusti,  
Neq; boni: sed magis malorum autorem, & iniurium  
Hominem colent: iustitia uerò in manibus, & reuerentia  
Nulla erit: lædetq; malus meliorem uirum  
Verba proferes obliqua, quæ uel iureiurando firmabit.  
Inuidia autem homines ærummosos omnes

Zenodoti.

Obstrepera, malis gaudens, & odio uultu sequetur.  
Perpetuò celebratur uirtus: uiri autem mali  
Viuentis, simul & defuncti uita tacebitur.

Hesiodi in  
operibus.

Nunc nec egomet inter homines iustus  
Sim, neq; filius meus, quoniam malum est uirum iustum  
Esse, si plus iuris deterior habiturus sit.

Idem.

Tantum dani est ex malo uicino, quantum ex bono comodi  
Nactus est premium, quisquis nactus est bonum uicinum.  
Nunquam felicitatem mali hominis, & superbas opes  
firmas existimare oportet: neque nouam iniustorum fortuna-  
na. Tempus enim antiquissimū nec aliunde natū, iustā ad-  
mouēs regulam: hominū tandē improbitates mihi detegit.

Euripidis  
in Bellerophonte.

O Iupiter, quid nam auri quidem adulterini  
Indicia hominibus dedisti certa?  
Inter homines uerò, quo malus discerni possit,  
Nullum corpori signum innascitur.

Eiusdem in  
Tene.

Heu quam nihil iustum est hoc in seculo.  
Inter multos improbos unus sapiens perit.

Sophoclis.  
Dionis ex  
Buboico.

Res improbe nunquam eodem in statu manent: subin-  
de mouentur, & in maiorem petulantiam crescunt, nec ul-  
lum certum modum assequuntur.

Philipp.

Philippus à Bizantijs interrogatus, quid nam iniuria  
causaretur, quòd ipsos obsideret: Quos ille stolidos esse dix-  
xit, &

xit, & similes illi qui formosam alens uxorem, frequentius  
& lasciuus accedentes ipsum, cur id faciant interroget.

Thales quid nocentissimum esset interrogatus, malitia  
dixit: nocet enim illa bonis etiam, si attigerit.

Demosthenes dixit, quòd cum sepe ad exitium malis  
imprecandum incitaretur, timeret interim, ne planè deso-  
landam hac imprecatione ciuitatem efficeret.

Legi diuinæ improbitas non abtemperat, ideoq; etiam Pythag.  
delinquit.

Quisquis non prospicit ne iniuste agat, sed curam im-  
pendit ne luat pœnas, mala perpetrat.

Qui ea quibus ego capiar, & agit & apparat, is mecum  
bellum gerit, etiam si nondum telis uel arcu utatur.

Pape quam deprauata est hominis natura  
Prorsus, non enim unquam opus fuisset lege.

Putasne quicquam alijs prestare feris  
Hominem? non tantillum, nisi forma.

Prona sunt cætera, hoc autem erectum animans.

Cui Prometheus, quem dicunt nos formasse,  
Reliquaq; omnia animalia, brutis quidem

Dedit singulis pro suo genere, unam naturam?

Omnes leones sunt robusti, timidi contra omnes ex ordine  
lepores. Non est uulpes alia quidem uasra dissimulatrix  
sua natura, Alia uerò sui cuiusdam & peculiaris ingenij, ue-  
rum si triginta millia

Vulpium quis congreget, unam naturam

Omnibus cernet inesse, modumq; uitæ & tenorem parem.

Nostrium autem quot corpora numero,

Totidem est & uitæ rationes cernere.

Discedo, nam turpe esset, si quis audeat

Sophoc.  
Aiace.

Dictis increpare, cui uim inferre liceat.

Eiusdem in  
Phedro.

Discedo igitur: neq; enim tu mea dicta

Audes laudare, neq; ego tuos mores.

Epicteti.

Turpe est cum qui apum muneribus dulcem facit potio-  
nem, deorum munus rationem amarum reddere uitio.

Lycurgi.

Quicumq; natura datis dotibus abutuntur ad res ma-  
las, istis aduersæ sunt res prosperæ & inimicæ: ueluti si  
quis fortis cum sit, malit prædonem agere, quàm militem:  
ac robustus qui sit, alios spoliare, quàm infirmis cõsulere:  
aut formosus adulterio se polluere malit, quàm uxorem  
ducere: is eorũ quæ natura sortitus est bonorũ proditor est.

Musonij.

Cur reos agimus tyrannos, longè deteriores ipsis cum  
simus? Nam ipsis quibus ipsi laboramus affectibus, in di-  
spari fortuna.

Theodorus ille Cyrenæicus, Lysimacho tyranno mini-  
tante ei necem: Ignorabam, inquit, te non regis, sed cicuta  
uim habere.

Theocriti.

Theocritus interrogatus, quæ nam essent seuisimæ fe-  
ræ, dixit: In montibus quidem, ursi & leones: in urbibus au-  
tem, publicani & calumniatores.

Ex epistola  
de amicitia.

Suis uitijs sunt qui uerba ornata & decora confungat,  
ac prætexant: studium quidem corporis, simplicitatem: cæ-  
terum pecunie studium, prospicientiam appellantes.

Ibidem.

Versutum & callidum esse, ubi res postulat, & fraudẽ  
contra hostem externum adhibere, utile ac necessariũ est:  
sed ingenium subdolum, & comminiscendis malis sagax  
perpetuò habere, & contra quosuis, non solertia, ut quidã  
putant, sed pessimo ingenio attribuo.

Democriti.

Facile est laudare quæ non deceat, ac uituperare: sed  
utrumque mali est ingenij.

Eadem

Eadem mente homines tum ipsi despondent animum, Dionysij Ha-  
licarnassæi.  
tum alijs fidem non habent.

Bion ait: Boni famuli, liberi sunt: at liberi mali, serui  
multarum cupiditatum existunt.

Bion de fi-  
de Saruit.

Aequè tutum est furenti dare gladium, & scelesto po-  
tentiam.

Iamblichus ex  
hort. orat.  
philosophiz.

Socraticus ille Cynicus, cum audisset aliquando homi-  
nem moribus peruersis, maledictis incesse Platonẽ: Ohe  
desine, inquit: neq; enim tu male de illo dicendo fidem me-  
reberis, neq; is te laudando.

Simonides Musicus dicente quodam, quòd multi ipsum  
apud se deferrent: Equando tandem desines, inquit, tu au-  
ribus me calumniari?

Anacharsis Scythæ rogatus à quodam quid hominibus  
esset infestum: Ipsi, inquit, sibi ipsis.

Nõne turpe uidetur, & malæ educationis magna con-  
iectura, ut cogamur ob propriæ uirtutis inopiam iustitia  
uti externa, ab alijs uidelicet tanquam dominis & iudici-  
bus iuste operari compulsi? Omnium profecto turpissimũ.  
Platonis lib.  
3. de Repub.

An non hoc quoq; turpius esse putas? quando aliquis non  
modo omne uitæ tempus in iudicijs, tum accusando, tum de-  
fendendo conterit, sed & rudi quadam elatus iactantia in  
his ipsis negocijs gloriatur, quasi sit potens ad iniuriam in-  
ferendam: suisq; uersutis usque adeo tergiuersari ualeat, ut  
nullas iniuriarum soluat poenas, qui sepe minimarum ui-  
lissimarumq; rerum causa tam anxii subit negocium, igno-  
rans quanto præclarior ac melior esset ita se cõparare, ut  
nullo obseruatore egeat, etiam si stertat iudex. Certè hoc  
illo turpius est.

At Menon Thessalus magnam & diuitiarum & impe-

Xenoph. lib. 2  
de exped. Cy-  
ri minoris.

B 3

ty

rii cupiditatē semper præ se tulerat. Is enim imperare cupiebat, ut unde caperet haberet, et honores lucri causa expetebat. Potentiorū uerò amicitias magni aestimabat, ut si iniuria quenquā affectisset, poenas dare nō cogeretur: & ad ea quæ semel concupisset, se compendiarie admodum uia peruenturū putabat, si peierasset, si mentitus esset, si sefellisset. Animi simplicitatem ac lenitatem quasi lenitudinē quamdam & ignauiam esse existimabat. Neminem ex animo diligebat, neq; se cuiquam amicum unquam simulauit, quin insidias ei fecerit. Ex hostibus neminem unquam ludibrio habuit: ac contra, quibus cū consuetudinē habebat, cum ijs de rebus omnibus deridens atq; illudens agebat. Hostium bonis non insidiabatur, quod difficile esse putabat, quæ diligenter seruariantur, eripere. Amicorum res ita appetebat, ut solus nosse uideretur, facillime quæ non custodiantur, adimi posse. Ad hæc, quos periuros, quos insidiosos esse intelligeret, eos tantum quasi bene aduersus se armatos metuebat: bonorum pietate ac fide ceu hominum minimè strenuorum pro libidine sua abutebatur.

Ego clarè hoc assero, ea quæ mala dicuntur, iniustis hominibus bona esse: iustis uerò mala. Bona rursus, bonis quidem uerè esse bona, malis autem mala.

Cui ex mala animi sententia spes depēdet, similis est illi qui nauim infirmæ anchoræ conuallit.

**Socratis.** Vecordia est turpium rerum & sermonum tolerantia. Vecors autem est is, qui æquè & audire malè, & conuictijs laceffere potest, &c.

Petulantia quid sit, diffinire haud sanè difficile est: aparet eam illusionē esse apertam, & probro ignominiaq; coniuictam: petulantem uerò, ut, qui ingenuis mulieribus obuiam

obuiam procedens, summotis uestibus penem ostendit: in theatro quum cessant alij, ipse collisis manibus plausum significat, exibilat uerò quos cæteri intentius ac iucundius spectant: & quum toto theatro silentium est, ructum edit, ut sedentium in se oculos conuertat, &c.

Morositas, in congressu & consuetudine difficultas aut rusticitas diffiniri potest. At morosum eum iure quis appellat, qui quo aliquis in loco sit rogatus: ne pergas, inquit, mihi molestus esse. Ac ab aliquo salutatus, haud dignū existimat contrā resalutare. Et quum sibi res aliqua uenalis sit, ementibus quanti uendat nunquam eloquitur: sed quid illi daturi sint, rogat. Et ijs qui honoris gratia aliquid ad celebritates mittunt, ait minimè fore ut exhibeantur, &c.

Nec ab re fuerit ostentationem diffinire, quam simulationem quandam rerum & uerborum cum beneuolentia esse dicemus: ostentatorem uerò eum, qui quæ haud præstare queat, ea assurgens proficitur. Cumq; res iusta esse assensu omnium comprobata sit, eam ipse ex parte argumentis refellere atq; improbare aggreditur, &c.

## DE PRVDENTIA,

## Sermo III.



Væ opus est præsens dispice, ne præsens absis.

Qui utilia nouit, nō qui multa nouit, sapiens.

Prudentia nullum hominibus natura comparatum est

Emolumentum acquisitu præstantius, nec animo sapiente.

Multis formis dijs Sophismatum & argutiarum

Nos illiciunt in errorem, præstantiores cum natura sint.

Etia si liquidò noueris eū, à quo celari aliqd uolueris,

Nunquam

De morositate.

De ostentatione, uel curiositate.

Aeschyl.

Sophocles,

Menaechm.

Nunquam tamen aperias, periculosa enim res est,  
 Quæ celata quis uelit, istæc sciri à quoquam.

Sophoclis  
 in Aiace.

Ex talibus certe moribus haud unquam  
 Constitui queat ulla lex,

Si eos qui iure uicerint expellemus,  
 Et posteriores priores faciemus.

Tamen in his cedendum est: non enim lati,  
 Neq; latis dorsis præditi uiri tutissimi sunt:  
 Sed qui rectè sapiunt, illi ubiuis uincunt.

Cæterum ingens lateribus bos, à parua tamen  
 Scutica rectus uiam ingreditur.

Menandri in  
 Theophot.

Mente præcellens uates erit plurimarum rerum: causa  
 Intelligentia prudens utiq; fuerit restitutionis in melio-  
 rem statum.

Sophocli.  
 Alete.

Anima quippe beneuola, et quæ sentiat quod iustum sit,  
 Melior est quouis sophista indagatrix.

Menandri in  
 Lambrijs.

Non est quicquam pater in hominum natura  
 Maius ratione & consilio. Nam componendis & dispo-  
 nendis rebus,

Et rationem subducendo commode, unusquisq; est  
 Princeps, imperator, dux populi rursum.

Consiliarius qui præstat ratione, omnia habet.

Menandri.

Est quando peccat uel sapientissimus aliquis.  
 Subijciuntur omnia sapientiæ.

Tu uero corpus meum imbecillum & muliebri  
 Non bene reprehendisti. Modo enim sapiam,  
 Potius id fuerit, quam brachium robustum.

Sophoclis.

Vt uisus est in oculo, ita mens in anima.  
 Boni uiri est labor artes iuuare.

Agathonis.

Recta prudentia magnus est Deus.

Non

Non prudentiam, sed fortunam sequi oportet.  
 Non prudentiam, ut putas, conuicio affecisti.

Quod optimum est, honorari debet ubiq;  
 Nam qui rectè sapit, omnia simul complectitur.

Recte à me petiisti, morem tibi fili geram,  
 Iam enim sapis, & meminisse poteris, parens  
 Quæ tibi consilia dixerit, si te sub mortem admonuero  
 De rebus bonis, & adolescentibus commodis.  
 Sed age breues, succundas tamen dicam sententias.  
 Primum quidem oportet animo miti & benigno prædi-  
 tum esse.

Diuiti caue ne priores partes attribuas,  
 Sed æquale omnibus te, pietatisq; studiosum exhibeas.

Si duo negocia proponuntur, fac alteri  
 Animum applicans, reliquum oderis.

Non opes iniuste tibi condas, si studes multum  
 Temporis inhabitare regiam. Præter ius enim  
 Aedes ingressæ, non salutiferæ sunt.

Operam tamen dato ut possideas. Nam in hoc generosi-  
 tas est sita.

In paupertate uero ignobilitas est,  
 Et timiditas, & ignominia uitæ.

Cæterum amicos, quorum oratio tibi nihil indulgeat,  
 Conquire. Qui uero ad gratiam delectandi  
 Te causa mali sunt, illos excludant repagula domus.  
 Conuersationes autem seniles ama.

Breue uoluptatis gaudium, parit tristitiam.  
 Nunquam uero fili in prospero tui imperij statu  
 Turpes amores ciuium persequere.  
 Ferrum enim & laqueos allicit.

Chæremonis.

Euripidis.

Qui



Qui pauperum bonorum liberos affecerit ignominia.  
Præterea homines improbos ne promoueas in ciuitate.  
Nam improbi, siue pecunijs aucti,  
Siue ad aliquem urbis promoti magistratum,  
Exultant in adibus iniuria fortunatis.  
Sed porrige manum fili tangendam patri,  
Et uale, pudore motus non admodum amplector te.  
Mollis enim animus uiri non sapientis est.

Eiusdem. Optima suis qui largitur amicis,

Ille sibi sapit suum in commodum.

Pythagora. Inter homines multi mali boniq; sermones  
Incidunt, quibus haud absterre aris, neq; sinas  
Ab instituto te dimoueri. Si quis aduersum te mentiatur,  
Leniter cedes. Quod uerò nunc dicam, ubiq; sequi debes.  
Nemo tibi neq; uerbis, neq; factis imponat,  
Ut facias dicæ sue, quod tibi non consultissimum sit.  
Quin facito quæ tibi non obsint, & rationem ante factum inito.

Euripid. Ne contra stimulos imperantium tibi calcitres.

Petias. Cum quis tibi non quod plus dederit,  
Menandri. Particulam accipe. Minus enim acceptum  
Multo tibi plus erit, quàm nihil.

Pythagora. Robur, & murus, & arma sapienti prudentia præstat.

#### SENTENTIAE MONOSTICHÆ.

Prudentia bonum semper est quàm maximum  
Qualis sit unusquisq; sermone indicat.  
Optimum est, honesta cuncta nouisse.  
Si recte sapias, per omnia beatus eris.  
Tutissimum quod est, idem semper optimum.  
Sunt qui cum male sapiant, recte tamen agant.

Expe/

Experientia enim uincit imperitiam.  
Malis aliorum inspectis, sapientior euasi.  
Suauis est pater qui prudentior quàm iracundior fuerit.  
Suauissimum est, si fortunati sapiant.  
Odi sophistam qui sibi nihil sapit.  
Sapere melius est, quàm silere.  
Cum sis prudens, fuge malitiam.  
Prudentia præter ætatem parit odium.  
Nemo mentem tuam nouit, sed facta inspicit.  
Non ubiq; conueniens locus est prudenti.  
Vtile fuerit ubiq;, ut ne quid agas temerè.  
Mens est hominibus magnum animæ frenum.  
Quàm nihil est disciplina sine mente.

Indecorù est prudentè apud imprudentes multa loqui. Theogn.

Perpetuò autem tacere impossibile est.

Optimus ille quidem est, qui sibi cuncta prospicit

Hesiodi in  
Operibus.

Sapiens, quæ in posterum quoq; & ad finem potiora sunt.

Bonus autem & ille est, qui rectè dicenti paret.

At qui nec ipse sibi sapit, nec audita alterius  
Animo uerba complectitur, is prorsus inutilis uir est.

Tardum consilium longè præstantius est: præcept autem  
semper habet comitem poenitentiam. Luciani.

#### INCERTI, IN IUVENEM prudentem.

In te mentitur uerax alioquin Homeri liber,  
Iuniorum inquiens esse leuia consilia uirorum.

Consule ante opus, ne quid stulti committas.

Fac aut ea quæ tibi nihil obsint, & ante factum delibera.

Assuefac teipsum ut nusquam sis imprudens.

Sapientiam ne iacta, neq; uires, neq; diuitias.

Pythagora.  
Eiusdem.  
Eiusdem.  
Phocylidis.

Vnus

Vnus deus est sapiens, potens, & omnifariam diues.

Ibidem.

Ratio homini telum est acutius ferro.

Deus enim unicuiq; animali arma dedit, æream naturam  
Auibus, magnam celeritatem, roburq; leonibus,  
Tauris autem sponte nata cornua, & aculeos apibus,  
Ingenitum telum largitus est. At hominibus propugnacu-  
lum est ratio.

Est uerò optima ratio diuinitus inspirata & sapientia.

Vir sapiens robusto præstantior est.

Sapientia gubernat agros, & ciuitates, & naues.

Ibidem.

Nec somnum mollibus admittas oculis,

Priusquam diurnorum operum ter singula aestimaueris.

Qua transiit quid egi? quid opportunum omisi?

Incipiens autem à primo, percense quoq; sequentia.

Et malis quidem commissis, increpare: bonis autem,  
delectare.

Ast ego me pollicor thesaurum obtemperantibus

Orphei in  
procemio de  
gemmis.

Diuite auro longè præstantiorem indicaturum.

Requirat autem uirum laboriosum, qui singula

Promptus experiatur, aue atq; laboretq;

Et qui discat, & à scientibus sciscitetur.

Ibidem.

Magis quidem prudentis uiri colloquium nactus

Delectarer, quàm aurum omnium princeps hominum.

Ibidem.

O diui sapientiæ duces egregiè splendidis audite.

Sapientis est, in malis quoq; ut decet, sapere.

Euripidis

Hecuba.

Equidem ego & canerem, & dicere aliquid cupio

Sapienter, nihil perturbans unde ægra ciuitas laboret.

Euripidis

Antiope.

Misericordes sunt non quidem imperiti uspiam,

Sed uiri sapientes. Non enim damno caret,

Mentem inesse sapientibus, quæ nimium sapit.

Nunquam

Nunquam laudaueris, priusquam uideris, hominis ignoti  
Affectum & animum atq; mores quos nam habeat. Theogni.

Multi adulterino ac furtiuo ingenio præditi

Abscondunt id, animum in diem mutatum simulantes,

Horum cuiusq; mentem tempus prodit.

Ego quoq; frequenter meo iudicio falsus sum.

Confidera, & postea rem aggredere.

Biantistis

Eiusdem.

Aggredere tardus agenda, aggressus age constans.

Obscurorum coniecturam ex euidentiis facito.

Theobuli.

Socrates aiebat, aut quàm rarissime proceribus, aut quàm  
gratissime conuiuendum.

Ea facito quorum te non pœniteat.

Periandri.

Sapientia nihil admirans aut stupens, rebus omnibus digna  
est, ut omnium preciosissima.

Democriti.

Vtilium ac inutilium termini sunt, iucundum & iniucun-  
dum.

Eiusdem.

Fortitudo cum prudentia quidem iuuat, sine ipsa uerò ma-  
gis ledit habentes. Iococrati ad  
Demonicum.

Deliberando, coniecturam de futuris facies ex præteritis. Ibidem.

De rebus tuis consulturus aliquem, uide primum quo  
pacto res suas administrauerit. Qui enim negocijs pro-  
prijs malè prospicit, nunquam bene consulat in alienis. Ibidem.

Dolor te rectè sapientem procul fugiet. Imitare bone-

Socratis.

stum, & optimus inter homines manebis. Deus lex est, hæc  
omnino semper cole. Hospes illorum esse debes qui bene sa-  
piunt. Vbi uitam honestam agis, illic mane, & omnia tibi  
felicitè succedant. In omnibus, quæ decora sunt, obseruata  
imitare. Sermonem bonum, quem audieris, acceptum tibi  
serua. Hoc tibi placeat, ne quid indecorum aut petulans  
committas: ut per omnem uitam tranquillitate fruaris. Sa-

C

milit

nitatem deos ora, quandiu uixeris.

Depositum apud te iuste reddito.

Ex Aristony  
ni Tomarij. Boni gubernatoris est, uentorum se mutationibus ac commodare: uiri autem sapientis, fortuna.

Nauigando gubernatori auscultandum est: uiuendo, illi qui plus ratione ualet.

Via eligenda planissima: uita autem iucundissima.

Idem. Soli rationi, tanquam consultissimo tutori, ut uitam omnem, ita maxime iuuentutem credere conuenit.

Vita cuiusq; moribus apta, minori molestia fertur.

Socrates interrogatus quid esset prudentia, animæ respondit concinnitas. Idem roganti qui nam prudentes essent, qui non facile aberrant, dixit.

Antisthenis. Antisthenes interrogatus, quamobrem non opulenti sapientes adirent, sed contra: dixit, quoniam sapientes quidem nouerunt quibus rebus ad uitam indigeant, illi uerò nesciunt: aliter enim magis sapientiæ quam pecuniæ curam gererent.

Gregorij  
Theologi.

Qui serpentis prudentiam in malis columbinæ sinceritati circa bona miscuerit, is neq; prudentiam sine malignam fieri, neq; simplicitatem stolidam.

De prudentiæ & sapientiæ differentia ex libro Plutar. chi de morali uirtute.  
Rerum omnium alia absolute quodammodo se habet, ut terra, & cælum, & astra, alia erga nos modo quodam affecta sunt, ut bonum, malum, eligendum, fugiendum, uoluptas, dolor. Vtrumq; ratio complectitur. Superioris generis scientia est & contemplatio. Ex altero, quod uidelicet nos respiciat deliberandi facultas oritur. Et agendi huius uirtus est prudentia, illius uerò sapientia. A sapientia autem differt prudentia in eo, quod a contemplandi genere ad actiuum, affectionibusq; agitatam,

tatum, conuersione & respectu quodam facto secundum rationem prudentia subsistit. Quapropter prudentiæ fortuna opus est. Sapientia uerò ne consilio quidem eget ad suum finem consequendum: in æternis enim, & eodem modo semper se habentibus uersatur, &c.

Circa bonum prudentia quadrupliciter se gerit quæ aut adipiscitur bona, aut tuetur, aut adauget, aut prudenter utitur. Hi prudentiæ aliarumq; uirtutum sunt canones, quibus ad utranq; utendum est fortunam.

Porro prudentia quidē non tā corporū, quàm rerum est inspectio, priusquam ipsas res homo aggrediatur, ut quàm commodissime eas obuias, & quasi incidentes excipiat. Prospicit enim futura. Siquidē corpus anteriori solū parte oculis præditū est, posteriori uerò omnino cæcū. Cogitatio autē præterita quoq; memoria beneficio cōspicit. Hic est enim ille scriba, qui semper intus manet & residet, ut Plato inquit: Hæc est animæ pars siue instrumentū, quod res transeūtes apprehendit, conseruat, sistit, & circulū facit, id quod præterijt reflectens, ut cū presenti iūgatur, nō permittitēs ut in infinitū abeat, & in natura nō consistat, neq; cognitiōe cōprehēdatur.

Oportet uirū, qui admiratiōe dignus haberi uult, sacrificiū studiosum esse, nō quod sumptuose, sed quod crebro hūc honorē numini tribuat. Illud enim diuitiarū, hoc pietatis signū cū. Deinde parentes honeste alere, suamq; uitā ap ipsorū uoluntatē instituire. Qui enim talis non est, sed naturæ & ciuitatis leges negligit, utriq; iniustitiæ modū transgressus est. Vxoris etiā & liberorū honeste ac humaniter habenda est cura. Repēdet enim officia liberi i senectute. Vxor i morbis & quotidiana rei dome

sticæ administratione beneficium reddet. Quod si cum quopiam contrahendum sit, cum aliquo constante id fieri studendum. Prudentis enim uiri est, qui mutuum prudenter dedit, id amice recipere: non, postquam humaniter cōtractum est, odiose accipere.

Democriti.

Prudentiæ est, futuram iniuriam præcauere: indolentiæ uerò, quod factum est non ulscisci.

Incerti auctoris.

Es futurorum præsigijs prouidentiam iubemur inquirere: E medicandi uerò simul & præsigiendi arte restitutionem. Isti enim termini sunt scientiæ medicæ. Ex musica sensus exactus & scitus petendus est. Ex mathematicis uerò scientijs discenda est ratiocinatio, & demonstratio eorum circa quæ uersantur.

Aristotelis.

Aristoteles dixit: Quoniam euentus quidem rerū nostræ uoluntati se haudquaquam accommodant, nos certe uoluntatem euentibus accommodare oportet.

Prudentia uirtus est rationalis partis, ad felicitatem spectantis præparans.

Aristotelis in libello de uirtutibus.

Prudentiæ autem effecta sunt, consilium agitare, discernere bona & mala, & omnia quæ sunt in uita sequenda & fugienda, honestè uti omnibus bonis, cum alijs rectè uersari, prospicere occasiones, solerter uerbis & rebus uti, experientiam habere utilium omnium. Memoria autem, peritiam, & solertia, uel manant à prudentia, uel prudentia sunt affecte: aut partim prudentiæ adminicula, ut experientia & memoria: partim tanquam prudentiæ partes, ut consilium & solertia.

Aristotelis.

Existimandum est felicitatem non in magnitudinis possessionis esse sitam, sed in bono statu animæ.

Etenim neque corpus ornatum ueste splèdida beatum alii quis

quis dixerit: sed quod sanitate fruitur bene se habet, licet nihil ex prædictis ei adsit. Eodem modo si anima bene sit instituta, ipsam, & hominem huiusmodi felicem appellare conueniet. &c.

Quibus malè affectus est animus, illis non diuitiæ, non robur, non forma pro bonis sunt, sed quo maius augmentum acceperint, eo pluribus maioribusq; damnis possessorem suum molestant, cuiuscunq; sine prudentia accesserint.

Prudentia uirtutū princeps est, reliquisq; omnibus utitur, atque ipsarumq; ordinem, modum, & occasionem in præsentia, tanquam oculus quidam mentis undequaq; lucidissimus, ostendit. Generatur ergo hæc primùm quidem à sincera perfectaq; mente, atq; sic genita in ipsam mentem inductur, à qua perficitur, modumq; & exemplar inde sibi pulcherrimū omnium suarum actionū habet. Quod si quæ nobis etiam cum Deis intercedit communi as, ea maximè uirtutis huius gratia consilii, & per hanc in primis ipsis assimilamur. Huius beneficio bona & utilia, honesta & turpia discernimus, factaq; conuenientia iudicamus, ac emendamus. Deniq; ut paucis omnia cōplectar, gubernatrix est hominū, & omnis inter ipsos constitutionis princeps. Ciuitates quin etiam, & familias, priuatamq; singulorum uitam ad exemplar diuinū referens, quæ potest optima similitudine depingit, hoc delet, illud inscribit, utrobique assimilatiōis modo studens. Meritò igitur Deo similes facit sui possessores prudentia.

Querenti quid in minimo maximum esset, respondit Periander, bona mens in corpore humano.

Magna gaudia ex facinorum præclarorum spectaculo nascuntur.

Ibidem.

Iamblichus epistola ad Apuleium de prudentia.

Periander.

Democritus.

Platonis in  
Phædro.

Corporis amatorem inuidum esse necesse est, ita ut  
amatū eū à multis alijs studijs & conuersationibus, ijsq;  
utilibus arcendo, ex quibus maximè uir euaderet, ingē-  
tis ipsi causa dāni sit: ū in primis ab illa disciplina pro-  
hibendo, per quam sapientissimus efficeretur, nēpe diui-  
na philosophia, à qua amator procul abducere amatum  
cōpellitur, metuēs ne ab eo, si fiat sapiētior, cōtēnatur.

Eiusdem. Prudētia & magna uis natura coniungi solent. Sem-  
per se mutuo persequuntur, querunt, & conueniunt.

Pythagoræ. Recordare quod cum homines omnes maximum es-  
se bonum in sapientia situm asserant, tam pauci interim  
ad possessionem eius amittantur.

Socratis. Socrates philosophus obiurgatus ab uxore Xan-  
thippe, quod multa misisset amicis nihil accipret,  
dixit: Si omnia quæ dātur statim acciperemus, ne si pe-  
teremus quidē in posterū, ut darent, habituri essemus.

Diogenis. Diogenē quidā amentē uocabat: cui ille: amens quidē  
nō sum, non tamen eandem, quam uos, mentem habeo.

Eiusdem. Idem in Corintho uendendus, interrogante præcone  
quidnam calleret: respondit: hominibus imperare. Risit  
præco, & magnum (dixit) artificium uendo, si quis sibi  
dominum uelit emere.

Gel. Prudētius agit, qui sibi cauet priusquā malū ingruat,  
quàm qui malo iā accepto ad accusandum conuertitur.

Dionys. Cum hospes quidam seorsim se indicaturum ei dice-  
ret, quo pacto insidiatores prænosse posset, narrari sibi  
iussit. Tū ille: Da mihi, inquit, talentū, ut insidiatū notas  
callere uidearis. Dedit igitur, solertiam hoīs admiratus.

Chryssippi. Chrysippus Stoicus cogitationem dixit orationis es-  
se fontem.

VI

Ut qui nauigant uentis secundis, instrumenta quoque Socratis.  
parata habent, quibus se contra tempestatem aduersam  
muniant: ita qui cum bona fortuna sapiunt, etiam ad in-  
fortunia sibi auxilia preparant.

Idem, o rex, meo quidem iudicio, esse uidetur, uel in Herod. hist.  
lib. 7.  
genio suo sapere, uel recte dicenti obtemperare.

Cum quatuor uirtutis species posuerimus, liquet sin- Platonis li. 13  
de legibus la  
tio penul.  
gulas unū quippiā nominādas esse, quāuis sint quatuor.  
Quid ita? Sanē hæc oīa unū appellamus. Fortitudinem  
enim uirtutē esse dicimus, prudentiā uirtutē, & reliqua  
duo similiter, quasi reuera nō multa sint, sed unū id solū,  
quod uirtus est. Omnino quidem. In quantum igitur duo  
hæc inter se differunt, & duo nomina acceperunt, atq;  
alia duo similiter, difficile dictu non est. In quantum ue-  
rō in utrisq; unum posuimus, idq; uirtutem uocauimus,  
& in duobus reliquis similiter, non ita facile, &c.

Prudenter facta tanquam in uas inane, alia alijs su- Socratis.  
perinijcere oportet.

Prudens uir ad uitam, quasi uiā quandā, non precio. Critonis.  
suis uiaticum, sed quod magis necessarium est cōparat.

Prudētia & bona fortuna ita se habēt inuicē. Prudē- Critonis, siue  
Damippi Py-  
thagorici, ex  
libro de pru-  
dentia & bo-  
na fortuna.  
tia res est rationē habēs, & uerbis effabilis, ordinata &  
definita. Fortuna uerō neq; sermone recte cōprehēditur  
neq; rationē habet, iordinata ōnino ac ifinita. Illa prior  
est dignitate, & potētia: hæc utroq; posterior. Solet enī  
illa gubernare, determinareq; hæc uero regi & termi-  
ri. Iungūtur tamē aliquādo, & simul utraq; cōueniunt,  
prudētia simul & bona fortuna. Caterū semper oportet  
naturā rationalē, & quæ sermone definiri potest, habe-  
re quod terminet ac disponat. Irrationalem autem, &

uerbis non effabilem, habere opus est alteram naturam,  
à qua definiatur & ordinetur.

**Ibidem.** Debet autem omnium harmonia, id est, concinna coniun-  
ctio pro iudicio prudentie fieri. Hæc enim est quæ res æsti-  
mit, ac infinita disponit; ideoq; cæterarum quoq; uirtutum  
dux & mater est. Etenim uirtutes omnes ad præscriptum  
& rationem prudentiæ constituuntur.

Archytæ Py-  
thagoræ, ex  
uero de uitro  
hono & feli-  
ce.

Vir prudens hoc maxime pacto nascetur. Primum nam-  
que sit oportet ingenium solers, memor, & laboriosum.  
Deinde statim à puero animum exerceat, ratiocinetur, cir-  
ca mathematica, exactas speculationes & rectam philoso-  
phiam uersetur. Postea de dijs, & legibus, & uitis ho-  
minum experientiam indispiscatur. Duo enim sunt, quæ  
prudentis habitum gignunt: quorum alterum est, ut mens  
disciplinis & cognitione sit munita, alterum, spectacula &  
negocia multa quæ partim ipsūmet unumquemque spe-  
ctasse oportet, partim alio modo percepisse. Nam neque is  
qui mox ab incunabulis rationibus, disciplinis, ac exquisi-  
tis contemplationibus animum exercitauit, ad prudentiam  
sat idoneus est, neq; ille qui iam doctorum quidem nihil cõ-  
secutus, sed in multis alijs historijs & rebus experiundo  
uersatus est. Prior enim ad singularia perpendenda cæcum  
habet animum. Alter in uniuersalium contemplatione ni-  
hil uidet. Quemadmodum enim aliquis computando par-  
tibus coniunctis, totum ex ipsis resultans colligere potest:  
ita in rebus quoq; ratio quidem speculationem uniuersa-  
lem delineat, experientia uerò singularia iudicat.

**Epicteti.**

Nullus qui pecunias & uoluptates & gloriam amat,  
philanthropos, id est humanus dici potest, sed solus ille qui  
honestam amat.

Quem-

Quemadmodum nolles in magna pulchraq; nauis, &  
onusta auro nauigans submergi, sic etiam non desiderare  
debes in ampla magnificaq; domo sedens curis obrui.

1. Cleobulus Euagoræ Lyndius dixit,

Modus optimus. Genitorem oportet reuereri. Be-  
ne habere corpore simul & anima, curandum est. Liben-  
ter audire quidem oportet, non quæuis tamen temere.  
Præstat multa discendi studiosum esse, quam rædem. Lin-  
guam bene omniantem, non maledicam habere conue-  
nit. Virtutis est proprium iniustitiam odisse, pietatem cu-  
stodire, ciuibus optima quæque consilium. Linguam conti-  
nere. Per uim nihil agere. Liberos erudire. Inimicitias dis-  
soluere. Populi inimicum, hostem existimare. Cum uxore  
neq; lites, neq; blanditias, præsentibus alijs exercere con-  
uenit: hoc enim stulti uiri, illud autem insani signum est.  
Famulos ebrios ne castigaueris: sin minus, ebrius etiam ip-  
se uideberis. Vxorcm duc ex equalibus. Si enim ex supe-  
riori familia duxeris, non affines tibi, sed dominos compa-  
ris illis, quibus illuditur. In diuite fortuna ne superbias. Pau-  
per, non animo deiiciaris.

2. Solon Excectidæ filius Atheniensis dixit,

Ne quid nimis. Non sedebis iudex: sin minus, damnato  
inimicus fies. Voluptatem fuge, parit enim tristitiam. Mo-  
rum probitatem serua uel iureiurando fide digniorem. Ser-  
monem quidem ob signa silentio. Silentium autem tempo-  
ris occasione. Non mentiere, sed uerum dices. Seria medi-  
tare. Parentibus iustiora dicere non conator. Amicos non  
cito comparabis: quos autem comparaueris, non statim  
reijcies. Parere cum didiceris, imperare scies. Quam alijs

Solonis.

pœnam præscripseris, tu quoq; sustineto. Ciuibus non suar  
uissima, sed optima consules. Non eris audax, uel arrogas.  
Malis ne cœuersator. Consule deos. Amicos cole. Quod  
noueris, ut uideris, nō statim dic. Parētes reuerere. Mē  
tem tibi ducē præfice. Sciēs tace. Mansuetus sis in tuos.  
De rebus ignotis per notas & euidentes cōiecturā fac.

3. Chilon filius Pagetis aut Damageti La-  
cedæmonius dixit,

**Chilonis.** Nosce teipsum. Inter pocula nō multū loquere, delin-  
ques enim. Liberis hominibus nō minitare: neque enim  
deceat. Ne sis maledicus in proximos, sin minus, audies  
quæ tibi molesta erūt. Ad amicorū cōiuiua tardus acce-  
das, ad calamitates aut citō. Nuptias frugaliter celebra.  
Bene ominare de homine mortuo. Natu maiorem reue-  
rere. Curiosum in alienis oderis. Iactura turpi lucro præ-  
ferenda. Calamitosum non irriseris. Si robustus es, trā-  
quillus esto, ut reliqui te uercātur potius quā metuant.  
Domū tuā gubernā. Fac ne lingua tibi mentē præcur-  
rat. Iracundiā moderare. Impossibilia non desideres. In-  
uia non acceleres pergendo, neq; manum moueas, insa-  
nientis enim iudicium est. Legibus obtempera. Affectus  
iniuria reconciliare: contumeliam uerō ulciscere.

4. Pittacus Mitylæus,

**Pitaci.** Spondæ noxa præstō est. Amicorū tū præsentū, tum  
absentū memineras. Faciē reddere nitidā & speciosam  
nō laborabis, sed in actiōibus studijsq; tuis pulcher esto.  
Ne sis diues improbe. Ne te fama calūnietur erga eos,  
quibus astrictus es fide. Adulari parentibus nō dubita.  
Malū nō admittē. Qualia tu contuleris in parētes, talia  
prorsus à tuis liberis expecta. Difficile bonū cognosce/  
re. Sua-

te. Suauissimū est desiderio potiri. Molesta res est ocii.  
Intēprætia malū est. Imperitia, res est intolerabilis. Do-  
ce ac disce meliora. Ociosus ne fueris, ne si locuples qui-  
dē fueris. Felicitatē tuā celato. Fac ne declinās inuidiā,  
miserabilis fias. Modū adhibe. Nō oibus crede. Cū impe-  
s. Thales Milesius. (ras, rege teipsum.

Nosce tempus. Quod facturus es, ne prædixeris: fru-  
stratus enim spe, irrideberis. Amicis utere. Quæ tu æ/  
grè fers in proximo, ea ipse ne feceris. Infortunato ne  
quid ex probres: in his enim deorum uindicta sedet. De/  
posita recde. Sustine quas proximi paruas molestias in/  
tulerint. Ama proximum. Si parum tibi decedat, nō sta-  
tim amico conuicicris, neq; inimico bene preceris: hoc  
enim rationi aduersatur. Difficile est perspicere futura.  
Quod præterijt certū est, futurū uerō obscurū. Fida est  
terra: infidum mare. Inexplebile lucrū. Honestatem ac/  
quire. Obsequium quere. Amato disciplinā, temperan-  
tiā, prudentiā, ueritatem, fidem, experientiam, dexterit/  
tatē, societatē, diligentiam, œconomia, artē, pietatem.

6. Bias Teutamida filius Priæus.

Plurimi hominū improbi sunt. Teipso prius inspecto, Bian-  
ad agendū aliquid accingi oportet. Et si pulcher uidea-  
ris, pulchra facito: sin deformis, naturæ defectū mōrum  
pulchritudine pēsato. Honestatem exerce. Serō aggre-  
dere: quod aut cœperis, cōstanter absolue. Celeritatem  
in loquendo oderis, ne aberres: sequitur enim poeniten-  
tia. Neq; simplex sis, neq; malignus. Imprudentiam non  
admitte. Dilige prudentiam. Deos esse nunquā non dicit/  
to. Considera faciendum. Audi multā, loquere tempesti/  
uā. Si pauper sis, diuites non reprehende, nisi magna sit  
utili.

utilitas. Virum indignum, propter opes ne laudaris: persuasione cape, non ui. Cum quid bonum feceris, causam nõ tibi, sed dijs adscribe. Compara in adolescentia quidem bonam fortunam, in senectute uero sapientiam. Curandum est, ut habeas in factis memoriam, in tempore cautionem, in moribus ingenuitatem, in labore patientiam, in metu cautionem, in diuitijs amicitiam, in oratione persuasionem, in silentio decorum, in mente iustitiam, in audacia fortitudinem, in actione potentiam, in gloria principatum, in natura ingenuitatem.

7. Periander Cypseli filius Corinthius dixit,

Periander.

Rem omnem considera. Bona res quies. Periculosa temeritas. Lucrum turpe, accusatio natura est. Imperium populare melius est tyrannide. Voluptates quidem mortales sunt, uirtutes autem immortales. In dextra quidem fortuna moderatus esto: sinistra autem prudens. Hominem paruum mori satius est, quam uiuum indigere. Compara te, ut dignus sis parentibus. Da operam, ut uiuens quidem laudabilis, defunctus autem beatus existimeris. Amicis in læta pariter et tristi fortuna eundem teipsum exhibe. Si quid mali promiseris inuitus, transgredere. Sermones arcanos ne prodideris. Ita conuiciare, tanquam breui futurus amicus. Legibus quidem utitor antiquis, obsonijs autem recentibus. Non modo peccantes castiga, sed peccaturos etiam prohibe. Infortunium tuum celato, ne gaudio inimicos afficias.

Sofiadis septem sapientium consilia.

Sofiadis.

Sequere deum. Pareto legi. Cole deos. Reuerere parentes. Pro iusto etiam uinci sustine. Cognosce, postquam didiceris. Cum audieris, intellige. Nosce teipsum: Ducturus nocentem, opportunitatem cognosce: mortalia sapito, hospes

spes cum es, agnosce. Focum honora. Iuramento abstine. Impera tibi ipsi. Succurre amicis. Amicitiam dilige. Disciplina incumbe. Gloriam scilicet. Aemulare sapientiam. Quod pulchrum est, pulchre dicito. Neminem uitupera. Lauda uirtutem. Fac quæ iusta sunt. Amicis esto beneuolus. Inimicos ulciscere. Ingenuitatem exerce. Abstine malitia. Esto communis. Propria custodi. Alienis abstine. Verbis beneominare: audi omnia. Gratificare amico. Nequid nimis. Parce tempori. Prospice futurum. Iniuriam oderis. Famulos reuerere. Filios erudito. Si quid habes, alijs gratificare. Dolium metue. Benedic omnibus. Philosophus esto. Quod bonum et æquum est, iudica. Vbi cognoueris rem, actioni incumbe. Abstine cæde. Opta possibilia. Vtere sapientibus. Ingenium et mores explora. Quod accepisti, restitue. De nemine suspicare. Vtitor arte. Daturus non differes. Beneficia honorato. Inuideto nulli. Posside iure. Honora bonos. Iudicem nosce. Nuptias admitte. Fortunam ne neges. Sponsionem fuge. Colloquere omnibus. Vtere similibus. Sumptus facere ne differ. Acquisitijs gaude. Verecundiam cole. Gratijs refer. Bonam fortunam optes. Fortunam dilige. Audiens uide. Labora pro rebus quæ acquiri possunt. Contentionem oderis. Opprobrium detestare. Linguam cohibe. Iniuriam repelle. Iudica iuste. Vtere precum. Muneribus incorruptus res examina. Ineusa presentia. Dic sciens. Vim non facias. Viue iucunde. Conuersare mansuetè. Finem ceptis intrepidus impone. Omnibus esto benignus. Filijs non confides. Impera lingue. Benefac tibi ipsi. Affabilis esto. Responde in tempore. Labora cum iustitia. Ea fac quorum te non poeniteat. Peccans poenitudine afficiaris. Oculo moderare. Consule utilia. Absolue citò. Ami-



to. Amicitia custodi. Sis gratus. Concordia sequere. A canu no profer. Potentius time. Venare utile. Occasione expecta. Inimicitias dissolue. Senectute expecta. De uiribus ne glorieris. Benedicti uis usurpa. Simulata fuge. Diuitias possideto iure. Gloria no desere. Malitia habeas odio. Discendo no desatigeris. Periclitare prudenter. Ea quibus gaudes ne desere. Oracula admirare. Dilige eos quos alis. Absente ne impugnes. Maiore te natu reuere: iunior doce. Diuitijs no cofide. Verere te ipsum. Iniurius esse ne coeperis. Maiores tuos corona. Pro patria morte oppetas. No pugna aduersus uitam. De mortuo no riseris. Cu infelice codolecto. Gratificare citra iacturam. No quauis de causa tristeris. Ex ingenuis prole suscipe. Nemini promitte. Ne fueris iniquus in defunctos. Suscipe beneficia tanquam mortalis. Fortune ne credas. Modestus esto in pueritia, & adolescens quide sis temperas, uige te etate iustus, senex aut prudens. Moriari absq; tristitia

Heracleti.

Quorumcunq; sermones audiui, nullus eo usq; peruenit, ut intelligat sapientiam quiddam esse a rebus omnibus separatum. Homo solitarius, aut deus est, aut bellua.

Imperitia celare melius est, quam in medium proferre.

Hominibus oia que uolunt coringere, no bonum est.

Morbū sanitas excipit, iucunda res & bona, sume sapientia, labore quies. Temperantia maxima uirtus est, & sapientia uerū dicere, & facere secundum naturam intelligentes. Sapere oibus est commune. Cordate loquentes re quada omnibus communi confirmare oportet. Que admodum lege ciuitas confirmatur. Fouentur enim oēs humane leges ab una diuina, que quide tantum potest, quantum libet, & sufficit omnibus, atque etiam superat.

Anima

Anima ratio auget ipsa seipsam. Oportet in uita tamquam in fabula quadam, primas dicendi partes obtinere non ditissimum, sed prudentissimum.

Pulchrum est in foco quidem ignem conspici splendidum, in felicitate autem animum.

Oportet, sicut ex ciuitate que bonis legibus administratur, seditiosum hominem expellere: sic ex animo, quem saluum uoluerimus, mentem ad mala inclinatam.

Multae quidem artes insunt hominibus ex peritia, perite adiuueta. Peritia enim efficit, ut uita nostra per artem incedat: imperitia uero, ut per fortunam temere circumuagetur. Illarum artium alij alias & alias, aliter atq; aliter consequuntur, optimas uero optimi.

Nec equo sine freno, neq; diuitijs sine ratione tuto quis uti poterit.

Vita instar organi musici, dum intensioe & remissione sibi concinna redditur, suauior fit.

Laudandum est, quod secundum artem fit.

Maxima haec esse cura debet, ut unusquisq; nostrum posthabitis alijs studijs, huius in primis imitatore & discipulum se faciat, sicunde discere & inuenire queat, quo pacto bona uita a mala discernendi potens sciensq; semper optima, quoad eius fieri licet, ubiq; seligat.

Placet etiam quod dicit, melius esse multo usum eius rei praetermittere, qua quis recte uti nequeat. Itaq; illi qui oculis, auribus, toto corpore nescit uti, prestare neq; uidere, neq; audire, neq; ullo modo uti corpore, quam uti. Similiter & in artibus. Quicunq; enim lyra propria uti nescit, patet ut ipse ais, quod neq; alterius lyra scit uti: & qui aliena nescit uti, nescit & sua. Eademq; est de ceteris

ris

ris instrumentis & possessionibus ratio. Atq; eò tandem præclare tibi sermo procedit, ut inferas, qui nescit anima uti, præstare huic ut ocium agit anima, neq; uiuat, quam ut uiuat, & sui iuris in agendo ipse sit. Quem, si qua necessitas cogit uiuere, melius huic esse, ut seruus uitam ducat, quam liber.

Eiusdem in  
Acubiade  
facundo.

Dicemus, plures ab eo quod est optimum aberrare, ut pote qui opinioni absque mente ut plurimum consenserint? Planè dicemus. Prodest igitur multis, neque nosse quicquam, neq; putare se noscere: siquidem promptiores erunt ad illa efficienda, quæ uel noscunt, uel cognoscere opinantur. Agentes autè sibi nocebunt crebrius, quæ cõserent, &c.

Ebidem.

Oportet itaq; ciuitatem, & animam quæ rectè uictura sit, hanc proculdubio completi scientiam. Quemadmodum qui ægrotat, medicû: & qui prosperè nauigare uult, gubernatorem.

Ex definitio-  
nibus Plato,  
in inscrip.

Prudentia facultas est, per se hominis felicitatem efficiens. Affectio, quid agendum, quid non. Scientia, honorum & malorum. Scientia felicitatis effectrix.

Epicuram.

Esto sobrius, memorq; diffidere: hi sapientiæ nem sunt & artius.

De Sapientia quæ seorsim: quanquam & in prudentia superius sapientia uocabulo usus uel uulgo sic Stobæus.

Plutarchi ex  
lib. de morali  
uirtute sapien-  
tiam non esse  
in medio ut re-  
liquæ uirtu-  
tes. Item de  
prudentia.  
Aristote.

Ratio quæ in rebus uersatur agendis, affectuum commotionem moderans, uirtutes morum in parte animi experientiationis constituit, inter excessum atque defectum medium obtinentes locum, &c.

Aristoteli mos est eandem scientiam & sapientie nomine appellare, & primæ philosophiæ, & metaphysicorum, & theologiæ.

Aræ

Aristippus Cyrenensis philosophus adolescentes hortabatur, huiusmodi uaticina compararent quæ naufragos e-  
natantes sequerentur.

Aristippi.

Existimationes de sapiente & sapientia.

Primum itaq; existimamus sapientem omnia scire, maxime quoad fieri potest, nõ per singula scientiam ipsorum habentem. Deinde sapientem eum esse putamus, qui difficilia homini, non facilia cognitu, cognoscere potest. Scire enim omnibus est commune. quapropter facile & haud sapiens est. Præterea magis exacti, magisq; habilem ad principia tradenda, causasq; doctrina sapientiores esse, circa scientiam quamlibet arbitramur. Scientiam etiam eam quæ sui causa, sciendiq; gratia est expetibilis, magis sanè eam quæ est euentus gratia, sapientiam esse censemus. Et magis principem itidem, magis quam subministrantè. Non enim præcepta sapientum suscipere, sed præcipere: nec hunc alij, sed huic minus sapientem obtemperare conuenit.

Aristotelis in  
prooemio Me-  
taphysices.

Blantis.

Bias dixit: Qui sapientiæ uacant inani, noctuæ sunt si-  
miles oculis. Huius enim oculi noctu quidè ualent, solè autem splendente cæcutiunt. Et illorum mens acutissima quidem est in uanitate contemplanda: ad ueri autem luminis obiectum motum obscuratur.

Non equidem illum sapientè iudico, cuius oratio sapiens uidetur: neq; illum cuius lingua uolubilis est, mens autè inconstans & imperita: sed qui dum pauca de uirtute uerba facit, multa interim re ipsa & opere declarat, et uerbis suis autoritatem uitæ honestate conciliat.

Gregorij  
Theologi.

Sapientibus utere.

Non uita per se iucunda est, sed expectorare  
Curas ex animo caniciem inducentes.

Periandri.  
Pauli Siten-  
tarij.

D

Opes

Opes quidem mediocres opto. Superflua enim  
 Insaniens auri cupidine cura semper animum exedit.  
 Hinc fit, ut inter homines meliorem sepe inuenias,  
 Et paupertatem diuitijs, & mortem uita.  
 His tu cognitis animi uias dirige.

Oculis unicam in spem fixis, nempe sapientiam.

SENTENTIAE SINGVLIS  
 uersibus absolute.

Menandri.

Nulla possessio preciosior est sapientia.  
 Sapientia enim est, & discere quod nescis.  
 Sapientem apud uirum primum inuenta est ratio.  
 Sapiens enim nullus est, qui in omnibus offendit.  
 Sapientia diuitijs possessio preciosior est.  
 Sapientes autem occultant propria damna.  
 Sapiente à uiro oportet sapiens quid discere.  
 Optimum est honesta omnia scire.

DE IMPRVDENTIA, Sermo IIII.

Phocylidis.



Nunquam imperitis hominibus iudicium per-  
 mittas.

Sapiens sapientiam dirigit, & artes earundè  
 peritus:

Rudis audiens magnam eruditionem non capit.  
 Nihil enim intelligunt, qui nunquam bona didicere.

Eiusdem.

Cognosces autem homines habere spontanea damna.  
 Miseri, qui propinqua bona non conspiciunt,  
 Neq; audiunt. Sed per pauci malorum solutionem animad-  
 uertunt.

Orphei in  
 prælatione de  
 lapidibus.

Nulla prorsus hominibus prudentiam curandi  
 Est cupido, sed statim uenerandâ scientiâ contemnunt.

Vah

Vah miseri, qui sapientiam, rem utilissimam contumelio  
 se spernunt.

Ibidem.

Vulgus hominum simile feris, indoctumq;  
 Mentis indigentia diuina, neq; ad consilium  
 Diuinum splendens mortalibus fugit ex malitia,  
 Neq; diuinum aliquod opus ulla admiratione dignum  
 Nouit, sed nubes præcordijs ipsorum atra  
 Vndiq; circumposita, progredi florum  
 Virtutis in pratium, seritigerumq; inuidet.

Ibidem.

Mali uiri est, imprudenter agere & loqui.  
 Quin ista facito, quæ tibi non in posterum molesta sint.

Pythagoræ.

Nihil autem illorum age quæ ignoras: sed discere  
 Quæcumq; oportet: sic enim iucundissime uiues.

Sophoclis.

Quibus est aduersa fortuna, non surdi solum sunt,  
 Sed ne uidentes quidem res conspicuas uident.

Euripidis.

Quòd ignarus sis eorum in quibus peccas,  
 Id uerò magnum est tibi temeritatis & audaciæ incita-  
 mentum.

Hesiodi.

Imprudens est, quisquis præstantioribus certare uult,  
 Et uictoria priuatur, & dedecore supra dolorè afficitur.

Menandri.

Amentia hominibus spontaneum est infortunium.  
 Quàm intractabile malum est inscitia.

Sophoclis.

Quid tibi es iniurus, animum tuum in culpa faciens?  
 Nemo rem, dum peccat, cognoscit: sed quanta sit

Menandri.

Peccati magnitudo, postmodum uidet.

Eiusdem.

Graue est peccata huiusmodi committere,  
 Qualia qui admiserunt, uel nominare uerentur.

Euripidis.

Multi mortalium per audaciam suas calamitates  
 Obtegere uolunt, & celare mala.

Eiusdem  
 Methusæ.

Non sapit ille, qui in metu quidem infirmus est:

Animo autem paululum collecto nimium est arrogans.

Eiusd. Aeolo.  
Sapphus ad  
mulierem in-  
doctam.

De malo principio malus finis exit.

Defuncta iacebis. Nulla unquam in posterum tui memo-  
ria erit. Non enim participas rosis e Picria: Quin obscura  
ad Orcum ibis, neq; te quisquam uidebit puellam euanidos  
reliquisse manes, aut ab inferis euolasse.

Menandri

Res mihi cæca uidetur imprudentia.

Chæremonis.

Non uiuunt illi, qui nihil sapiens intelligunt.

Prius alios spernere, quam recte sepe didicisti.

Eiusdem.

Non decet mores nimium esse leues.

Eiusdem.

Nullus enim ubi iam uidet se lapsus, bene sibi consul-  
tasse uidetur.

Aeschyl.  
Sophoc al.  
Euripidis.

Næ homo fortunatus, sed imprudens, onus est graue.

Porro stultitia

Maximè soror est malitia.

Euripidis.

Qui cum imperito sapienter loquitur, non bene loqui  
uidebitur.

Hæc animi leuitas & præcipitatio

In magnam calamitatem detrudit homines.

Aeschyl.

Mala hominum omnia pontus abluit,

At illa pariter in superstitiosos ingruunt.

Eiusdem in  
Phrygiibus.

Sepe etiam stultus fuit opportuna locutus.

Heliodi.

Optimus quidem fuerit ille, quicumq; sibi omnia consu-  
luerit.

Animaduertens ea quæ deinceps, ac in fine meliora sunt.

Bonus autem & ille est, qui bene dicenti obtemperat.

Qui uerò neq; sibi sapit, neq; ab alijs audita

Animo recondit, hic sanè uir est inutilis.

Sophoclis  
in Aiace.  
Ibidem.

Imprudentes homines, bonum manibus

Tenentes, non agnoscunt, antequam amittant.

Consilio

Consilio enim nihil peius est malo.

Stultus enim stulta dicit.

Minimè imperitus homo inimicus fugiendus est.

Sed concedendum sapientibus & bene educatis.

Quicumq; nihili æstimat alium,

Seq; putat solum consilia uaria nosse,

Desipit, atq; bonæ mentis est expers.

Omnes enim ex æquo uaria scimus.

Sed huic non libitum est astutias sequi.

Illi uerò calliditas præ cæteris est cordi.

Stultitia mihi manifesta uidetur,

Intelligere quidem quæ oportet, non autem cauere ea.

Si quis in bona fortuna, & hominum beneuolentia

Sortem quærit præsentis meliorem, hic mala quærit.

Non potero replere pertusum animum,

Sapientes sermones homini stulto infundens.

Hoc uelim scias, etsi te latuerit antehac,

Quòd malitia magnæ signum sit imperitiæ.

Infelix es ò princeps qua parte te uincere oportebat,

Qua uerò non, felix es. Seruorum enim

Multitudini concedis, liberis uerò minimè.

Age spectatores pluribus audite, & intelligite

Rem, ad uos enim recta causæ nostræ dictione eloquar.

Nam cum peregrinos poetas audiistis, statim sapientes  
ipso esse asseritis.

Si quis uerò nostratum nihilo illis sapientia inferior

Aggrediatur poesim, omnino desipere iudicatur:

Quin uerò insanit, & mente nõ constat, ut uos clamatis.

Sed agite, mihi audite, & moribus planè immutatis,

Si quis è uestratib. musica delectetur iuniorum, nõ inuideate.

D 3

Omnes

Euripidis in  
Bacchis.  
Eiusdè in Her-  
cule furente.

Theogn.

Menandri.

Euripidis.

Eiusdem.

Eiusdem  
Alexandra.

Eupolidis.

Rhiani. Omnes profecto erramus animis  
 Homines, & lance deorum distributa diuersa dona ferimus  
 Pectore insipiente. Nam qui uictus inops  
 Fuerit, is grauem dijs culpam impingit  
 Mœstus: uirtutem uerò suam animumq; negligit,  
 Nec dicere quicquam fortiter, neq; facere,  
 Præ timore audet, ubi uiri locupletes adfuerint:  
 Sed animum eius absument pudor & mœror.  
 At qui secundâ fortunâ, & opes à Deo collatas habuerit,  
 Et regnum in multos: hic obliuiscitur, quòd telluri  
 Pedibus infistat, & mortales ei sint parentes:  
 Sed arrogans, & animo peccans,  
 Instar Iouis tonat, & caput supra ceruicem tollit,  
 Quamuis paruus homo, pulchrisq; decoram cubitis Mi-  
 neruam ambit.

Deniq; uiam ubiq; requirit ad Olympum,  
 Ut numeratus inter deos epulis iungatur eorum.  
 Ast Ate leuibus accurrens pedibus,  
 In uertice capitis insperata, nulliq; uisa,  
 Iam quidem uetulis ipsa iuuenili forma, iam uerò contra  
 Iuuenibus senili infistit facie fraudulentè,  
 Ioui deo terribili, & iustitiæ gratum faciens.

Menandri. Non est quicquam audacius, quàm imperitia.  
 Hesiodi. Miser, nimirum ualde deplorat postmodum  
 Calamitatem suam lugens, quæ non reuocabilis est.  
 Sophocli. Hac parte uidelicet omnia laborant hominũ negocia,  
 Cùm remedia malis mala statuunt.  
 Eiusdem. Hoc uerò dolendũ est, si cū res ferat se rectè institui,  
 Sua quis culpa sibi damnum comparat.  
 Menandri. Qui non bene fert quæ in uitâ contingere sibi

Bona, stolidus est, non beatus.  
 Nullus peccandi satis magnus est prætextus.  
 Si quis mente sibi non constat,  
 Hic rectè quicquam neq; audit, neq; uidet.  
 Mentis est uidere, mentis audire. Sed quomodo uideret  
 sapientiam, licet propinquam uiri, quorum mentem lutum  
 repleuit, & sex difficilis elui?  
 Asinus byram, sus audiebat buccinam.  
 Multos uiros satietas perdidit insipientes. (fluūt.  
 Vel parũ enim intelligere difficile est, cū externa bona as-  
 ut solare lumen imbecillus & impotens uisus aspicere  
 nequit: ita ueritatem, idq; multo magis, infirma mēs & in-  
 ualida conspectare non potest.  
 Magna hæc & grauius facinora de se ipsa Cœte confite-  
 batur. Hoc enim solum in ipsorum uoluntate boni erat,  
 quod malum est maximum, nempe quòd improbè facta ab  
 ipsis, audacter eloquerentur.  
 Non sum nescius, quòd magna pars eorum qui aliqua  
 de re monentur, non suam utilitatem spectant: sed eo mole-  
 stius quæ dicuntur accipiunt, quanto quis diligentius erra-  
 ta ipsorum examināt.  
 In primis cauendũ, ne rationũ ofores euadamus, quem-  
 admodum: nonnulli hominum ofores fiunt. Nullum enim  
 magis quàm hoc malum nobis possit accidere, uidelicet si  
 rationes odio habuerimus. Fit autem eodem pacto odium  
 & aduersus rationes, & aduersus homines, &c.  
 Demosthenes rhetor cū uidisset ineptum quendam  
 demagogum, id est beneuolentiæ popularis audum, magna  
 uoce concionantem, dixit: Non magna res statim bona est,  
 sed bona statim est magna.

Eiusdem in  
Theitelia,  
Philemonis.

Cercidæ.

Senarius pro-  
uerbialis.  
Theogn.

Rhegini in  
sermone de  
amicitiâ.

Corneliani  
contra Bero-  
nicen.

Iocratii in  
Bucir. de.

Platonis in  
Phædoni.

Demosth.

- Cratis.** Crates stultos homines terebris comparabat, quod nisi uinculis & alijs coacti officium suum non faciant.
- Democriti.** E bonis mala nascuntur hominibus: si qui bona non re-  
cta ratione regere, neq; facile ferre nouerunt.
- Bionis.** Bion grammaticos aiebat errores Vlysis inquirentes, non animaduertere suos, neq; uidere, quod eodē ut ille modo errent, dum labores multos inutiles exhauriunt.
- Heraciti.** Mali fiunt etiam oculi, & aures stultorū hominum, qui barbaros habent animos.
- Isocratis, al. Socratis.** Timidus quidem patriam, ambitiosus uerò substantiam paternam deserit.
- Socratis.** Fugitiui, & si nullo persequente, sibi metuunt: insipientes autem, licet nihil aduersetur ipsis fortuna, perturbantur.
- Socratis.** Stulti temulenti debacchantur, aduersante fortuna in-  
saniunt.
- Neq; musices ignari instrumenta concinnare, neq; in-  
docti infortunia sibi accommodare possunt.
- Indoctorum uita, tanquam histrio, multa fastus & ar-  
rogantiæ gerit indumenta.
- Stultis, sicut in infantibus, utcunque leuis occasio satis est  
ad luctum.
- Errant peregrini in uijs, in rebus imperiti & rudes.
- Idem est languenti onus imposuisse, & indocto bonam  
fortunam.
- Neq; nauigātes præter loci cōmoditatē appellere tutū  
est, neq; uiuentes præter legē uitam agere, periculo uacat.
- Protheus quidem formam, imperitus uerò animū ubiq;  
mutat & uariat.
- Multos ut in morbis, ita etiam in successu fortunæ con-  
uersantium multitudo afficit molestia.

Philip/

Philippus Atheniensis cōparabat statuīs quibusdam quæ Philip. Ath.

nihil aliud quàm os habent, & magna pudenda.

Demades tibijs similes esse dicebat Athenienses, quod Demadis.

adempta lingua nihil residui rationis haberent.

Theocritus ad ludimagistrum quendam male pronun- Theocriti  
ciantem accedens, rogauit. Qui sit, quòd Geometriam non Chij.

doceas? is cū respondisset, quoniam ignoro: quid tum di-  
xit: nam legere quoq; nescis.

Simulachra artificiosa, & bellè ornata, ad sui quidem Democriti.

spectaculum alliciunt, sed corde carent.

Malorum suorum obliuio gignit audaciam.

Stultiterudiuntur per ingenij astutias: earum uerò igna-  
ri, per sapientiam. Ipsa res quæ ad usum adhibetur, magis  
quàm qui utitur homo, modum sui cognoscere uidetur (ni-  
mia enim exundat.)

Stulti cū uitam oderint, uiuere tamen uolunt mortis  
metu.

Stulti uiuunt, non delectati uita.

Stulti desiderant iuuentutem, cum nullo iuuentæ com-  
modo fruuntur.

Stulti desiderant absentia: præsentia uerò, & si meliora  
præteritis, negligunt.

Homines dum fugiunt mortem, sequuntur ipsam.

Stulti nihil approbant per totam uitam.

Stulti mortem timentes, senescere cupiunt.

Gloria & opes absq; mente, nō tutæ sunt possessiones.

Multi quamuis plurima didicerint, mentē non habent.

Cū in Stoicorū gymnasio retrosum incederet riden- Democriti.  
tibus nonnullis: Non uos, inquit, pudet uiuendi iter facere  
retrogradum, mihi uerò deambulando tantum id facienti  
nitio dare?

D 5

Socrates

Socrates adolescentulum intuitus diuitem ac imperitū:  
Videte, dixit, mancipium aureum.

Diogenis. Diogenes aiebat, de necessarijs quidem ad uiuendū ho-  
mines sibi prospicere: quæ uerò ad bene uiuendum perti-  
nent, non comparare.

Aristot. Aristoteles, illos qui res manifestas demonstrare conan-  
tur, perinde facere dixit, ac si solem adhibita lucerna uellet  
ostendere.

Bion. Bion interroganti quid esset amentia, siue stultitia, pro-  
ficiendi impedimentum, respondit.

Stilponis So- Stilpon rogatus quid statua durius esset: homo stolidus,  
cratici. dixit.

Cleant. Cleantes dicere solebat, rudes hominēs sola forma à  
brutis differre.

Phauor. Phauorinus homines partim esse ridiculos, partim odio-  
sos, partim miserabiles dixit. Ridiculos quidem, qui per au-  
daciam ad maiora aspirant. Odiosos, qui ea consequuntur.  
Miserabiles uerò, qui spe falluntur.

Ad conuiuū quidē inuitati presentibus utimur. Quòd  
si quis iuberet hospitem apponere sibi pisces, aut placetas,  
absurdus uideretur. At nos in mundo petimus à dijs, quæ  
non dant: cum multa interim sint, quæ exhibuerunt.

Egregij uerò scilicet sunt, qui sibi ualde placent in rebus  
externis, neq; nostri arbitrij. Ut si quispiam dicat: Ego te  
melior sum, possideo enim prædia, tu fame cruciaris. Alius  
se consularem, alius tutorem iactat. Est cui crispum suū ca-  
pillitū placeat. Atqui equus equo non dicit, melior te sum,  
multū enim pabuli habeo, & hordeum abunde, aureumq;  
frenum: sed quia te uelocior sum. Siquidem omne animal ex  
uirute, aut uitio sibi proprijs, melius deteriusue iudicatur.

At

An uerò homini tantum nulla uirtus est peculiaris, sed ad  
comam, uestes, & auos respiciendum est: Siquidem medici  
nullum dent consiliū, displicet agris, & nihil sibi spei su-  
peresse putant. Erga philosophum autem nemo sic afficitur,  
neq; metuit illum de sapientia sua desperasse, si nullam  
ei uitilem admonitionem protulerit.

Qui corpore sunt bene constituto, æstum & frigus tole-  
rant. Ita quibus bonus est animi status, iram, tristitiam, gau-  
dium, & cæteros affectus bene ferunt.

Animus stultus, turpis & immoderatus habendus  
est.

Amentiam animæ morbum esse concedendum, genus  
autem eius duplex, alterum insania, alterum inscitia.

Homines multa potius scire uideri, quàm uerum dicere  
desiderio tenentur. Proinde multi dum contrarias ueteri-  
bus opiniones probāt, ueri cognitionem de rebus maxime  
necessarijs dubiam efficiunt, ita ut non amplius solidam fi-  
dem assequatur, sed tanquam ab antiqua persuasionē in cō-  
trariam ad hoc compositis illorum uerbis, reuulsa instabi-  
lissimè pendeat.

Homines uani ac stulti, præ diuites quidem utenq; ma-  
los colunt, & admirantur, bonos uerò, ut primū inopes  
esse intelligunt, contemptui habent.

Non pauci rhetorum iniurijs affecti, filios suos arte rhe-  
toricam docent. Nullus autem qui iniuriam à lupo accepit,  
ipse lupo fit ut remordeat.

Zenon dixit, ridiculum esse quòd non unusquisq; quo pa-  
cto uiuendum sit, ipsemet in rebus suis consideret, tanquam  
omnino inscius, quorumuis autem aliorum laudem admire-  
tur, à iudicio pendens alieno.

Luxuriosi

Luxoriosi cùm ægrotant, stulti cùm fortunam sinistram experiuntur, uix curari queunt.

Pythagoræ. Sacrificia stultorum ignis solum alimenta sunt: eorumdem anathemata, uictum sacrilegis suppeditant.

Ex Aristot. nis simili. Ariston Chius eos qui cyclopædia & mathematicis disciplinis uacarent, neglecta philosophia, similes aiebat esse proci Penelopes: qui cùm ipsa potiri non possent, ad ancillas se conuertebant.

Idem uulguſ hominum Laerti comparabat, qui cùm reliqua ruri diligenter omnia curaret, seipsum negligebat, sic & illos studiosissimos quidem esse circa possessiones, animum autem feris obrutum affectibus non excolere aiebat.

Diogenis. Diogenes dicebat se multos quidem uidere colludentes, colluctantes, & discursantes: nullos autem qui uirtuti operam darent.

Platonis ex epistola ad familiares Dionis. Audax imperitia, ex qua omnibus omnia mala tanquã radice pullulant, & amarissimum postea fructum suis authoribus produciunt. Hæc denuò omnia inuertit et perdidit.

\* Locus uideretur corruptus. Timidus quidem arma contra seipsum habet, stultus autem pecunias.

Socrates. Neq; uinum austerum aptum est potioni, neq; mores agrestes conuersationi.

Plotarchi de animi tranquillitate. Quomodoquid timidi, & qui nausea nauigando obnoxij sunt, existimantes se meliuscule habituros, si ex acatio in gaulum, rursumq; si in trirrem commigrant: nihil tamen proficiunt bilem timiditatemq; secum circumferentes: ita aliud uitæ genus, non eximit animo ea quibus grauat & perturbatur, hoc est rerum inscitia, & rationis imperfectionem, ac id uitium quod non potest, neq; callet recte presentibus uti. Hæc sunt quæ diuites grauant, & pauperes.

peres. Hæ nuptis & innuptis sunt molestiæ. Hinc est quod multi forum fugiunt, deinde uerò tranquillitatem non probant: ideo ad principum aulas cupiunt promoueri: quod cùm peruenere, mox grauantur. Sic ægrotantium animus implacidus atq; perplexus est: nunc mulier est molesta, nunc medicum accusant, aliàs grabato succensent: amicorum & qui uenit, molestus est, & abiens grauat, ut Ion inquit. Dein de morbo soluto, melioris temperamenti beneficio sanitas accedit, omniaq; grata facit & iucunda. Quod igitur ægrotato sanitas præstat, idem recta ratio accedens, ut in unoquoq; uitæ genere mutationem animo lubenti, faciliq; seramus, efficiet.

Eosne sapientes putas, qui faciendâ dicendâq; cognoscunt? Hos ipsos. Quos uerò stultos arbitraris? Nonne qui neutrum istorum sciunt? Ita sanè. Igitur, qui utrumq; istorum ignorant, imprudentes sese prodent, dicendo faciendâq; ea quæ non conueniunt. Sic uidetur.

Platonis in Alcibiade.

Neq; Achilles arma Therſiti, neq; animi bona homini stulto conueniunt.

Socratis

Uitium ægrotantis, et bona fortuna insipientis, multum continet molestiæ.

Tonitrua pueros in primis, & minæ stultos territant.

Imprudentia seu stultitia, rationis est uitium, malè uiuendi causa.

Aristot. in libro de uirtutibus. Ibidem.

Imprudentiæ est, iudicare peruersè de rebus, deliberare perperam, uti nequire presentibus bonis, in falsam adduci opinionem, de ijs quæ ad uitâ sunt bona & honesta. Sectatur autem imprudentiâ inscitia, incotinètia, rusticitas, obliuio.

Beseleel rhetor dixit: Qui animo puer est, nihil ab ætate puero differt.

Besele. Rhe.

Stupor



De Auidi  
tar. Theo  
phraiti.

Stupor seu stupiditas est animi tarditas, in uerbis simul  
& actionibus. Stupidus autem eiusmodi est, ut calculis cõ/  
putando, ac summam colligendo, eum qui iuxta sedeat inte/  
rim roget quid agatur, &c.

De rustici/  
tate. Theo.

Rusticitas inepta & deformis ruditas definiri potest.  
Rusticus uerò is, mea sententia, appellandus est, qui medi/  
camento epoto in concionem descendat: suauissimamq; un/  
guenta nihilo dicat suauius olere, quam cepas: & maiori/  
bus pede calceis induitur, ac maxima utitur inter loquen/  
dum uoce: neq; amicis, neq; familiaribus fidem habet: de re/  
bus uerò maximis cum seruis communicat: ad operarios  
autem, quos in agro mercede conduxerit, quæ in concione  
sunt acta omnia de ferris: & supra genu sublata ueste sedet, ut  
aliqua pars nuda appareat. At in uia neq; admiratur ma/  
gni quippiam, neque obstupescit unquam: quum asinum au/  
tem uel bouem uiderit, aut hircum, tum gradum sistens quam  
attentissime spectat: & ex penu aliquid nactus, quam au/  
dissimè comedit, & meracius bibit, &c.

Eiusdem de  
importuni/  
tate.

Importunitas est, occurfus incidentibus molestus. At im/  
portunus ille est, qui adiens hominem minimè ociosum, ali/  
qua de re eum eo communicat.

## DE TEMPERANTIA,

### Sermo V.

Menandri  
in Georgia.



Optimus hic uir est, ò Georgia,  
Quisquis hominum plurimas iniurias ferre no/  
uit.

Menandri

Ego nihil esse, temperantia puto antiquius,  
Quoniam semper bonis conuersatur.  
Homines frugi timent diuina.

Ne mihi diuitias nomina. Non illi magnifacio deum,  
Quem pessimus quisq; facile sibi comparat.

A factis inhonestis nõ possunt honesta proficisci uerba.  
Heu mihi, sacrum est omnino malum,  
Bonum uidere, non uti tamen ipso.

Quid enim aliud ad uitam requiritur, nisi duo sola,  
Cereris alimentum, & aquæ potus?

Sic facta ferunt, pro malis ut consilijs.  
Malam uicissim talionem lucentur homines.

Penu uirtutis est temperantia.  
Compositum & modestum illum esse decet, qui aliena men/  
sa fruitur.

Gratiosa res est homo, si homo sit.  
Decet uirum bonum audientem esse magistratui.

Dies inclinat, iterumq; refert  
Omnia humana. Moderatos autem  
Diligunt dii, & malos oderunt.

Nunquam obsecris gaudendum est uoluptatibus.  
Non Bacchus est, qui intemperantes esse cogit

Mulieres circa Venerem: sed in ipsa natura  
Temperantia uis semper inest ubiq;

O felix heros Hippolyte, quantos nactus es honores  
Ob temperantiam: nunquam inter homines uirtute

Vis ulla maior est: aut enim præcedit, aut  
Sequitur pietatem bona gratia.

Calamitati aliorum, qui in fortuna passi erant,  
Nunq; insultauit, metuens ne quid etiam ipse pateretur.

Colloquentium duorum, irato altero,  
Iste qui uerbis non refragatur, prudentior est.

Amct aut me modestia, donu pulcherrimum deorum.

Eiusdem.

Eiusdem.

Æschyli.  
Sophoclis in  
Aiace.

Ibidem.

Eiusdem.

Euripidis in  
Bacchis.

Eiusdem in  
Hippolyto.

Eiusdem.

Eiusdem Me/  
dea.

Eiusdem in  
Hippolyto.

Papæ, quàm pulchra ubiq; res est modestia,  
Et gloriam bonam inter mortales producit.

Eiusdem in  
Theſt.

Est quidam planè alius inter homines amor.  
Animi iusti, frugi atq; boni.

Lini. Prospice, animum intendens & municens ex auditu  
Nostri sermonis, ulam præ cunctis ueram.  
Noxas repelle, sortesq; damnosas, quæ profanorum  
Vulgus subuertunt, malisq; per omnia implicant  
Varijs, fraudulentis sibi sumentes formas.  
Has tu custodia mentis ab animâ arceto,  
Hæc enim expiatio reuera te iuste purgabit.

Al. Lini ex  
lib. de natu-  
ra mundi.

Siquidem re ipsa oderis exitiosum earum genus,  
In primis uerò illam malorum omnium largitricem,  
Quam regit instar aurigæ cupido stolidis frenis.

Pythagoræ.

Sed modum in cibo, potu, & exercitijs  
Adhibeas. Modum appello, quantum nihil doloris aut mo-  
lestiæ pariat.

Assuesce uictum habere purum, non delicatum.

Phocylidis.

Moderari autem assuescito istis,  
Ventri primùm, & somno, libidiniq; & iracundiæ.

Eiusdem.

Virginem custodias bene clausis thalamis.

Neq; ipsam usq; ad nuptias ante domũ conspici permittat.  
Liberorũ pulchritudo difficilis custoditu est parentibus.

Eiusdem.

Temperantiam exerce: & factis obscenis abstine.

Eiusdem.

Moderate cibum potumq; sumas, & loquaris.

Eiusdem.

Modus omnium optimus, excessus autem uitandus est.

Eiusdem.

Honestus est uirtutis amor, Veneris aut dedecus auget.

Eiusdem.

Passiones sint cõmunes, nihil magnum neq; superbũ sit.

Non bona est redundans mortalibus utilitas.

Nimius autem luxus ad immodicos trahit amores.

Pulcher

Pulcher uirginitatis thesaurus est: sed uirginitas  
si seruetur ab omnibus, uitam perdet.  
Idcirco legitime uxorem duc, & ab ipso nuptio  
Hominem tui loco des: fuge autem leuocationem.

Pauli Sæm-  
narij.

Antigenes Gelous hunc sermonem aliquando ad filia  
Dixit, cum iam esset moribundus:

Andræ  
Theſſalonis.

O formosa uirgo, & filia mea, socræ tibi retine  
Colum, sufficientes tenui uitæ opes.

Quod si uiro nupseris, Græciæ parentis mores  
Obsuato probos, firmissimam uiro dotem.

Castitas & amor, affectus contrarij, cum alter alteri  
Occurrisset, hominum animas utriq; perdidit.

Incerti au-  
toris.

Feruidus Hippolyti amor occidit Phædræ,  
Hippolytum uerò casta temperantia necauit.

Ventrem impudentem firmis rationibus ad uerecun-  
diam redegit, Palladæ.

Temperantia castigans molestum intestinum.

Nam cum mihi mens altius supra uentrem sita sit,  
Quid ni superare uentrem inferiorem?

Nullum pudiciæ manifestum est argumentum.

Eiusdem.

Hæc dico uiris, qui decipi solent.

Nam neq; deformitas omnino caret suspicione,  
Nec omnis pulchra luxuriosa est.

Inuenias enim quæ multa dona pulchritudinis causa offer-  
rentes

Non sequitur. Multas uerò mulieres est uidere

Informes facie, quæ Venere non satiari possunt,

Et uolentibus sepe se prostituunt.

Non si quæ supercilia contrahit, & nunquam ridens

Apparet, & conspectum declinat uitorum.

E

Ne

Non inquam tales digni sunt mores, quibus castimoniam cre-  
das: sed est reperire

Meretricem latenter, quæ alioqui grauissima uidetur.

Hilares autem, & quosuis humaniter aduertes

Pudicas, si modo ulla mulier pudica est.

Democriti. Legi, & principi, & sapientiori cedere, decorum est.  
Eiusdem. Optimum homini, uitam agere animo ut plurimum la-  
to, rarissime tristato, quod fieri poterit, si uoluptates non in  
perituris rebus locentur.

Eiusdem. Facinorum malorum sermones quoque sunt cauendi.  
Theobuli. Iniurijs affectus reconciliare, contumelias ulciscere.

Biantis. Sic uitam institue, tanquam & parum & multum uicū  
rus temporis.

Pythagoræ. Satius est humi cubantem uiuere, & bono animo esse,  
quam perturbatum in aureo lecto.

Eiusdem. Nulla re indigebis, quæ dare & auferre penes animam est.  
Quibus à corpore solutus non egebis, illa omnia con-  
temne: & quibus etiam defuncto erit opus, illis tibi uacanti-  
ti, deos adiutores precibus aduoca.

Chilonis. Multo magis damnum quam turpe lucrum elige.  
Quippe illud semel duntaxat molestum, hoc perpetuo fu-  
turum est.

Socratis. Maximam fortunam ceu minimam spectare oportet: et  
quod abest, non desiderare, neque enim ad te pertinet. V-  
trumque pariter manere non potest. Nihil in rebus constans  
est. Si opulentus sis, & quotidie pluribus inbies, tam es ino-  
pius, quam copiosus. Ut pauper quæ possides, uis retine-  
re: ut diues, accumulare plura, ex æquo tam hic quam ille  
animum habet anxie sollicitum.

Socratis. Socrates aiebat, oportere uoluptates non ex alijs, sed ex  
nobis

nobis ipsis aucupari, corpus autem, ut decet, præparatum  
& compositum esse uolebat.

Socrates dicebat, Nulla re indigere, Dei esse: quam pau-  
cissimis autem, Deo proximum.

Socrates interrogatus, quibusnam rebus maxime absti-  
nendū esset: Turpibus & iniustis uoluptatibus, respondit.

Alexander, quum quidam eum hortarentur, ut Darius si-  
lias & uxorem forma præstantem spectaret: Turpe futurū  
dixit, eos qui uicissent uiros, à mulieribus uinci.

Frugalis et rebus suis contentus animi habitus, similis est uia  
breui et amena: multū enim gratiæ, parum laboris habet.

Mensam preciosam fortuna apponit, frugalem & con-  
tentam temperantia.

Risus neque multus sit, neque ob multa, neque solutus.

Conuiuia cum extraneis ac uulgaribus ut plurimū de-  
clinanda: quod si quando tempus incidat, caue tibi. Scias enim  
necessarium esse, qui cum inquinato conuersatur, etiam si  
purus fuerit, & ipsum inquinari.

Indignum esse aiebat Diogenes, athletas & citharædos  
uentre & uoluptatibus superiores esse: hos uocis, illos cor-  
poris gratia: propter temperantiam uero neminem ista con-  
temnere.

Robur animæ est temperantia, hæc enim animæ passi-  
onum expertis lumen est.

Socrates querenti quis ditissimus esset, paucissimis con-  
tentus respondit. Virtus enim rebus suis contenta, naturæ  
opulentia est.

Patris temperantia, optimum liberis præceptum.

In exercitio lassitudinem, in rerum successu inuidiam de-  
clinare oportet.

Dionysius Aristippo persuasit, ut deposita ueste attrita, purpuram indueret: persuasus ille Platonem ut idem faceret, inuitabat. cui Plato: Stulam muliebrem non licet mihi sumere. Excepit Aristippus: Eiusdem poetæ & hoc est, Pudica quanquam Bacchidis præsens sacris, Non esse casta desinet.

Ex Serini scriptis.

Phocionis uxor mulieri aureum mundum suum & gemmis refertum ostentanti dixit: Satis splendidum mihi ornamentum est Phocion meus, pauper quidem, sed uicissim iam anno Atheniensium dux.

Epaminonda.

Legati uenerunt à rege ferentes aurum, animo corrumpti muneribus Epaminonda. Inuitati sunt igitur ad prandium ab ipso: intelligebat enim, qua gratia appulissent. Inuit sit uerò ut à prandio causam aduentus explicarent. Apposita est mensa uilis, bibebat uinum acidum: neq; habebant quod ad hæc dicerent. Tum ille subridens: Abite, inquit, & domino uestro mea prandia narrate, ut intelligat, ijs me contentum non facile ad proditionem allici posse.

Democriti.

Temperantia quæ iucunda sunt, auget, & uoluptatem maiorem facit.

E Nicolai Colledaneis de moribus.

Aritoni nihil uita fruens occidunt. Oracula testis inscripta, in aureis inuolucris seruant.

Dardani gens Illyria ter duntaxat in uita lauam, cum nascuntur, in nuptijs, & in funeribus.

Cræticis.

Crates cum in forum incidisset, alios ementes, uendentes alios contemplatus: illi, inquit, quod rem inter se contrariam agunt, se beatos iudicant: at ego me, quod utriusq; tum emendi, tum uendendi sum immunis.

Antiphonitis.

Qui turpia non cupiuit, neq; attingit, is non est temperans. Nihil enim existit à quo sibi temperauerit, ut moderatus

flus & continens dici mereatur.

Sacrificium mihi maximum uidetur, uitam quotidie modestam & temperantem præstare.

Ixi.

A quibus animam detineri turpe est, eorum continentiam meditari, lucri, iræ, uoluptatis, doloris. Contingens autem horum euades, si primò lucrum existimes, quod gloriam, non quod pecuniam auget. Quod ad iracundiam, non aliter in peccantes effici debes, quam alios uelles erga te ipsum. In iucundis tibi temperabis, si repetes dedecus esse seruis imperare, uoluptatibus seruire. In tristibus, si aliorum intuearis infortunia, & te hominem esse memineris. In primis uerò ad benefaciendum incitare, si intellexeris inde etiam uoluptates pendere. Nam in uita socordi & epularum studiosi mox dolores uoluptatibus coalescunt: uirtuti autem uacare, & uitam sobriam instituire gaudia sincera semper diuturnioraq; reddit. Deos time. Parentes honora. Amicos reuerere. Voluptates aucupare, quæ tibi gloriose sint, delectatio enim iuncta honesto, optima: secus, pessima est.

Iocraus ad Demonicum.

Quæ ab alijs in uos fieri agere fertis, ijs uos ne afficito alios.

Eiusdem in Nicocle.

Aio te reuera esse regem, ut qui regere possis uoluptates, eisq; moderari, & corona temperantiæ sis redimitus, et purpura iustitiæ indutus. Etenim alios principatus mors sequitur: huiusmodi autem regnum in omne æuum extenditur. Item alij in hoc seculo soluuntur: hic uerò ab æterno supplicio liberat.

Agapeti diaconi ad Iulianum.

Dominus omnium rex est, & seruus interim Dei cum omnibus. Tunc autem maximè uocabitur dominus, cū ipse sibi dominatur, & absurdis uoluptatibus non subijcitur: sed

Eiusdem.

cum auxilio pie rationis, quæ inuictum in irrationales affe-  
ctus imperium exercet, omnia domantes cupidines pan-  
plicitate temperantiæ deuincit.

EX COLLECTANEIS HERMIPPI,  
de Carminibus Homeri, peculiari aliqua  
dote insignibus.

Demetrius Phalereus ad temperantiã carmen hoc Ho-  
meri pertinere dicebat:

Et ueteris cupidè repetunt consortia lecti.

Eam igitur quæ superest uirtutè uoluptatibus coercent/  
dis præficere oportet, quæ quidem efficit, ne suum prudent/  
tia opus deserat. Quamdiu enim sapit aliquis & prudens  
est, cupiditates ad uitia ducentes emergere non permittet.  
Vbi uerò mens tanquam præstigijs sopita iacet, statim exur/  
gere solet imprudentia, & comitem sibi uocare luxuriam.

Omnis uirtus quicquid mortale & caducum est, asper/  
natur, et immortalitatem amplectitur, multò maxime uerò  
temperantiã hoc sibi studium habet, ut quæ uoluptates, qui-  
bus anima corpori tanquam clauis affigitur, contemnat, ca-  
stis inmixta gradibus, ut Plato ait.

Temperantiã cum exterminet à nobis quicquid in per-  
fectum & perturbationibus obnoxium reperit, quomodo  
non perfectos nos redderet? Quod autem ita se res habe-  
at, uel ex Bellerophonis fabula cognoscet: qui cum mode-  
stia auxiliari, Chimeram, & belluinum agreste ferumq; ge-  
nus omne confecit. Omnino enim immoderata affectuum  
uis, ne homines quidem finit esse homines, sed ad rationis  
expertem, belluinam, & incompositam naturam eos tra-  
hit.

Hieracis ex  
libro de iu-  
dicia.

Tamblichii ex  
ep. sto. de tem-  
perantiã.

Ibidem.

Bona

Bona illa moderatio, qua uoluptates intra certos limi-  
tes coercentur, familias simul & ciuitates, secundum Cra-  
tetis sententiam, conseruat: imò ad deorum naturam pro-  
pius iam accedit. Quamobrem Perseus ad summam tempe-  
rantie laudem aspirans, duce Minerva, Gorgonis caput, cu-  
piditatem nimirũ quæ deorsum in materiam trahit, & sa-  
xeos efficit homines stolidis affectibus repletos, amputauit.

Fundamentũ igitur uirtutis est, ut Socrates aiebat con-  
tinentia & moderatio uoluptatis. Ornamentum uerò bo-  
norum omnium temperantiã spectatur, ut Plato asseruit.  
Munimentum deniq; honestissimarum animi affectionum  
hæc ipsa uirtus est, ut ego dico.

Ergo audacter hoc assero, ceu uerè confessum, tempe-  
rantie decus in omnes uirtutes extendi, & omnium ab ea  
uirtutum unam harmoniam, concentum, & commodera-  
tionem inter se constitui. Eiusmodi cum sit, occasionem  
quoq; omnibus præstat, ut innascentur, & innatas stabili  
incolumitate confirmat.

Vt bonum histriõnem, quamcunq; ei poëta dederit per-  
sonam, eius decorũ seruare decet: ita bonum uirum, quam-  
cunq; fortuna dederit. Nam & ipsa, ut Bion inquit, uelut  
poëtria, nunc primi, nunc ultimi actoris locum nobis tri-  
buit, aliàs regis, aliàs mendici personam. Ne igitur, si par-  
tes tibi contigerint actionis ultimæ, primas occupare ue-  
lis. Aliter indecorum te dabis. Tu honestè præces, ego sub-  
ijcior, inquit ille. Tu multorum, ego unici istius pedago-  
gum ago. Tu diues largiris liberaliter, ego non dubito abs-  
te accipere. Non præ inopia animi deiecti & degeneris  
sum, neque de sorte mea conqueror. Tu multis rectè uteris,  
ego paucis, &c.

E 4

Tam

**Æchynis** contra De marchum. **Tam puram oportet esse hominis frugi uitam, ut ne suspicionem quidem criminis incurrat.**

**Epicr.** in enchiридиō. **Hoc modo uersandum est in cōuiuio. Circumactō discoliquid ad tuum locum peruenit, id manu extensa modeste attingēs. Præterit, noli retinere. Nondum appropinquauit, ne nimum appetitum tuum extēde: sed expecta donec iuxta te sit. Eodem animo ad diuitias, magistratus, & nuptias affici debes, erisq; deorum conuiuio dignus.**

**Musonij.** **Approbanda est uoluptas tanquam ad rectissimam rationis regulam comparata, cui inter pulchra & iucunda nihil quicquam temperantia suauius est. Sic & probandus est dolor, cui inter omnia quæ declinari solent, nihil est in temperantia grauius.**

**Demosthen.** ad Democr. **Voluptatem non quamlibet, sed honestati coniunctam eligere decet.**

**Eiusdem.** **Iustus amor est, sine contumelia res pulchras appetere.**  
**Xenophanis.** ad Xenophōtis ex epistola ad Lamprocleam. **Socratis admirabilem doctrinam approbare debes, qui diuitias ex usu metiri iubebat. Nō enim immensas possessiones diuitias uocabat: sed tantū, quantum requiritur ad usum decentem. Monebat autē ne iudicio falleremur. Illos enim quos diximus reuera diuites, reliquos pauperes appellabat: & incurabili paupertate ipsos laborare dicebat, nempe animi morbo, non possessionis.**

**Ibidem.** **Nihil innaſci malū potest in homine, qui sapientiæ fundamenta iecerit temperantiam & continentiam.**

**Socratis.** **Voluptates opus est præterire, ueluti Syrenes, cum qui ad uirtutem tanquam patriam festinat.**

**Ex Dioge.** **Quid nam est turpe, nisi quod utentibus ita uidetur? Et Plato occurrens ei, ō Euripides, inquires: Est turpe semper turpe, seu uideatur, siue non.**

Sobrietatis

**Sobrietatis uirtus est appetentis, per quam prauæ uoluptates ne appetuntur quidem.**

**Temperantia est, nihil mirari corporis uoluptates, & cuiusuis fœdæ uoluptatis et delectationis minime appetentem esse, & timere etiā iustam licentiā, & intentum esse in uita rationē similiter in paruis & magnis. Aſſectatur autē temperantiam, ordo, moderatio, pudor, & reuerentia.**

**Geloni Siciliae tyranno os foetidū erat, quod cum ei amicorum quidam dixisset, irascebatur uxori, quod nunquam indicasset ei. Illa uerò dixit: Atqui uirorum omnium os similiter olere putabam.**

**Laudabilior est & magis necessaria temperantia in iuuenibus, quam senibus. Nam iuuenes plus quam senes cupiditatibus tentantur.**

**Ad temperantiam deinde prodest, cum doceat eam esse naturam uoluptatis, ut nō sit antecedens illum aut per se, aut suapte natura bonum, sed posterius quiddam & subsequens, dum id quod uehementer mouere, & magnopere expetendum uidetur, multa etiamnum turpitudine præter naturam commixtum & coinquinatum appareat. Huiusmodi itaq; studium philosophiæ facile nos à corporis uoluptatibus deterrebit, atq; ab eorum omnium cupiditate: quæ externa cum sint, plurimum admirari & preciosa existimare solemus. Vnde illud eueniet, ut & iusti & continentis esse possimus, & in commercijs hominum atq; contractibus bene facileq; uersemur.**

**Examina te ipsum, utrum dutescere malis, an beari. Quod si diuitias uelis, rem neq; bonam esse scias, nec omnino in te sitam. Si uerò beari, id & bonum est, & penes te. Opes enim fortuna ad tempus comodatō dat. Beatitudo autē à nostra uoluntate procedit.**

E 5

Quemad-

Aristot. in libello de uirtutibus.

Ibidem.

Ex Christi Aristotelis.

Aristot. lib. 3. Topicorum.

Simplicij in præfatione in acroasim naturalem Aristot. de physice sciētiæ usu.

Epicr.

Quemadmodum uiperam, aut aspidem, aut scorpium in eburneo, aureo uel sermicio inspiciens, non propter materie precium ipsa diligis, aut magnificas tanquam felicia animalia: sed potius propter naturæ ipsorum exitialem uim abhorres ac detestaris. Sic etiam in diuitijs & fastu fortuna malitiam uidens inesse, non ad materie splendorem obstupescit, sed morum prauitatem contemne.

Diuitiæ non sunt de numero bonorum. Nimietas sumptuum mala est, temperantia autem bona. Vocat enim ad frugalitatem, & possessionem bonorum. Diuitiæ uero ad sumptuositatem illicunt, à temperantia abstrahunt. Quamobrem difficile sanè fuerit aut diuitem esse temperantem: aut eum qui temperans est, diuitijs affluere.

Quemadmodum si conceptus aut natus esses in nauis, non ideo statim eius gubernator fieri uelles: neq; enim natura ad te nauis pertineret, sic neq; diuitiæ, sed ratio. Id igitur quod tibi naturale & cognatum est, uidelicet rationem, proprium tibi censere, & eius curam suscipere debes.

Siquidem genitus esses inter Persas, non desiderares in Græcia habitare, sed illic felicitate frui. Cum autem in paupertate sis natus, quid studes, ditescere, & non potius in ea conditione manere, ac feliciter agere?

Quemadmodum in paruo humiliq; grabato angustè cubare hominè sanum melius est, quam in amplo lecto se uoluntantè egrotare. Similiter et in exigua fortuna melius est sese contrahentè leto esse animo, q̄ in magna fortuna tristem.

Non paupertas molestiam facit, sed animi cupiditas. Neque diuitiæ à metu liberant, sed ratio. Si tibi rationem igitur comparaueris, neque diuitias desiderabis, nec paupertatem accusabis.

Nec equus ob præsepe, phaleras, & tapetes, nec auis ob floccos ac nidum suum effertur & gloriatur: sed utrumque animal ob celeritatem, hoc quidem alarum, illud uero pennarum. Quare tu quoque ob alimenta, uestes, & ornamento ob externas opes ne superbito, sed ob probitatem & beneficentiam.

Bene & sumptuose uiuere differunt. Alterum enim ex temperantia, frugalitate, disciplina, honestate, & animi moderatione rebus suis contenti prouenit. Alterum uero ex intemperantia, luxu, ac ordinis omnis atque decori neglectu nascitur. Denique hoc, uituperium illud, uera laus consequitur. Itaq; si rectè uiuere & bene uolueris, noli laudem ex sumptuositate querere.

Prima repletio appetitionis, modus sit omnis cibi potusq;. Ipsa aut appetitio obsonij, & uoluptatis loco sit. Sic enim neq; plura quam opus est ingeres, neq; instructoribus obsoniorum egebis, & potum quem uis approbabis.

Conuiujs utitor non sumptuosus cū tristitia, sed hilaribus, cum frugalitate, ut neq; per corporea animæ deceptæ perturbentur, neq; corporeas uoluptates contemnant: et deinde ledantur, diuitijs quidem ad præsens luxuriantia, in posterum uero morbis affligenda corpora.

Operari da ut non solum uentri & intestinis gratificere, sed honestæ animi lætitiæ. In illis enim contenta excernuntur, & ut uides effluunt: hæc uero etiã anima à corpore seiuncta, perpetuo incorrupta manet.

Inter epulandum considera duos tibi excipiendos conuiuas, corpus & animam. Tum quod omne in corpus collatum, statim rursum effluxurum sit: quod autem in animam, perpetuo seruandum.

Fac ne preciosas epulas cum ira miscens assumas. Exi-  
mie enim epularum postquam breui mora corpus transi-  
erint, paulo post abeunt. At ira cum animum subierit, diu-  
tissime immorabitur. Vide sis igitur, ne urgente ira in con-  
uiuas eximie sis iniurius, sed potius cum mansuetudine &  
simplicitate ipsos exhilares.

Turpe est muneribus apud potionem edulcare: ratione  
autem deorum munus uitiorum amaritudine inquinare.

Cura ne conuiuiorum ministri plures sint, quam quibus  
ministratur. De decet enim paucis toris, quibus accumbi-  
tur, multas animas inferuire.

Optimum quidem fuerit, si etiam ipse in apparatu labo-  
raueris, & ferculis tibi propositis aliquid presentium famu-  
lis quoque comunicaueris. Si uero tempus non ita serat, saltē  
memento quod tibi ocioſo à laborantibus inferuitur, edenti  
à non edentibus, bibenti à non bibentibus, loquenti à silenti-  
bus. Denique dissoluto, & animi remisso à sollicitis et accin-  
ctis. Hoc enim pacto nec tute inflāmatuſ absurdi quicquam  
patieris, nec alium commotus afficies molestia.

Ligare & contendere cum ubique indecorum est, tum  
inter pocula maxime. Nam neque ebrius aliquis docere sob-  
rium potest, neque sobrius ab ebrio persuaderi. Vbi cunque  
igitur non adfuerit sobrietas, tandem ne quicquam te con-  
tendisse apparebit.

Hominem qui cum conuersaris tribus modis considera,  
nempe ut præstantiorem te, aut inferiorem, aut æqualem.  
Præstantiori quidem auscultare & obtemperare cōuenit,  
inferiori non obtemperare, æquali autem consentire. Hoc  
sanè modo nunquam in contentionem incidēs.

Melius est ueritati concedentem uincere opinionem,  
quàm

quàm locum opinioni dantem à ueritate superari.

Veritatem inquirens non omnibus modis uictoriā qua-  
res: inuenta autem ueritate, eris inuictus.

Veritas apud se uincit, opinio autem apud externos.

Melius est cum uno libero degentem, intrepidum & li-  
berum esse, quàm cum multis seruire.

Quod pati refugis, eo fac te ipsum ne afficias: fugis au-  
tem seruitutem, caue igitur subijci. Nam si seruitutem subie-  
ris, ipsemet iam ante a seruis esse uideberis. Neque enim ma-  
litia quicquam habet cum uirtute commune, neque seruitus  
cum libertate.

Quemadmodum sanus ab ægris ministrari sibi, & fa-  
miliares suos ægrotare nollet: ita neque liber aliquis sustine-  
rit seruos sibi inferuire, aut eos quibus cum agit, seruitutem  
pati.

Quisquis uolueris sciunctus à seruis esse, ipse te primū  
à seruitute absolue. Eris autem liber, si solutus fueris à cu-  
piditatibus. Nam neque Aristides iustus, & Epaminondas  
deus, Lycurgus autē seruator appellati sunt, diuitijs abun-  
dantes, & seruitute detenti: sed quia tenui fortuna contēti,  
& seruitute in libertatem afferuerunt.

Si domum cupis bene habitari, Lycurgum Spartanum  
imitare. Sicut enim ille non muris urbem muniuit, sed uirtu-  
te ciues instruxit, & urbem perpetuò liberam conseruauit:  
ita tu quoque non magnum uestibulum circumda, nec turres  
altas erige, sed potius inhabitato: res beneuolentia, fide, &  
amicitia confirmes, & nihil noxi domum ingredietur, ne  
si uniuersa quidem malitia turba restiterit.

Ne tabulis & picturis domum tuam circumda, sed tem-  
perantia ipsam depinge. Illud enim alienum est & oculo-



rum modo iucunda præstigiatio. Hoc uerò indelebilis æter-  
nusq; domui ornatus existit.

Pro boum armentis studium tibi sit, amicorum greges  
domi tuæ congregari.

Veluti lupus animal est cani simile: ita & adulator &  
adulter & parasitus amico similis est.

Animum igitur aduerte, ne canum custodum uice per-  
niciosos lupos nescius admittas.

Operam quidem dare, ut domus incrustata gypso albe-  
dine sua resplendens, in admirationem spectantes trahat,  
hominis est imperiti. Ingenium uerò comoda familiaritate  
lustrare, honestatis humanitatisq; studium testatur.

Si res paruas admireris, contemnes magnas: at si spre-  
ueris exiguam, ipse in magnam admirationem uenies.

Nihil abiecius est luxuria, auaritia, arrogantia. Nihil  
autem præstantius magnanimitate, mansuetudine, humani-  
tate, & beneficentia.

Allatis sibi pecunijs ab Alexandro, exceptisq; suo mo-  
re illis qui attulerant, renunciari Alexandro iussit, quam  
diu hoc modo uiueret, non opus sibi quinquaginta talentis  
fore: tantum enim ille miserat.

Heractiti. Quorumuis hominum refert nosse seipsum, & sibi mo-  
derari prudenter.

Eiusdem. Vir inebriatus uacillat, & ab impubere puero ducitur,  
animam habens humidam, ignarus quorsum eat. Est autem  
anima sicca, sapientissima & optima.

Ex historia Nicolai de moribus gentium. Mulieres Iberorū quotannis telas suas publice proponunt:  
uiri aut̄ que ipsorū suffragijs plurimū elaborasse uisa fuerit  
illi maximū honorē deferūt. Habet quoq; certa mēsurā zo-  
nam, qua si uenter alicuius cingi nequeat, turpe habetur.

Mode/

Moderati uiri, qui cauta mēte letam fortunam, dubiam  
reputant & instabilem: si quid infortunij incidere, sapien-  
tius ferre nouerunt.

Menedemus, cum iuuenis quidā dixisset, magna res est  
assequi, quæ quis desiderat: dixit, multo maior est, omnino  
non desiderare ea, quibus nihil indiges.

Nihil aliud agens circumeo, quam suadens iunioribus  
senioribusq; uestrum, neq; corporū, neq; pecuniarum, neq;  
aliarum omnino rerum curam prius uehementiusq;, quam  
animi habendam esse, ut quā optimus sit, docens, non ex  
pecunijs uirtutem, sed ex uirtute pecunias, aliaq; bona om-  
nia & priuatim & publice hominibus prouenire.

Nefas est, ut arbitror, meliorem uirum à deteriore le-  
di. Interficere tamen possunt, uel pellere, uel contumelia  
quadam afficere.

Temperantia ne nihil opus erit nobis iuuenibus? Quid  
nī? Est aut̄, quod plebē attinet, hæc utilitas præcipua tēpe-  
rantia, ut magistratui quidē obediāt, imperet aut̄ uoluptati  
bus, quæ in cibo potiq; & Venereis consistunt. Assentior.

Si quid bene recteq; agitur, honestum est: aliter uerò tur-  
pe. Sic etiā amare, & amor non omnis est honestus ac lau-  
de dignus: sed is tantū, qui ad amandum honestē impellit.

Optimum fuerit, nullo circa uoluptates stupore, sed le-  
niter ac modeste tantum affici.

Concedamus, si uis, uaticiniū futuri scientiæ esse, et tem-  
perantiā illi præsidente uanos ostentatores uitæ: ueros aut̄  
uates ad futurorū prædictionē eligere. Ita profectō genus  
hominum institutum, quod scitē ageret, uiuereq; assentior.  
Nam custos uitæ hominum temperantiā, nunquam subrepe-  
re inscientiam, & uiribus uti suis permitteret.

Porphyr/

Thucydidis  
in concione  
Lacedæm.

Platonis in  
Apol. Socrat.

Ibidem.

Ibidem.

Eiusdem ex  
Symposio.

Eiusdem in  
Phædone.

Ibidem in  
Charmidæ.

Porphyrius dubitat, an per dictum hoc, Nosce teipsum, nihil aliud insinuetur, quam si quis diceret σοφός es, id est, mentem & prudentiam serua. Verba eius quære in sermone infra de cognoscendo seipsum.

Sophronistæ dicebantur uiri per singulas tribus decem suffragijs creati, quorum erat censere & moderari iuuentutis mores.

Definitiones quedam, quarum authores nominati non sunt.

Temperantia, est animæ partium mutua consensio.

Temperantia, est imperium in uoluptates.

Temperantia, est uniuersale cognomen omnium uirtutum.

Posterioribus Græci σοφιστικόν uocant uirtutem, quæ circa uoluptates & dolores uersatur. Homerus autem hoc uocabulo σοφόνονον, id est prudentiam integram intelligit, quam obrè stultitiæ contraria est. & σωφρονιστής stulto contrarius, quemadmodum & σοφός, id est ualde prudens.

Temperantia est columna fortitudinis, galea contra lasciuiam, oculorum auriga, beneuolentiæ custos, cogitatio num circuncisio, luxuriæ castratio, à naturæ desiderijs refugiens efferuescenti animæ contraria, opera turpia impedit, continentiam promouet, cor flectit, precibus & uotis rationem ceu regulam adhibet.

## DE INTEMPERANTIA.

### Sermo VI.

Sophoclis.



Phoclem grandem natu interrogabat quidam, num adhuc rem haberet cum uxore: at ille, Bona uerba, inquit: libentissime effugi hanc libidinem tanquam rabidum & ferum dominum.

Anti-

## De Intemperantia, Sermo VI. 81

Antisthenes dicebat, eas quæ per fores non ingredientur uoluptates, necessario nec per fores iterum egredi: opus itaque fore, aut secari, aut ueratro purgari.

Diogenes dicebat plerisque uiuos quidem seipsos putrefacere balneis humectantes, & re uenerca tabefacientes, morientes autem demum mandare corpus in sufficientis aromaticis recondi, alios etiam in melle nec cito computrescant.

Diogenes dicebat, carum domorum in quibus copia alimentum, multos esse mures & feles: sic etiam corpora quæ multum cibi capiant, morbos quoque pares asciscere.

Diogenes ad quendam iuuenem supra modum sese comentem: Si quidem, inquit, ob uiros, infelix es: sin ob mulieres, iniurius.

Eryximachus coitum breuem comitalem esse dicebat, ac tempore tantum differre.

Vbi dulce est, propè alicubi etiam triste. Voluptates enim non ex seipsis progrediuntur, sed sequuntur eas dolores & molestie.

Fons & origo malè uiuendi, non refugere obscœna, & turpia loqui.

Socrates dicebat perinde facere adulteros, ac, si qui nolint ex aqua supernè profluente bibere, sed ex illa quæ in fundo subsedit, ac deterior est.

Voluptatem fuge, quæ in posterum dolorem parit. Solonis. Nonnulli urbibus quidem dominantur, uxoribus autem seruiunt. Democriti.

Sanè quidem uocant intemperantiam seu luxum, à Platonis ex uoluptatibus regi. Phædone.

Eorum qui scedis uoluptatibus dediti sunt, nullum

tu libe-

tu liberum ducas. Hi enim multò seuioribus dominis,  
quàm sint qui fortuna seruos comparant possidentq;  
cogentibus eò seruiunt.

Crapula corpus pingue facit, stuporem inducit, ani-  
mi uerò quod optimum est, rationem sapit.

*Eiusdem.* Animæ corpus hominis dii iunxerunt, ut anima cor-  
poris seruitio uteretur: pleriq; autem contra faciunt,  
corpori ad omnia, atque adeò sola ipsius obsequia, id  
quod potius est deteriori, & mortali immortale, animâ  
subijcientes.

*Eiusdem.* Intemperantia animam corrumpit, & corpus peri-  
dit, quòd sanè uoluptatis gratia, utq; ei gratum fiat, col-  
get illum à quo habetur, turpissima queq; facere.

*Eiusdem.* Vclut uenti nauem correptam, huc illuc ferentes quâ-  
sunt, & inobedientem efficiunt gubernatori: itidem ani-  
mam agitans, & menti immorigeram esse cogens intem-  
perantia, tranquillam esse, & in tranquillo ac tutissimo  
ceu portu quiescere non permittit.

*Philemonis.* Tu mihi dic quid sit dicendi libertas.  
Tu ne loqueris inter homines, tanquam homo.  
Et in uniuersum ita ambulas, an eundem cum alijs  
Aërem hauris, dic mihi qui adeo luxu corruptus es?

*Cleanthis.* Quisquis rem turpem appetere sibi indulget,  
ille eam etiam designabit opportunitatem nasci.

*Eiusdem.* Vnde tandem nascitur genus adulterorum?  
Ex uiro in ueneris nimium obeso & sanguine redun-  
dante.

*Euphronis.* Non est adultero ullum maius malum:  
in aliorum enim infortunijs delicias querit.

*Euripedis*  
*Antiope.* At qui quicumq; uitam sic agunt, ut carnem

Saginent, si destituantur pecunijs,  
Mali erunt ciues, necesse est enim eum qui assuetus sit  
Ventris ingluuiei, sui similem permanere.

Nunquam seruum uoluptatis te ipsum facito.  
*Anaxádrige.*

Libidinosæ mulieris istuc est, haud uiri.  
Fuge uoluptatem, quæ ferat in posterum damnum.  
Non est adultero ulla res preciosior: morte enim est  
in ira.  
*Alexidis.*  
*Menandri*

Probrum est turpis uita, tamen si suauis sit.  
*Eiusdem.*  
Meretriciũ nanq; ceu sacre domus nõ omnib. patet, sed  
Inaccessæ sunt ijs qui nihil habent.

Et tanaua clauditur uetibus, nullus autem  
*Apollo dicit*  
Faber tam munitum effecit ostium,  
in caliginarore

Per quod felis & adulter non ingreditur.

Cum & alia multa sint in uita,  
*Bathonia.*

Ob que omnes merito perturbamur,  
Potissimum tamen mihi bilem cient,  
Qui dicunt se mores ualde amare,  
Ac putant nos non intelligere, quod & filijs  
Verbis narrant, nec uerè.

Quid enim per Mineruam obsecro differunt  
Mores adolescentum & imberbium,  
Amoribus hispidorum, & atatis prouectæ?

Per Venerem, non possum amplius  
*Phenicia.*  
Pythias, meretriciã agere uitã. ualcat, ne mihi occinas.  
Excidi, nihil ad me, desistere uolo.  
Statim enim ut ingressus sum, illum questum amatorum  
habui

Militem quendam: hic usq; pugnas  
Reserebat, ostendebat inter narrandum uulnera.

Sed nihil afferebat: munus nescio quod

A rege se accepturum dicebat, atq; eadem semper  
Dicebat.

Pro isto, quod dico, munere

Ductavit me toto scelestus anno gratis.

Dimisi hunc, & alterum medicum

Nanciscor: hic plurimos introducens

Secabat, urebat, pauper erat, & carnifex.

Gravior hic altero isto mihi uisus est.

Ille enim narrationes exponebat iucundas, hic uerò fa-  
ciebat mortuos.

Tertio copulauit me fortuna philosopho,  
Barbam habenti & pallium, & sermonem:

In manifestum incidi malum.

Nihil enim dabat, & si quid peterem, respondebat,

Non bonum esse argentum. Esto malum,

Propter id da mihi, abijce: non parebat.

Socratis. Nec ignem uestimento occultere, possibile est, nec sc̄-  
dum peccatum tempore.

Eiusdem. Ignem quidem uentus, amorem autem consuetudo  
accendit.

E lib. Serini.  
Diogenis. Diogenes irridebat eos, qui cellas promptuarias ob-  
serant uectibus, & seris, & signaculis: corpus autem  
suum multis fenestris & ianuis aperit per os, & pu-  
denda, & aures, & oculos.

Zenonis. Zenon inculpabat pleròsq; inquit, Cū liceat à labo-  
ribus uoluptates capere, eos e popinis potius petere.

Musonij. Musonius dicebat extreme impudetiæ esse, in sub-  
eundis uel sustinendis quidem laboribus meminisse cor-  
poris imbecillitatis, erga uoluptates autem obliuisci.

De EM/

De Euripide quidam dicebat, quòd os mulierum  
esse. Et Sophocles infert, At non in lecto. Ex libris Se-  
tini.

Cleantes dicebat, si finis est uoluptas, in malum ho-  
minibus prudentiam conferri.

Intemperantia uerò est uitium partis concupiscibi/  
lis, quo appetunt frui uoluptatibus illicitis. Aristotel. de  
uirtutibus.

Intemperantiæ uerò est, eligere perfruitionem uolu-  
ptatum perniciosarum & turpium: & existimare eos  
uel solos bene & feliciter agere, qui in talibus uolupta-  
tibus uiuant: & esse amantem risus, & amantem cauillo-  
rum, & studiosum faceti & lepidi sermonis, & in uer-  
bis leuem, & in factis esse. Consequitur autem intempe-  
rantiam, perturbatio ordinis, impudentia, indecentia,  
luxus, socordia, negligentia, incuria, dissolutio. In eodem.

Diogenes, à dijs quidem, ait, sanitatem precantur: Diogenis,  
omnia autem pleriq; contra quàm ualet uerè conducant  
faciunt.

Crates uisa aurea imagine Phrynes corti Delphis Cratetis  
erecta, exclamauit, hoc Græcorum incontinentiæ tro-  
phæum erectum est.

Aesopus ad eum qui forma malè utebatur, dixit: Quam  
li ueste amictus, malè eam exuis. Aesopi.

Atqui imtemperanter agere iam olim uitio datur,  
quia in ea relaxatur frena cupiditati ut libera sit ultra  
quàm par sit.

Quia corpora resoluit uoluptas, indies emolliens  
delicijs, quarum assiduus usus tollit uigorem, relaxans  
uires eorum, unde morborum & lassitudinum copia  
egregiè proficit, & senectæ rudimenta in iuuentutæ  
preludunt. Plutarchi  
lib. contra uo-  
luptatem.

In eodem. *Fera est mancipans sibi homines, uoluptas, sed non fera: nam si aperte pugnaret, citò caperetur, nunc autem etiam idco inuisa magis, quod celat inimicitiam, induta habitum beneuolentiæ. Itaq; dupliciter auersanda, & quòd nocet, & quòd fallit.*

In eodem. *Iustas uoluptates non iam uoluptates uel appellamus, uel agnoscamus, sed curas, obsequia: quæcunq; uerò præterea sunt, omnes superuacua petulantiæ fuerint, & contumelia plena, & uiolentiæ: quæ dum uarietate blandiuntur, clam lædunt. Lex autem eadè nos nostraq; teneat, quæ & bruta animantia: ut cum expleuerimus desiderium, nihil ultra appetamus, sed satietas sit rerum necessariorum uoluptatibus non uiolentis.*

In eodem. *Num quisquam proditores laudat? at talis est uoluptas. Prodit quæ uirtutis sunt. Num quis tortores? tale est uoluptatibus indulgere, torquet quæ sunt temperantiæ. Num quis auaritiæ? insatiabilis est utraque. Quid huiusmodi oblectamur bestia, quæ assentando conficit?*

In eodem. *Cur non omnibus uidentibus luxuriaris, quando & te adeo ipsum reueritus fugis, nocti solum & tenebris sine testibus contumeliam & libidinem committens? nemo quippe honestis actionibus caliginem obtendit, lucem carum testem reformidans. Imò totum mundum solem esse optaret, erga ea quæ præclare agit. Vnum quoduis autem crimen nudum conspicit cauet, prætexens affectus, ijs ergo amputatis, nudas intueamur uoluptates: sunt ebria ad stuporem, scortantur perpetuo, dormiunt ad negocia, ciuitates negligunt, non curam gerunt parentum, non uerentur leges.*

Scr.

*Pythagoræ.*  
*Seruire affectibus grauius est, quàm tyrannis.*  
*Nequit liber esse, quisquis affectibus seruit, & affectibus regitur.* *Eiusdem.*

*Plato dicebat, difficile esse inuenire, intemperantibus quidam bonam uoluptatem, ægrotantibus autem salubrem.* *Ex libris Serini.*

*Pythagoræ.*  
*Nullus liber, qui sibi ipsi non imperat.*  
*Diogenes nihil uilius constare adulterio definiuit, qui uitam profundit ob res drachma uuales.* *Diogenis.*

*Diogenes dicebat homines edere ut uoluptate fruantur, nolle autem desinere eam ipsam ob rem.*

*Cato Maior luxum perstringens dixit, difficile esse loqui contra uentrem, aures non habentem.* *Catonis.*

*Diurni somni corporis turbationem, aut animæ mororem, aut pigritiam, aut imperitiam denotant.* *Democriti.*

*Cato magno studio & serio agentes in ridiculis, dicebat grauibus uiris fieri ridiculos.*

*Coitus est breuis apoplexia, prorumpit enim homo ex homine.* *Democriti.*

*Ex uoluptarijs ea quæ rarissime contingunt, improbis delectant.* *Eiusdem.*

*Si quis excedat modum, quæ suauissima sunt, ingratiissima fient.* *Eiusdem.*

*Musonij ex ijs quæ de uereis scripsit.*  
*Oportet illos amores qui nec uoluptarij nimis, nec improbi sint, solam illam uenerem existimare licitam quæ in coniugio sit, & ob procreationem liberorum fiat: quia & legitima est: quæ uero nihil aliud quàm uoluptatem sectatur, iniquam & illegitimam, etiam si in matrimonio sit. Coitus autem alij qui adulterio commit-*

tuntur, scelestissimi: nec quicquam his tolerabiliores ij  
 quibus uir uiro miscetur, quia contra naturam est flagi-  
 tum: quicumq; item præter adulterium fiunt cum mulie-  
 ribus non secundum legem, ij uniuersi turpes sunt, ut qui  
 peragantur per intemperantiam. Nam salua temperan-  
 tia, haud quisquam poterit cum meretrice rem habere,  
 neq; sanè libera & citra nuptias, nec per Iouè ancillæ suæ,  
 illegitimæ enim ac indecoræ tales consuetudines, & tur-  
 pitudo & probrum ingens captantibus eas sunt.

DE FORTITVDINE.  
 Sermo. VII.

Euripidis.  
 Bellerophõte  
 Eiusdem in  
 Aegæo.



**I**ducia autem contra calamitates multum  
 ualet.

Licet etiam occumbentem, uirtutem ostende-  
 re in morte.

Sophoclis in  
 Aiace.

Turpe etenim, uirum optare longam uitam,

Cui nulla malorum uicissitudo sit.

Quid enim iuuat dici dies

Additus, atq; mortem procrastinans?

Huius non facio hominem,

Qui spe bona fouetur.

Sed aut bene uiuere, aut honeste mori

Ingenuum decet: omnem iam habes sermonem.

Menandi.

Cum quid sanctum agis, bonam spem

Tibi propone, certus quod

Conatum iustum etiam deus adiuvat.

Euripidis in  
 Archæo.

Vnum hoc tibi pronuncio, ne ad seruitutem unquam  
 niuus libens

Accedas,

Accedas, si liceat tibi libero oppetere mortem.

Papæ generosos ut ubiq;

Decet signum impressum, & nota egregia magnani-  
 mitatis.

Euripid. Da-  
 nae.

Virorum enim fortium pectus non languescit.

Quisquis audacter periculum adit,

Recta quidem & lingua est, & mens firma, certa q;

Vtrum sane utilius? an esse

Prudentem sine audacia, an audacem & furentem?

Alterum quidè horum inhumanum est, sed mala repellit.

Alterum uerò tràquilla res, in utroq; tamen est uitium.

Viri enim septem feroces ductores cohortum,

Taurum mactantes, in scutum ferro compactum.

Et attingentes manu bouinum sanguinem,

Martem & Bellonam, & sanguine gaudentem Metum,

Sanctè iurarunt, aut urbe euersa

Perdituros se oppidum Cadmeorum ui:

Aut terram mortuos prius commixtuos sanguine.

Sepulchra autem suis parentibus domi

Ad plaustrum Adraasti manibus coronarunt, lac rymas

Fundentes: luctus nullus erat in ore.

Bellicosus enim animus, fortitudine ardens

Spirabat, tanquam leonum, Martem tuentium

Hæc ipso statim factò comprobant.

Sortitos autem reliquerunt, ut sorte

Quiuis illorum ad portas ducat manipulum.

Non quidem illius robur, & animum fortem

Similem ijs qui ante me fuerunt, credo: qui ipsum ui-  
 derunt

Romanorum.

Lydorum equitum confertas disturbare phalanges.

Hermi cāpo, *Hermi per campum uirum hastatum.*

Herab. lib. 13. *Illius quidem nunquam omnino culpauit Pallas Minerva*

*Acre robur pectoris: quando in prima acie  
Furebat, atq; sanguinarij in pugna belli  
Acerba per uim repellentis hostium tela.  
Non enim illo hostium alius præstantior uis  
Erat, percurrento pugnae ualida  
Opus, quamdiu luce fruebatur solis uelocis.*

Metinos, uel  
potius Erin-  
ozæ Lesbicæ in  
Ro-

*Salue mea Roma, filia Martis,  
Aurca mitra decora, bellicosa regina.  
Augustum utinam sis super terræ Olympum,  
Semper infracta tibi soli antiqua.  
Ea largita est Parca, gloriam firmissimi  
Regalem imperij, ut præpotens  
Habens imperium, modereris & ducem agas.  
Tuo autem sub iugo que habent fortia lora,  
Pectora terræ & cani maris  
Constringuntur. Tu autem tuto gubernas  
Urbes populorum. Omnia autem quod labefactat  
Tempus, & immutat uitam uarijs uicibus rerum,  
Tibi soli secundum uentum imperij non mutet.  
Certè enim inter omnes  
Tu sola fortissimos uiros bellatores  
Egregie patris, secundum Cereris  
Ut comportes fructum à uiris.*

Homeri. *Non quidem mihi fugienti dorso hastam infiges,  
Sed ex aduerso ruenti per pectora adige.*

*Socrates interrogatus quid robur esset: dixit, Motus  
anime cum corpore.*

Ob hoc

Ob hoc merito laudandus Agrippinus, quòd in magno precio cum haberetur, nunquam laudauit seipsum: sed etiam si alius quispiam eum laudibus ucheret, erubescibat. Hic etiam, ait, talis uir erat, ut eius quod illi accidisset mali encomium, scriberet: si quidè febreret, febris: si notaretur infamia, infamia: si exularet, exilij. Et quondam ei iamiam pransuro, superuenit qui diceret, quòd cum Nero proscriberet, & ille ait: Ergo in Aricia prandium sumemus.

Diogenes nullum bonum dixit esse laborem, cuius finis non sit magnanimitas, & intentio firmitasq; anime, non autem corporis.

Nam tranquillitas & ocium nequit seruari: nisi iungatur promptitudo & alacritas in agendo.

Antigonus autem dixit, summa bona magnis malis non carere.

Dicebat autem Chrysepus, Dolere quidem sapientem, sed non torqueri, seu cruciari, nihil enim submitti animo. Ac egere quibusdam, non ita tamen ut admittat,

Fortitudo dispendia minuit.

Et si utile in primis cupias assequi, noli tamen iniquo animo ferre presentes casus, reputans tuo cum animo, quam multa iam tibi in uita, non ut tu uolebas, acciderunt, sed ut conducebat.

Arripe mortè honestam dum licet, ne paulo post mori quidem tibi necesse sit, at honestè non amplius liceat.

Non potest qui multorum cum utilitate uixit, digna morte cadere, nisi plurimorum cum fructuum usu etiam moriatur,

Fortis est, non qui hostes modo superat, sed qui

uoluit

uoluptatibus superior existit. Aliqui autem licet ciuitatibus imperent, mulieribus seruiunt.

Platonis. Plato dixit uiros bonos uita non longa, sed clara & illustri opus habere.

Darij regis. Darius ille Xerxis pater, seipsum laudans dicebat, in bellis, & in rebus periculosis fieri se prudentiorem.

Ex Dionis Chrijs. Lacæna mulier, filio in acie claudo facto, & id modestè ferenti. Non, inquit, ô fili doleas: in quouis enim gressu propria uirtutis recordaberis.

Ex Aristot. Chrijs. Anaxarchi. Anaxarchus phisicus, dicente ei Alexandro, Suspendâ te: Minare his, inquit, è uulgo: mea autem nihil inter est, super terram ne, an infra terram computrescam.

Ibidem. Gorgone Lacedæmonia Leonidæ uxor, filio in militiam proficiscenti scutum dans, inquit: Aut hoc, aut super hoc.

Democriti. Iustitiæ laus & gloria, mentis fiducia, & animi bonus status: iniustitiæ autem fuga, calamitatis terminus.

Herodoti hi, flo. lib. 7. Magnæ res etiam magnis cum periculis uolunt percipi.

Platonis ex apologia Socratis. Mi homo, nõ rectè loqueris, si putas oportere periculi rationem habere, seu uitæ, seu mortis, uirum, cui uel modica utilitas sit: ac non hoc potius spectare, cum agit aliquid, utrum iusta an iniusta agat, & uiri boni opera aut mali.

Thucyd. è concione Cneci. Absque animositate nullus dolus contra pericula ualeat, metus enim memoriam stupefacit, dolus autem sine ea nihil prodest.

Eiusdem ex eptapho. Acerbior uiro prædito mente animi fracti cum timore afflictio uidetur, quàm ea mors quæ cum robore & communi spe obruit sine sensu doloris.

Hoc

Hoc præ cæteris primum habemus, ut & audeamus ipsi maxime, & deliberemus de his quæ aggressuri sumus: nam cæteris imperitia audaciam, consultatio autem pigritiam affert. Præstantissimi autem animo iure censeri queant, qui cum dura & iucunda liquidò cognorint, tamen propter illa à periculis non declinant.

Zenon Eleates à tyranno tortus, ut indicaret conuincatores: Si fuerunt, inquit, certe tyrannum agebas.

Ombrii in pugnis aduersus hostes, turpissimum ducunt uictos uiuere: sed necesse est aut uincere, aut mori.

Celtæ Oceano uicini, turpe estimant parietem aut domum corruentem fugere: inundatione autem externi maris aduentante, armati occurrentes sustinent donec undis obruantur, ne uideantur fugièdo mortem peritimescere.

Fortitudo primaria intelligatur quæcunque immota intellectualis facultas, & maximi uigoris intellectualis actus, mentisq; constantia, & immutabilis habitus intra sese: huiusmodi sanè fuerint species quæ in uita spectantur fortitudinis, siue per se subsistentes, siue suum robur communicantes ad eum qui in uerbis elucet solidum firmumq; statum.

Plato interrogatus, quomodo affectum esse conueniat aduersus calamitates, ita dixit, ut prouidens aliquis non incidat in eas: si tamen inciderit, condemnationem etiam sui non curet.

Non uita maximi est facienda, sed bona uita.

Zenon cum iam senex impingens cecidisset. Venio (inquit) cur me impellis, ac ingressus sibi ipsi mortem consciuit.

I con

Ibidem.

Zenonis.

E Nicolai de moribus colectaneis.

Bialdem.

Iamblichi ex epistola ad Olympiū de fortitudine.

Platonis.

Eiusdem.

Zenonis.



- Leonida.** Leonides cum audisset solem obumbrari Persarū tel-  
lis: Gratum, inquit, quod etiā sub umbra pugnabimus.
- Diogenis.** Diogenes cernens Megarenses longos muros edu-  
ce, O uos (inquit) nequam, non molem murorum curate,  
sed eos qui super muris collocantur.
- Agidis.** Agis rex dicebat, Lacedæmonios non interrogare  
quot sint, sed ubi sint hostes. Et quodam interrogante  
quot essent Lacedæmonij, inquit. Sat multi ad malos  
arcendos.
- Xenophontis** Xenophonti in Scialunte coronato, & sacrificanti  
quidam annūciauit, Gryllum filium ad Mantineam præ-  
liantem interemptum esse. At is deposita corona rogat  
bat, quo pacto dimicās mortuus esset: ad hoc illo dicete,  
fortissimè: imposita iterum corona, sacrificium peregit.  
Mors quidem hominibus est uitæ terminus, etiā si quis  
inclusum in cauea sese seruet, oportet autem bonos ui-  
ros semper omnia bona capessere, bona spe fultos, &  
ferre interim quicquid Deus dederit fortiter.
- Platonis.** Verum etiam bona capessere decet, & perpeti quod-  
cunq; accidat.
- Alexandri.** In illo sacra facienti Alexandro, sacerdos dixit, se  
ostenfurum Paridis lyram: at ille, imò Achillis, ait, si ha-  
bes ostende, ac ante lyram potius hastam.
- Corifici.** Corificus admodum senex, cum à quodam graui mor-  
bo conuulsiisset: Apoge, inquit, quam inuius reuersus  
sum, iam magnam partem itineris emensus, quod oportet  
omnino proficisci.
- Cleanthis.** Cleanthus sub lingua ulcere ei enato cibum nequibat  
transmittere. Cum uerò meliuscule haberet & cibum ei  
medicus adhiberet: Tu uerò me, inquit, uis maiore parte  
uic su-

uic superata reuerti: deinde iterum eandem denuo in-  
gredit: atq; è uiuis excessit.

Clitomachus morbo correptus, cum in ueternū inci- **Clitomachi.**  
disset, ubi euigilauit, Nihil me (inquit) fallat amor uitæ:  
seq; ipsum enecauit.

Socrati reo Lysias orationem quandam à se compo- **Socratis.**  
sitam adferens, iubebat ea uti, ad hæc Lysia adijcente,  
eam esse elegantissimam: Etiam rosas ait esse pulcherri-  
mas, at sibi non conuenire inde contextum sertum. Mo-  
rieris igitur, infert Lysias, nisi ista ratione te defende-  
ris. Tum ille: Certè etiam si nunc deitem, tamen omni-  
no breui moriar.

Erasistratus ille Chius iam grandæuus, hulus in pe- **Erasistrati.**  
de immedicabile cum haberet: Bene habet, inquit, quod  
patriæ memoria reficitur: & cicutam cum bibisset,  
diem obiit.

Demaratus hæc dicit: Quoniam ueritate omnino in **Herodoti h-**  
dicendo nos uti iubet, ne quis postea mendacij conuin- **storiz septi-**  
catur à te: Græciæ paupertas quidem semper cōnurrita **mo lib.**  
conuersatur: Virtus autem aduentitia est, simul per sa-  
pientiā effecta, simul per legem firmā & sanctā: ea dum  
græcia utitur, et paupertas è propulsat, et dominationē.

Philippus uenit ad Spartam & ante eam castris fixis, **Philippi re-**  
misit nuncios multa & dira minitans, ni faciant impe- **gis.**  
rata. Quidam ergo ex Lacedæmonijs auditis minis, gra-  
tiam, inquit, se ei habere, quòd non obftet quo minus pu-  
gnantibus liceat mori.

Pyrro exercitum ducente contra Lacedæmonios, **Pyrri.**  
& multa minante, Dercyllidas unus ex senioribus ex-  
urgens in concione dixit: Si quidem Deus est qui mi-  
natur,

natur, non timeamus, nihil enim iniuste agimus: sin homo, norit quod uiris minetur.

**Serini.** Alexandrum Pheræorum tyrannum Thebe mulier ingulauit, itaq; Pheræos asseruit in libertatem. accidit autem, ut illi qui oraculum consuluerāt, reuersi, uoce perperam enunciatā dicerent eis: Ammonem iubere ut Hebes fanum extruant. Seniorum autem quispiam, obaudisse inquit eos: Ammonem enim Thebes iussisse ædem extrui, quæ ipsos uindicaret in seruitute.

**Ex Plutarchi**  
narrationibus  
uel Paralleliis

Darius Persarum rex in Marathone castrametatus est cum triginta myriadibus. Athenienses autem mille miserunt, duces eis dantes Polyzelum, Callimachum, Cynegirum, Miltiadem: acie autem inter se concurrente, Polyzelus quidem spectrum supra hominem cum uidisset, uisum amisit, & iam cæcus interemit quadraginta octo. Callimachus autem multis undiq; confixus hastis, & mortuus erectus stetit. Cynegirus autem Persicam uelam nauem detinens, manu truncatus est. Vnde & in eos hæc Pantelei scripta esse feruntur.

O irritum laborem, & infectum bellum.

Nostro regi quid dicemus obuiam euntes.

O rex: Cur me missi contra mori nescios hostes.

Iacimus, non cadunt: uulnramus, non metuunt.

Vnus uir spoliavit totum exercitum. In medio autem Cruenta stetit indomiti Martis imago.

Arbor autem uelut stat ferreis firmata radicibus,

Nec uult cadere, Mox autem ueniet intra naucs:

Solue ô gubernator, hominis mortui eutemus minas.

Xerxes, cum quingentis myriadibus cum appulisset Artemisio, bellum indigenis denunciavit, Athenienses,

**Agatharidæ**  
Samij in 4.  
rerum Persicaru.

set,

ses autem confusi, exploratorem miserunt Agefilaum Themistoclis fratrem, quamuis Neocles pater eius per somnū uidisset, cum utramq; manum amississet. Cum autem is uenisset ad urbem barbarorū habitu Persico, Mardonium unum è satellitibus interemit, existimans Xerxem esse. Comprensus autem à satellitibus, ad regem uinctus perductus est. Cumq; is immolaturus esset bouem supra aram solis, dextram iniecit manū: et cum sine gemitu pertulisset angustiam illorū tormentorū, è uinculis etiā solutus est, dixitq;: Tales omnes sumus Athenienses: sin fidem non habes, etiam sinistram inmittam. Metu autem concussus Xerxes, custodia mandari Agefilaum imperauit.

Persis cum quingentis myriadibus in Græciam uenientibus, Lacedæmonij trecentos ad Thermopylas miserunt, præfecto eis duce Leonida: hic cum uidisset aduentare hostium manum, ad socios conuiuantes ait: Sic, ô trecenti prandete, tanquam in Plutonis domo cœnaturi. Cum igitur uenissent in conspectum barbari, Leonidas multis undiq; fixus iaculis, cum impetu in Xerxē delatus est, cumq; ei diadema abstulisset, ante uulnera obtinuit, & sanguine manans, exhalauit animam. Cum autem rex pedibus illius dissecuisset, inuenit cor obstructum pilis.

Philippus Macedonum rex, cum triginta duo oppida Chalcidica suæ ditioni subiecisset, Methonæos & Olynthios diripere incœpit. Cumq; esset in ponte Sardonis fluminis, & in ulteriorem ripam transire anniteretur, à multitudine Olynthiorum inhibitus est. Sagittarius autem quidam Aster nomine, arcu intento excæcauit Philippum, tali cum dicto: Aster Philippo lethiferum mittit telum. Amisso oculo, rex in fluum se precipitauit, & ad suos

Aristidæ in 2.  
l. b. de rebus  
Persiarum.

Callisthenis  
in rerum Ma  
cedonicarum.

suos cum enataisset, periculum euitauit.

Sostrati in 2.  
ecclia Thraciæ.

Athenienses cum Thracibus bellum gerentes, imperatorem elegerunt Codrum. Hic cum audisset, quod hostes oraculum accepissent, ipsos potituros esse uictoria, si duci parcerent Atheniensium: lignarij habitu commisit pugnam cum quibusdam Thracibus ligna colligentibus: & cum falce lethaliter unum ex ipsis percussisset occidit, at reliqui strategematis rationem ignorantes, interfecerunt Codrum lubentem: commisso autem prælio, Athenienses uictoria potiti sunt.

Ex scriptis  
Theici.

Lacedæmonij & Argiui de agro Thæreo in confinio sito aliquandiu tætis exercitibus cõtra sese acies instruebant: tandem uisum est ipsis, deligere ex utriusq; trecentos: quibus pugnantibus, penes uictores fore ius illius agri. Quo factò Othryades Lacedæmonius miles multos cum interfecisset, & multis uulneribus saucijs, iacebat inter cæsos Lacedæmonios, solus superstes, ex Argiuis autem duo Agenor & Chromius, quibus digressis Argos, ut nunciarent uictoriã, Othryades interim multis hostium spoliatis, trophæum erexit: cui illinens uulnerũ suorũ sanguinẽ, titulũ fecit, Lacedæmonij contra Argiuos, atq; hoc peracto, mortuus est.

Ex Phalaridis  
epistola ad  
Perathenem.

Eubuli & Aristophantæ uxores, qui mihi insidias struxerunt, misisti tanquam perituras, & nunc miraris ualde quòd iram remisim. Quòd si causam audieris, quòd ob ingenuitatis eximium responsum, nihil à me passæ sint, magis etiam admiraberis. Interrogatæ si quidẽ à me num sciatæ fuerint uiris insidiarũ: Non id solũ, inquit, sed etiã simul operã dedisse, ut tyrannũ tollerent. Quam ob iniuriam me sciscitante: Ob nullam priuatam, uerũ ob publicam, responderunt. Communcem enim iniuriam esse, quòd serui/

feruitute premantur liberæ ciuitates. Rursum me interrogante, quo tandem supplicio affectæ, meritas pœnas mihi luant huiusce odij: Capitis, addiderunt. Viuere igitur & non mori, statui dignas eas quæ cum tali uirtute mori uoluissent.

Iuxta Celenas urbem Phrygiæ uasto terræ hiato aqua pleno ob Iouis iram Idæi factò, multæ domus cum ipsis habitatoribus immersæ sunt. Itaque populo periclitante, Midas rex oraculum accepit coituram terram, si uoragini, quod in humana uita preciosissimum est, iniiceretur. Celenitis autem aurum & argentum mundumq; fœminarũ barathro immittentibus, malo interim minime cessante,

Catulle in 2.  
transform. &  
Plutarchi.

\* Aegestius Midæ filius quum secum reputasset nihil in uita preciosius haberi, quàm hominis animam, mox patrem amplexus, quum uale dixisset uxori Timotheæ, eques cum impetu in hiatum insilijt. Et quum iam terra ad pristinum habitum rediisset, Midas Iouis Idæi aram extruxit, quam auream reddidit manibus suis attactam. Hæc ara illo anni tempore quo contigit hiatus, lapidea sit, eoq; elapso rursus aurea uisitur.

Anchurus.

Peste Lacedæmonios occupante propter necem le/gatorum, quos Xerxes miserat, terram & aquam petens, ceu primitias prædæ, oraculum datum est liberandos ipsos, si qui modo Lacedæmoniorum regi sese occidendos obtulissent. Tum Bules & Sperches adierunt regem, cum suæ mortis petitione: Ille hominum uirtutem admiratus, domum reuerti iussit.

Ex Theophr.

Fortitudinem mediocritatem esse dicunt timiditatis & temeritatis, quarum alia superatur à modo, altera ei præstat in irascentiæ affectu.

Plutar. de uirtute morum.

**Eiusdem in Apophth.** Agefilaus de fortitudine atq; iustitia percontatus, utra melior esset: Nihil, inquit, fortitudine indigeremus, si omnes iusti essemus.

**Aristot. in li. bello de uirt.** Fortitudo uirtus est animosi, per quam non facile metus ingruit.

**Ibidem.** Fortitudinis est, inconcussum à mortis metibus & constantem in malis & instrepidum ad pericula esse, & malle honestè mori, quàm turpiter seruari, & uictoriæ causam præstare. Præterea autem fortitudinis est, & laborare, & in animo instituire, & posse. Accedit autem fortitudini & audacia, & animi præstantia, & fiducia, & confidentia: ad hæc industria, & tolerantia.

**Socratis.** Socrates quaesitus, utrum doctrina fortitudo, an natura pararetur: Opinor, dixit, ut corpus corpore robustius nascitur, sic etiam animum animo ad graues casus fortiozem natura fieri, &c.

**Plato in apologia Socrat.** Profecò ita res se habet, o uiri Athenienses: Quo quisq; in loco uel seipsum constituit, arbitratus id optimū esse, uel à superiore iubetur consistere, in eo ut mihi uidetur permancere oportet, periculumq; subire, neq; mortem, neq; aliud quicquam magis quàm turpitudinē formidare, &c.

**Ibidem.** Neq; in iudicio, neq; in bello, uel mihi, uel alteri, omnia quibus uitemus mortem, sunt faciendâ. Nam in prælijs sæpe constat interitum uitari, si quis abiectis armis supplex ad insequentes se conuertat. Alia quoq; in singulis periculis machinamenta sunt, quibus interitum quis effugiat, si quem non pudeat facere quelibet atque dicere. Sed considerate, o uiri Athenienses, haud id quidē difficile esse, mortem effugere: sed multo difficilius, prauitatem. Velocius enim illa currit, quàm mors.

Ego

Ego nusquam in præsentia potentes homines robustos esse confiteor. Robustos tamen potentes esse autumo. Non enim idem esse robur & potentiam arbitror. Nam & à scientia, & ab insania, & ab ira potest potentia prouenire. Robur autem à natura duntaxat, & debita corporum nutritione uenit. Similiter & in illis nequaquã idem esse censendum fortitudinem & audaciam. Quapropter contingit, fortes quidē audètes esse. At uerò non oēs audentes fortes sunt. Audacia enim ab arte hominibus, ab ira, ab insania datur, quemadmodum de potentia diximus: Fortitudo autem à natura debitaq; educatione prouenit animorum.

Mirandum mihi uidetur, ait Socrates, qua ratione dignus morte uobis sim uisus. Nec tamen quod iniuste moriar, ob hoc minus de me sentiendum est, non enim mihi, sed condemnantibus hoc turpe. Solatur, quòd Palamedes ille non ab similitèr condemnatus est, qui etiam nunc maiores & pulchriores laudes reportat, quàm Vlysses, qui per iniuriam ipsum interfecit. Scio autem, mihi testimonium perhibebitis in præsentia, & in præterito tempore, me nulli unquam iniuriam intulisse, neq; deteriore fecisse quenquã, sed multis profuisse, qui mecum disputauerunt: gratisq; docuisse quicquid potuerim boni. Que cum dixisset, maxime consentaneus uerbis suis abibat, & oculis, & gestu, & gradu letus. Ut autem animaduertit illos qui sequebantur lugere, Quid hoc est, inquit, nonne iam dudum sciebatis me, ex quo genitus eram, ab ipsa natura morti fuisse damnatum? Atqui bonis aduentantibus præripi è uita, mihi nimirum meisq; beneuolis lugendum foret. Si uerò malis impendentibus, diem obeo, arbitror tanquam pro felicitate quadam à uobis omnibus esse letandum.

Xenophō. in  
Apel. Socrat.

Incerti  
auctoris.

Vir fortis est, qui omni metu caret. Errat igitur qui fortitudinem ait moderationem esse timoris.

Magnanimus est, qui omnia facile fert: pusillanimis uero, qui ne parua quidem.

Menandri.

Viri est, animo generoso rerum euentus ferre.

Aliquid affinitatis cum hoc loco habet Sermo quadragesimus nonus, de laudibus audaciae: & Sermo centesimus sextus, quod fortiter sustinendi sint casus humani: & Sermo centesimus duodecimus, de mortis laude. Vide etiam in Sermonibus de inuidia, Platonica quedam ex Alcibiade primo.

## DE TIMIDITATE,

## Sermo VIII.

Euripidis  
Belleroph.

Olos autem & obscuras fraudes  
Ad usum minime uirilem remedia immortales  
repererunt.

Sophoclis in  
Acrusio.

Clamant hic aliquis: heus heus, audite,  
Sed temere fors an gannio.

Homini enim timido nihil non obstrepit.

Euripidis in  
Meteagro.

Viri enim timidi nullum habent in pugna  
Numerum, sed praesentes absunt.

Hom. Iliad. 12.

Quid est quod bellum metuis & pugnam?  
Nam quamuis ceteri omnes interfecti fuerimus  
Ad classem, tibi tamen nihil est de morte periculi.  
Non enim tibi fortis est, neq; bellicosus animus.

Sophoclis in  
Phrygibus.

Generosos & fortes, o fili, solet  
Occidere Mars. Qui uero lingua sunt audaces  
Cladem fugientes, securi sint a malis.

Euripidis in  
Iphigenia.

Mars namq; timidos pro nihilo reputat.  
Haud sane sapientem illum esse iudico, qui moriturus,

Misericord.

Misericordia metum mortis superare uult.

Tu quidem te uirum esse dicis: sed indignum est  
uiro,

Eiusdem in  
Phryxio.

Timidum uocari: & morbo laborare turpi.

Menandri in  
Adelphis.

Quorsum attinet hominem multum timentem  
seruare multa?

Multa proferre solet oratio mortalibus hominibus

Theogn.

Errata, o Cyrne, cum animus perturbatus est.

Philemonis  
in Enchirid.

Est trepidus uultus, & latent intus praecordia timida.

Timidos fortuna non inuit.

Sophoclis.  
Eurpidis.

Timiditas, ubi quid periculi est de uita,

Locum habens dicendi contrariam causam,

Et os ipsum coram hominibus obsequiosum reddit,

Et animus, ea quae libet, dicere non permittit.

Na qui secus fecerit, periclitatur: hic uero manet ille suus,

Atq; hoc periculi subterfugere me oportet.

Praemium enim uitam meam proponi uideq;

Vita mollis, & mala timiditas,

Eiusdem in  
Archelaos.

Neq; domum, neq; ciuitatem recte gubernauerint.

Quisquis alios metuit, seruus est, licet nesciat.

Aristhenis.  
Diogenis.

Omnia sane mala plus terrere solent eos qui ipsa futura  
expectant, quam ubi iam acciderint molestare. Metus enim  
tam improbus est, ut multi rem quam metuunt, ipsimet  
anticipent. Ut qui in nauis tempestate periclitantur, non expectata  
submersione nauis, manum sibi prius inferunt.

Rhetor Hyperides timorem esse uinculum orationis  
aiebat.

Hyperidis.

Vbi clades accepta est, ibi non possunt uiuorum animi  
ad eadem pericula subeunda similiter, ut prius erant, affe-  
cti permanere.

Thuc. lib. 2.  
in concione  
Phormionis.

Antiphontis. Morbus timidus hominum est loco festi. Aegrotantes enim ad agendum prodire non coguntur.

Hieroclis ex lib. de iustitia. Est timiditas corruptio legitimi iudicii de rebus metuendis, aut non metuendis. Aut ignorantia terribilium, non terribilium, & neutrorum. Quomodo igitur qui corruptis et illegitimis opinionibus in uita detinetur, iustus esse possent? Non enim quasuis res recte aestimabunt, non permittente ipsos animi timore quamlibet questionem aggredi.

Demetrii. Fingamus exempli causa, belligeranti & in acie stanti hinc fortitudinem, illinc timiditatem assistere: quantum putas diuersas orationes habebunt? Nonne fortitudo quidem permanere iubebit, & ordinem suum conseruare? Sed ingruius tela. Sustinendum est. At uulnerabor. Tolerato. Sed moriar: Morere potius, quam relinquo aciem. Hæc oratio dura ui detur, & immitis, contra uero timiditatis humane, per Io uem, atq; mollis. Nimium enim recedere iubet trepidantem. Sed scutum ægre fero. Abijcias. Molestat me thorax. Ergo resolu. Cui non hæc uerba benigniora uiderentur, quam illius? Similiter in alijs rebus usu uenit. Ne capias, inquit, continentia, unde non decet. Ne comedas. Ne bibas. Sustine, tolera: denique moriari potius, quam quicquam indecori committas. Luxuria uero sic suadet: Ede, cum libet quodcumq; tibi suauissimum fuerit. Placet ne uicini tui uxor? Miscere cum ipsa. Pecunijs eges? Accipe mutuum. Mutuatus non potes restituere? Nihil reddito. Non credent tibi amplius ad mutuum datum? Rapito. Viden, ut hic etiam magnus sit utriusq; discrimen? Sed quis nescit huiusmodi quidem munus perniciosum suscipientibus esse, contrarium uero salutare?

Platonis in Phædon.

Qui recte philosophantur, mori meditantur: & mors ipsius inter homines minime terribilis est.

Ignauia

Ignauia uel timiditas, uitium est animosæ partis, quo con sternantur periculis, præsertim mortis.

Aristote. in libello de uirtutibus.

Ignauia autem est, quouis metu facile percelli, & mortis maxime, & noxarum corporis: & arbitrari præstabilius esse quomodocumq; seruari, quam pulchre mortem obire. Comitatur autem ignauiam mollities, effœminatio, torpor, uita studium. Subest etiam quedam timiditas, & contentionis detrectatio.

## DE IUSTITIA,

### Sermo IX.

#### IN HOMINEM IUSTVM,

#### Senarij.



Iri iusti fructus non perit.

I rectam uiam, si iustus es.

Vite iusta bonus fit exitus.

Iustus esto, ut iusta etiam consequaris.

Iustus esse malis, quam benignus.

Iusta faciens, Deum auxiliatorem consequeris.

Iudicare uelis iusti respectu, non utilis.

Benedicentibus nihil habeo quod contradicam.

Mores iusti, possessio preciosissima sunt.

Oculus iustitiæ omnia que sunt inspicit.

Iustitia non est in oculis mortalium.

Iusto resistere non est facile.

Possideto res tuas iure sine reprehensione,

Et in humili sorte maneto, semper cum iustitia coniuncta.

Boni uiri officium est iustitiæ inseruare,

Et malos ubiq; semper afficere malis.

Ne te uolentus animus ullo modo cogat,

Autoris incertus.  
Euripidis in Hæcuba.  
Sophoclis in Hæcuba.  
Euripidis in Hæcuba.  
Euripidis in Hæcuba.  
Sophoclis in Alcæ.

Odisse quempiam tantopere, ut iustitiam conculces.

Euripidis  
in Theæto.

Potiores sunt diuitijs, & luxuria affluente auro  
Bonorum uirorum & iustorum conuersationes.

Menandri.

Si iustus fueris, mores habebis tanquam leges.  
De probo uiro mali nihil cogites.

Iusti mores iniuriam facere nesciunt.

Ex Orphei  
hymnis iu-  
stitiæ sulfi-  
tus, thus.

O iustissima dea mortalibus, beata, optabilis,  
Quæ semper iustis hominibus propter æqualitatē gaudes.  
Veneranda, felicissima, gloriosa iustitia.

Quæ pura mente semper digna cuiq; distribuis.

Integra conscientia fruens: semper aut communis omnes

Quotquot staterant tuam non subeunt, sed ultra ipsam

Lancibus duris inexplēbiter declinant.

A seditionibus aliena, amica omni conuiuia diligēs, amabilis,  
Studiose pacis, uitæ stabilis æmula.

Semper enim quod nimium est, odisti: gaudes aut æqualitate.

Per te sapientiæ totum uirtus finem assequitur.

Exaudi nos dea, improbitatem hominum iuste cōminuens,

Vt æquali momento semper bona uita procedat

Mortalium hominum, qui frugem telluris edunt,

Et omnium animalium, quotquot alit in sinu

Diua parens tellus, & marinus Iupiter.

Oculum iustitiæ canto, retro uidentis, formosæ,

Quæ etiam super Iouis principis sacro sedet solio,

Cœlitus despiciens uitā mortalium in uarias gentes diuisorū.

Iniustorum uultra, supplicij grauens iustis.

Veritatis æqualitate concilians dissimilia.

Omnia enim quæ mala mente homines committunt

Temerè, nimium concupiscentes malis consilijs,

Tu sola puniens, poenam sumis ab iniustis.

Hostis

Hostis improborum, beneuola aut uersaris cum iustis.

Sed ades o dea iusta propitio in nos animo,

Vt semper adueniat dies uitæ fatalis.

O Nemese, aduoco te dea, regina maxima,

Cuncta uidens inspiciens uitā hominum per uarias gentes,

Acterna, ueneranda, sola gaudens iustis:

Immutans sermonem uarium & semper instabilem.

Quam omnes mortales agnoscunt ceruice iugo subdita.

Tua enim semper est omnium mens, neq; te latet

Anima superbiens temeraria uerborum iactatione.

Omnia uides, audisq; cuncta, & nihil non dispensas.

Penes te sunt iudicia mortalium o supreme demon.

Veni beata, sancta, semper opifera mystis.

Da uero mentem bonam ut habeant, extinguens odiosas

Cogitationes, profanas, nimis superbas, ac scelestissimas.

Iustitia uirgo est Ioue prognata,

Castæ & uenerandæ dijs cœlicolis.

Et quando quis ipsam læserit obliquè iniuriam inferens,

Statim apud Iouem patrem Saturnium sedens,

Iniustam narrat hominum mentem donec luat

Populus peccata regum, qui malè sentientes

Aliò defleunt iura, obliquè interpretantes.

Secundam uxorem Iupiter duxit pulchram Themidem,

quæ peperit Horas,

Eunomiā legū præsidem, Iustitiāq; & floridam Pacem,

Quæ opera inter mortales homines obseruant.

Homicidæ ruinofum iuxta murum dormienti,

Nocte astitisse aiunt Serapin in somnijs,

Et uaticinatum fuisse: Heus tu qui iaces hic, surge,

Et aliò transiens, o miser, cubato.

Hic Neme-  
sis hymnus.

Hesiodi in  
opibus.

Hicdem in  
Theogni.

Incertam.

Hic

Eiusdem iu-  
stitiæ uindi-  
cis sustimen-  
tum, thus.

Hic autem excitatus mutauit locum: at marcidus ille

Murus subito lapsus, humi iacuit.

Porrò manè salutis sacrificia malignus ille gaudens dijs faciebat,

Delectari putans Deum homicidis.

Sed iterum Serapis per noctem astans uaticinium dixit:

Putas ne miser iniustos mihi curæ esse?

Etsi nunc mori te non permisi: mortem enim sine dolore futuram,

Nunc effugisti: scias tamen in crucem te reseruari.

Archia. Quondam in lucido dum uolat aethere niger,

Scorpium è tellure uidet prodijisse coruus,

Quem ut raperet festinauit: ille uero in terram delati,

Non tardus acuto pedem uulnerauit stimulo,

Et uita priuauit eum. Ita quam alij struebat,

Ab illo miser mortem ipse passus est.

Menandri. Nemini iniuriam facere, omnes homines decet.

Eiusdem in Superstitio. Non oportet iniurium esse in supplices, cum aliàs,

fo. Tum si beneuolo animo, non maligno

Lapsi fuerint. Effet enim ualde indecens.

Menandri. Omni tempore quod iustum est, uincere debet.

Euripidis. Unus iustus in finitos non iustos

Vincit, Deo & iustitia adiuuantibus.

Philonidæ. Non is qui legem metuit, dicendus est timidus:

Sed fortitudo in pugna aduersus inimicos æstimatur

A iusto autem etiam superari pulchrum est.

Eiusdem. Papæ, quàm ualde pulchrum est uincere iure,

Euripidis. Iniuste autem, quàm ubiq; malum est.

Et lingua iactabunda, & inuidia, quàm non inuidere

Quanto peiora sunt in hominibus indecenter elatis.

Qui nemini facit iniuriam, non indiget ulla lege:

Id quod rectè habet, etiam lege præstantius est.

Si affectos iniuria, o pater, fugerimus,

Quibusnam alijs facile feremus opem?

Iniuriam nulli facere o Laches didicisse

In uita, studium esse iudicatio ciuile.

Nihil iniuriari parit humanitatem,

Iustitiæ tum apud mortales, tum apud deos,

Immortalis perpetuo gloria solius perdurat.

Vir iustus est, non qui non facit iniuriam:

Sed qui cum iniuria possit, non uult tamen.

Nec qui à paruis capiendis abstinuit,

Sed qui magna sustinet non accipere,

Quamuis habere queat, & possidere sine periculo.

Nec qui ista facit omnia ut gloriam sibi uenetur:

Sed qui sincero & candido præditus ingenio,

Esse iustus, non modò uideri, uult.

A fraude iusta non alienus est deus.

Sepulchrum hoc Hipparchi est. Perge iustitiam animo

complectens.

Memoria & Iouis Olympij in clyta filia,

Musæ Pierides, audite me precantem.

Felicitatè à dijs immortalib. mihi præbete, & ab omnibus

Homnibus semper bonam habere gloriam:

Et iucundum hic amicis esse, inimicis autem acerbum,

illis quidem uenerandum, his autem dirum aspectu.

Pecunias equidem desidero: iniuste uero possidere

Nolim. Prorsus enim in posterum uindicta uenit:

Diuitiæ à dijs collatæ, manent homini

Firmæ, ab extremo fundo ad uerticem usq;.

Antiphon-  
tis. a. Antiphanis.  
Menan. Carthaginensis.  
Euidem in Cutharistis.  
Philemonis a. Menand.  
In Tropho. Ibidem.  
Philemonis in Palamede.  
Euidem.

Æschyl.  
Hipparchi.

Solonia.



Quas uerò cœlunt homines ab iniuria: non rite  
 Proxeniunt, sed iniustus operibus adductis  
 Sequuntur inuitis, & statim calamitati permiscetur.  
 Initium autem à paruo momento fit, tanquam ignis.  
 Primum quidem calamitas est exigua, sed ualde grauis de-  
 finit.

Non enim diu mortalibus iniuriæ opera permanent.  
 Sed Iupiter finem inspicit omnium, atq; repente,

Vt uentus nubes illico dissipat

Vernus, qui fluctuosi maris immensi

Agitans fundum, & per terram frumenti feracem

Latas segetes uastans, ad deorum sedem in altum peruenit

Cœlum, & rursus serenitatem efficit,

Reductq; uis solis per terram opimam

Pulchra, nubium uerò nihil superest reliqui,

Talis est quoq; uindicta Iouis. Non fit autem ob quamli-  
 bet causam,

Vt mortalis homo solet, Iupiter iracundus.

Ceterum non semper latet in perpetuum, quicumq; scelerosum  
 Pectus habet. Sed omnino tandem arguitur.

Dat autem poenas alius statim, alius in posterum. Et si uidean-  
 tur effugisse

Aliqui, neq; fatum ipsos deorum inuaserit:

Omnino tamen uenit, atq; immeriti facinora luunt,

Vel liberi primorum authorum in posterum.

Nos autem mortales ita cogitamus, idem ualet bonus &  
 malus:

Quam sententiam unusquisq; tam diu retinet,  
 Donec aliquid patiatur: tum rursus luget, antea uerò  
 Oscitantes leui spe fouemur.

Quod

Quod si quis morbis difficilibus implicetur,

Sanum se futurum animum inducit.

Alius cum timidus sit, fortis sibi esse uidetur,

Et pulcher sibi uidetur homo deformis.

Alius carens pecunijs, & paupertate pressus,

Mulus se tamen possidere putat opes.

Accelerat alius aliunde: hic quidem per mare uagatur

In nauibus, cupiens lucra referre domum,

Per mare inquam piscosum uentis delatus periculosis,

Nihil penitus uitæ suæ parcens.

Terram scindens alius arboribus consitam in annum

Colit, cui curua sunt aratra curæ.

Est qui Mineræ, & multas callentis artes Vulcani

Instrumenta tenens, manibus sibi colligit uictum.

Alius Olympiadum Musarum munera doctus,

Amabilis sapientiæ modum assequitur.

Alium uenerabilis iaculator Apollo uatem efficit,

Qui malum multo ante homini imminens prænouit;

Quo cum dii conuersati fuerint. Verum fatalia prorsus

Nec illum soluet augurium, neq; sacrificia.

Sunt qui Pæonis multa tenentis pharmaca, opera exerceant

Medici: hos quoq; nullus finis consequitur.

Sæpius enim è modico dolore morbus fit magnus,

Quem nemo soluerit blanda remedia præbens.

Alterum malis ægritudinibus & molestis agitatum,

Manibus contingens quispiam, illico sanum reddit.

Fatum profectò mortalibus adducit mala, simul & bona,

Nec dona diuum suseris immortalium.

Inest autem factis omnibus periculum, neq; certò digno-  
 scat aliquis,

Quia

Qua se conuertat in principio negocij.

Est enim qui rem aggredi quam optime sibi proponit, sed improvidus

In magnam noxam, difficilemque cadit.

Potius legendum male. Alteri autem opera sua bene instituenti, Deus in omnibus largitur

SUCCESSUM bonum, et liberationem ab imperitia.

Porro diuitiarum nullus est inter homines inconstitutus terminus.

Nam qui nunc inter nos plurimum possident uictum Bis tantum querunt. Quis nam satiauerit omnes?

Astuta quidem consilia dedere dij immortalibus,

Sed emergit ex ipsis noxa, quam cum Iupiter

Miserit ut poenas sumat, alijs alius ipsam experitur in se.

Platonis Ne dubita, si aurum quidem inquirendum proponeretur, nunquam alterum alteri sponte concessurum in inquisitione, et inuentionem eius perditurum. Cum autem inuestiganda sit iustitia, res auro longe preciosior, an non absurdum est tam temere alios alijs inuicem cedere: non autem inuicemque id studere, ut sibi in primis appareat.

Agefilii Fortitudinis quidem absente iustitia nullus est usus: at si omnes iusti fierent, fortitudine nihil indigeremus.

Isocratis contra sophistas. Nemo autem me dicere censeat iustitiam acquiri doctrina. Prorsus enim nullam huiusmodi artem esse puto, quae iustitiam in illis ingenijs parere queat, quae infeliciter ad ipsam nata sunt.

Demosthenis. Homines illi sanè laudari merentur, qui nullam utilitatem iusto praeserunt. Pecunias enim non adeò difficulter comparare licet. Bonam autem famam pecunijs redimere non facile licet.

Scientia

Scientia quæuis, à iustitia et reliqua uirtute seiuncta, Platonis. calliditas, non autem sapientia uidetur esse.

Bonum est, non iniuriã non facere, sed ne uelle quidẽ. Democriti.

Soli Deo chari sunt qui iniurias oderunt.

Pittacus dixit: Honestã uoluptas iusta res est.

Idẽ dixit: Depositu quod acceperis, iuste reddito.

Aristides ille iustus interrogatus, quid iustum esset, aliena non concupiscere, respondit.

Equidem mea sententia iustitiam esse sanctam, et sanctitatem iustam esse dicam. Arbitror enim te permissurum, ut pro te illud ipsum respondeam, quod uidelicet aut idẽ sit iustitia quod sanctitas, aut inuicem quàm simillima: ut maxime omnium qualis iustitia, talis sanctitas: et qualis sanctitas, talis iustitia sit. Platonis in Protagora.

Peregrinus uir iustus non modò ciue, sed etiam cognato Pythagora, maioris faciendus est.

Qui ad iustitiam perducitur, hic ad omnium uirtutum finem et uniuersarum collectionem, in qua cuncta comprehensim insunt, ut uetus est dictum, peruenire poterit. Iamblichi ex epistola ad Anatolium de iustitia.

Distributio in humana uita secundum cuiusque dignitatem operum et honorum et aliarum rerum quæ singulis conueniunt, iustitiam, quæ ad hominum uitam pertinet, constituit. Proinde opera studiumque illa iustitiæ propria sunt, quæ liberaliter ac facile in conuentibus commercijsque uersantur: et quæ familiariter, benignè, ac utiliter fiunt: denique actiones prohibent noxias, utilium uerò totam constitutionem decentem moliantur. Ibidem.

Sicut uera trutina, neque à bona et concinna corrigitur, Epicteti, neque per falsam examinatur: Sic etiam iustus iudex neque à iustis castigatur, neque apud iniustos indicatur.

H.

Vs

Vt rectum non eget recto, ita neq; iustum iusto.

Ne prius in alio tribunali iudicaueris, quam ipse coram iustitia iudicatus fueris.

Si iudicia recta proferre uoles, nullum contententium & causam dicentium, sed ipsam causam cognoscas.

Minimè in iudicijs delinques, si ipse in uita tua delicta caueris.

Melius est, sententia iuste pronunciata reprehendi ab eo, qui merito suo damnatus est: quam si iniuste iudicaueris, ure à natura uituperari.

Quemadmodum Lydius iudicat aurum, non autem uicissim ab auro examinatur: sic & homo qui iudicandi facultate pollet.

Turpe fuerit iudicem ab alijs iudicari.

Veluti recto nihil potest dari rectius, sic neq; iusto iustius.

Diogenis.

Iustitia multam adfert animo tranquillitatē. Neminem enim timentem, nec apud ullum erubescens uiuere, uoluptas quædam est, & quasi sufficientia siue perfectio uitæ. Ceterum qui iustitiam animo complectitur, non solum alijs utilis est, sed etiã ipse sibi. Non enim conabitur ex ulla parte seipsum offendere, neq; ullius sibi doloris aut morbi author erit.

Lycurgi.

Diuitie fortassis magna emulacione desiderabiles sunt, sed iustitia, preciosa & admirabilis res est.

Demosthenis  
Olynth. 2.

Quemadmodum domus, & nauigij, & aliorum huiusmodi partes inferiores firmissimas oportet esse: sic & actio num initia fundamentaq; uera & iusta conuenit esse.

Ex Nicolai  
de collectio-  
ne morum.

In Pædalijs Indica gente non sacerdos, sed qui presertim prudentissimus fuerit, sacris præficitur.

semper

semper à dijs nihil aliud quam iustitiam.

Deus nullo uspiam modo iniustus est, sed planè iustissimus. Nec ei similis inueniri potest quicquam, quam qui inter nos iustissimus fuerit.

Platonis in  
Theæreto.

Iustitia inter homines uidetur mihi mater & nutrix cæterarum uirtutum appellanda. Nam sine illa neque temperantem, neq; fortem, neq; prudentem esse quenquam fieri potest. Quippe harmonia et concordia totius anime est cum concinnitate, &c.

Ex Pole Py-  
thagorico Lu-  
cane, in libro  
de iustit.

Honorandus certè est qui nihil iniuriatur. Qui uerò nec alios id facere patitur, duplici honore, imò etiam magis est honorandus. Ille enim uni, hic multis hominibus comparatur, cum principibus cæterorū iniuriam nunciet. Qui autem unà etiam cum magistratibus iniuriam quoad potest ulciscitur, is magnus perfectusq; in ciuitate uir præconio prædicetur.

Platonis se-  
gum quinto.

Sunt qui iustitiam habitum esse dicant anime muneribus incorruptum, & quantum unusquisq; possit coniectantem. Alij habitum anime definiunt, qui neq; superiori neq; inferiori fortune plus minusue tribuat, sed æqualitatem omnibus seruet. Videntur autem mihi priores quidem admirari illum, qui alienas pecunias non concupiscat: & quid unusquisq; possit, obseruet, si quibus præficiatur. Posterior res illum magnificare apparent, qui non maiori fortune plus attribuat, sed omnes eisdem rebus dignetur, &c.

Hieracis in  
libro de iu-  
stitia.

Porrò neq; pecunias alienas non concupiscere, iustitie definitio est, sed unius solū affectus felix constitutio. Fingamus enim aliquem prædiuitem esse, qui suis opibus pluri-  
mis alijs suppeditare possit, gloria autem & ambitione uinis ei, et neminè liberè loquentem sustinere, sed alios afficere

Hiustie, alias  
conhærent præ-  
cedentibus, et  
restè.

iniuria, alios uerberare, alijs pro libidine quilibet imperare, eo quod omnes ei obediant. Talem hominem quid esse dicemus, qui alieni quidem nihil cupiat, sed alioqui uiolentus & tyrannus fuerit, & famulis quidē primū & ancillis malē utatur, illos quidē immodicē castigans, cum his uerō impudenter luxuriās: deinde cū hæc faciat, nihil iniuriarū se censeat.

**Ibidem.** Peripatetici inter pluris minorisq; assumptionem medium obtinere iustitiam dixerunt. Stoici uerō habitū æqualiter distribuentem, &c.

Iustitia est regum uirtus, regalisq; nuncupatur. Neque enim est possibile sine iustitia bonum fieri ciuem.

**Ibidem.** Ego putabam, inquit Socrates, nolle iniuriam in quempiam asserere, satis constans esse iustitiæ signum.

**Ibidem.** Qui iusta facit, iustus: qui iniusta, iniustus est. Iniustus uerō, qui præter leges uiuat.

**Ibidem.** Non meministi eos primates fore optimos, qui populo causa sint, ut pareant legibus? Tum ciuitas in qua maxime ciues legibus pareant, & in pace beata, et bello inuicta est.

**Ibidem.** Sine concordia neq; ciuitas bene gubernabitur, neq; domus bene habitabitur. Priuatim uerō, quomodo aut minus à ciuitate cōdemnabitur, aut magis honorabitur, aut magis litigijs uincet, aut minus uincatur, quàm si legibus paruerit? Apud quem magis quispiam aut pecuniam, aut filios, aut filias suas deponat? aut quem ciuitas digniorem putet magis, quàm qui legibus pareat? Tum à quo magis parentes, propinqui, familiares, noti, ciues, aduenæ assequentur, quæ officij sunt? Cui hostes magis credent, aut inducijs, aut pace componendis? Cui magis quàm legibus parenti fieri socij mallent, aut cui socij magis credant aut principatum,

aut

aut ciuitatis custodiam? Aut cui quisquam cū benefaciat, putet sibi gratias reddi maiores, quàm ab hoc qui legibus pareat? Quisue magis cuiquàm benefecerit, quàm huic à quo nō dubitet se gratias recepturū? Cui autē uelit magis esse amicus, aut minus quàm huic esse inimicus? Cui bellum quispiam minus inferat, quàm huic cui maxime uelit quispiam se amicū esse, et minime inimicum? Cui plures amici atq; socij esse uolent, magis uel paucissimi inimici & hostes? Itaq; ego, o Hippias, idem dico esse iustum, atq; legibus obtemperare, &c.

Iusta anima, iustusq; uir bene uiuet, iniustus autem male. Et qui bene uiuit, beatus est, & felix: qui malē, contra. Igitur iustus felix est, & iniustus miser.

Fortem uirum queng; uocamus, quando in ipso iracundia uigor ita institutus est, ut in medijs uoluptatibus & doloribus, in sententia sua persistat, non aliter esse de ferribili & non terribili iudicandū quàm ratio ipsa dictauerit. Probē. Sapientem uerō breui illa ex parte quæ et imperauit in ipso, & ista dictauit habens in seipsa scientiam, qua discerit quid potissimum ex usu sit tam singulis quàm uniuerso ex his tribus cœtui constituto. Certē. Temperantem rursum aliquem appellamus horum ipsorum amicitiā atq; concordia, quando & quod præsidet, & quod subest, in sententiā eandem conueniunt, rationē scilicet imperare decere, neq; ab illa desciscendum esse.

Pittacus dixit, Depositu apud te iuste reddito:

Iustitia uirtus est animi, qua tribuitur quod cuiq; par est.

Iustitiæ est, distributiuum esse eius quod est secundum cuiusq; dignitatem, & tueri patrias consuetudines & instituta, & seruare scriptas leges, & ueridicum esse in controuersijs, & stare conuentionibus. Est autē prima iustitiarū,

H 3

aduer/

Plato de rep.

Ibidem.

Pittacus.

Ariston in libello de uirtutibus.

aduersus deos: proxima, in demonas: deinde, in patriam & parentes: deinde, erga defunctos, in quibus est pietas, uel pars iustitiæ uel eius comes. Sectatur autem iustitiæ & san-  
ctitas, & ueritas, & fides, & uitiorum odium.

Aristoteles de iustitiâ & iniustitiâ differuit Ethicorum libro 5.

### DE LIBERALITATE.

Aristotel. de uirtutibus. Liberalitas uirtus est animi, honestorum sumptuum ministrâ.

Ibidem. Liberalitatis autem est, erogare pecunias in laudabiliâ, & largitio ad honestos sumptus faciendos, & præsto esse ad auxilium in aduersa fortuna, & non accipere unde non oportet. Est autem liberalis, & circa indumenta nitidus, & circa habitationem: est & instructor per magnâ rerum, & elegantium, & oblectationem habentium, nulla commodi ducta ratione: est & altor animalium, miri quid aut suauæ habentium. Comitatur autem liberalitatem morum facilitas, & comitas, & humanitas: & esse misericordem, & erga amicos beneuolum, & hospitalem, & honesti studiosum.

### DE INIUSTITIA, ET AUARITIA,

& quauis in re plus habendi cupiditate, Sermo X.

Est & alius sermo infra, de Parcitate.

Euripidis in Heracli.



Quidem hanc sententiam iam olim approbat. Quod uir iustus natus sit in proximi comoditate. Contra, cuius animus inclinatus est in lucrum.

Et amicis inutilis est, & difficilis in commercijs.

Scrapionis.

Non ut animo meo gratificare, profers

Tam blanda uerba, sed tui causa lucrâ.

Menandri.

Auaritia mortalibus est maximum malum.

Nam

Nam qui suis aliena quoque uolunt adijcere, Hi sepius uicti sua spe frustrantur.

Adduntque alienis quæ prius erant propria.

An non stultissima res est turpilucrum?

Nam dum quærit animus occasiones arripiendi quippiam, hallucinatur ad alia.

Accipere si non esset, nullus foret malus.

Istud est auaritia, cum neglecta consideratione

Iusti, quauis in re lucro seruiens

Dicis, sed quicquid dicis, accipiendi causa dicis.

Quisquis ambitiosum & auarum ingenium habet,

Nihil ille iustum sapit, neque cupit,

Difficilisque est amicis, & toti ciuitati.

O qui pulchrè splendentem lampada uersas flammeam

Sol, omnibus mortalibus fidus optatum,

Vidistin' unquam alium in adeo magnum

Suæ causæ periculum, & ineuitabile iudicium incidisse?

Hic enim ecce uerbis accusat me

Mulier, agitque causam apud maritum.

Superant autem me iidem, qui & incusant.

Vos qui accipitis stipendia publica

Singuli, priuatim incumbitis suo quisque lucro,

Utilitas uero reipublicæ ceu apud uersatur,

Pecuniæ non raptæ, sed datæ diuinitus, multo sunt pot-

Dimidium ignorant stulti magis utile toto,

Maluaque quos usus, quos hastula regia præbet.

Turpia lucra fuge, nam sunt equalia damnis,

Manus manum fricat:

Vt paucis dicam, quantumuis sapientem animum ho-

minis, lucrum uel superat.

Diphil.

Eiusdem.

Menandri.

Euripidis  
Ixtone.

Theodectis.

Aristophan.

Hesiodi in  
operibus.  
Ibidem.

Ibidem.  
Epicharmi  
Bacchilidis.  
Epinionis.

Vincta est etiam sapientia lucro.

**Pindari.** Bonum est domum, sed rapina mala, mortisq; causa.  
**Hesiodi in operibus.**

Si quis enim sponte quantumvis mangum donauerit,  
Dato gaudet munere, animoq; suo delectatur.

At si quis ipsemet impudentia fretus acceperit,

Hoc etsi paruum, charam mentem contristat.

**Euripidis in Belleroph.** Ingenua quidem est malitia cunctis mortalium,

Is uerò qui accepta mercede maxima

Malus fuerit, uenta quidem indignus est:

Sed cum magnam mercedem audacia magnæ ferat,

Facilius sustinebit reprehensionem incusantium ipsum.

**Sophoclis.** Nullus est quem non uincant pecuniæ,  
**at. Euripidis in Danae.** Nisi forte quispiam, quem ego quisnam sit, haud uideo.

Subornans magnum huiusmodi ueteratorem,

**Sophoclis in Oedipo.** Dolosum, erronem, et qui in lucro

Solummodo cernit, arte uerò cæcus est.

**Menandri in Lacaia, aliàs Leucadia.** Quicumq; manum auro supponit, ille quamuis infir-

cietur,

Mala consilia molitur.

**Menandri in Colacea.** Nullus continuo iuste uiuens ditatus est.

Iustus enim paulatim sibi colligit parsimonia.

At ille insidiatus alicui dudum opes asseruati, occupat omnia continuo.

**Antiphonis at. Antiphanis.** Lucra male quaesita, uoluptates quidem paruum

**Euri. in Iono.** Breues: longam uerò deinde tristitiam.

Ite nunc ô mali homines, parate uobis honorem per uim,

Et contrahite diuitias undecumq; uenantes,

Per fas simul atq; nefas,

Deinde messem ipsarum infelicem metite.

**Menandri in Adelphis.** Difficile fuerit inuenisse pauperi cognatum.

Nullus

Nullus enim fatetur ad se pertinere

illum, auxilio qui egeat aliquo.

Nimirum statim aliquid à se postulandam metuens.

Auarum est omne genus barbarorum.

Improbi lucrum iustitia præferunt.

Si uiueres longum cerna tempus, aut cornicis,

Danda tibi uenia foret multas opes colligenti:

Si autem unus es ex mortalibus, quos prope sædit senectus,

Non debes insano immensarum opum amore capi.

Ne tu quidem intolerabilibus molestijs animi conficias,

Alij uerò bonis tuis impudenter utantur.

Diuitias quidem diuitis, sed animam pauperis habes,

O diues hereditibus, tibi uerò pauper.

Si alia dedisti ad usuram, alia iam das, alia daturus es,

Nunquam argenti dominus es tui.

O celeritatem uite rapinam.

Vir scenerator temporum usuras signans,

Subito mortuus est breui momento temporum,

Dum claudit adhuc digitis usuras.

Aes habens, audi quomodo nihil habeas. Omnia ad

usuram tradis.

Ita tu nihil habes, ut alius habeat.

Ad usuram accipiens, animum tuum oblecta: scenera-  
toribus autem

Relinque calculationem digitorum flexibus molestam.

Calculas ô miser tempus autem ut usuram, ita

Canam quoq; senectam parit accedens,

Et neque potu delectatus, neque floribus circa tempora  
coronatus,

Non ungenti, nec elegantis cantiumcule gnarus,

**Sophoclis in Tereo.**

**Euripidis in Hypsipyle.**

**Pallade.**

**Eiusdem.**

**Eiusdem.**

**Pollanti.**

**In Græco colludent.**

Moriere prædiues, & magnum testamentū relinquens,  
Ex multis obolis unum auferens.

Multas myriades calculat Artemidorus,  
Et nihil expendens, multorum uitam agit.

Incerti. Qui sæpius auri preciosissimum onus gestantes,  
Magnum super dorso solum comedunt scænum.

Incerti. Omnes te diuitē esse aiunt: ego uerò pauperē esse dico.  
Vsus enim diuitias, o Apolophanes, testatur.  
Si tu participes opibus, tuæ fiunt: si uerò reseruas  
Heredibus, statim ab eo tempore fiunt alienæ.

Lucilij. O Thrasyache, multas opes per insidias perdidisti,  
Et subito in nihilum redactus es.  
Cū fueris parcus, scænus et usurā exercueris, aquā biberis,  
Imo sæpe nihil comederis, ut aliquid amplius haberes.  
Verum si consideres quantū nunc bibas, & quantū olim,  
Nihil minus habes, quàm olim uidebaris habere,

Eiusdem. Murem domi uidit Aselepiades auarus:  
Et quid ais, inquit, charissime mus apud me?  
Mus autem suauiter ridens: nihil, inquit, amice timeas,  
Non comedere tecum, sed habitare desidero.

Macedonij Hypati. Vir quidam parcus thesaurum in somnio contrectans,  
Optabat mortem propter diues somnium,  
Ut uerò pristinam uidit post umbratile somnij lucrum  
Experrectus à somno paupertatem, denuò dormiuit.

Lucilij. Cū sumptus fecisset in somnis auarus Hermon,  
Præ nimio dolore seipsum strangulauit.

Nicæchi Heri suspensus se Dinarchus Phidon,  
O Glauce, propter sex chalcos non mortuus est.  
Tanti enim constabat funis: sed egre ferebat sumptum,  
Aliam forte querens uilioris precij mortem.

Insignis

Insignis hic auaritiæ modus est, quod q̄ mori proposuerat,  
O Glauce, propter sex chalcos non mortuus sit.

Aurum quidam inuenit, alter perdidit, ex quibus ille qui  
inuenit, Antipatru.

Abiecit: qui uerò non inuenit, dirū sibi astrinxit laqueum.

Lachrymatur Phidon auarus, non quia moritur,  
Sed quia minis quinq; arcam sepulchralem emit.

Hoc igitur ei gratificamini, & pro capacitate arcæ  
Vnum de multis filijs ad eum simul iniicite.

Hermocrates auarus moriens in testamento  
Seipsum rerum suarum scripsit heredem.

Decumbat autem, calculans quantum à morbo liberato  
sibi danandum esset

Medicis mercedis, & quid insumeret ægotans.  
Ut uerò inuenit uicini sibi restare denariū, si cōualesceret,  
Præstat mori, dixit, & dirigit.

Iacebat autem nihil habens præter obolum, at ipsius  
Eccentis libenter diripuerunt heredes.

Nō pulegij odore Critō auarus, sed numismate dichalco  
Seipsum reficit, cū stomachus angitur.

Natā sibi prole in mare proiecit Aulus homo parcus,  
Cū calculasset impensas, quas uiua insumptura fuisset.

Quasi mactasset hortum, coenam apposuit Apelles,  
Oues pro amicis pascendas sibi ratus.

Radix erat, intibum, scenogracū, lactucæ, porrū, bulbi,  
Ocimum, menta, ruta, asparagus.

Hinc ergo timens, ne scænum quoq; mihi apponeret,  
Cū lupinos comedissem semina ceratos, aufugi.

Heri coenatus hircinum pedem, & decem partes  
Cannabine brassicæ, unam uerò lutei asparagi

Nominata

Nominare illum qui inuitauit nō audeo: est enim iracūdius.  
Et non parum timendum est, ne denuo me uocet.

**Pallada.** Omnes semel in die cibum capiunt, ubi uerò apud Sala-  
minum conuiuium fuit:

Domum reuersi prandemus iterum.

**Incerti.** Argentea fame quidam inuitatum me ad conuiuium  
Cruciauit, famelicos apponens orbes.

Suffirans autem dixi, in fame argenteo coruscante,  
Vbi mihi saturitas est orbium fictilium?

Querebam unde pinaces, id est, orbes nomen istud ha-  
berent.

Et inuitatus à te etymologiam inueni.

Nam apposisti nobis magnos orbes magnæ pinæ, id  
est, esurici,

Famis instrumenta famelicos orbes.

**Platonis in Critone.** Attamen iniuriam facere, omnino malum turpeq; esse  
fatemur illi qui facit, an non? Fatemur certè. Quamobrem  
nullo modo iniuriandum est. Nullo quidem, neq; si iniuriã  
passus fueris, ulciscendum, ut uulgus putat. Siquidem nullo  
modo iniuriandum. Ita uidetur. Quid uerò, mala alicui fa-  
cere decet, ò Crito, an nō? Non certè, ò Socrates. Quid aut  
qui mala patitur, num mala uicissim referre illi debet qui  
intulit, ut uulgo uidetur? iustumne id esset, an iniustū? Iniu-  
stum. Nempe mala inferre hominibus nō discrepat ab iniu-  
ria. Vera loqueris. Neq; igitur ulcisci decet, neq; male face-  
re cuiquam hominū, quoadcuq; ab alijs ipse passus fueris.

**Eusebij.** Auaritia opes conquirendi sufficientem terminum ne-  
scit inuenire.

Auaritiam quotidie confluentes diuitie non sistunt, ut  
neque struem ardentem iniecta materia. Quin acceden-  
tes

tes semper opes, ad maiorum cupiditatem animum magis  
accendunt. Sola uerò mens si præsens fuerit, huic quoque  
uitio mederi potest.

Irrationabilem auaritiam citius consumunt abiectæ res **Eiusdem**  
parte, quam crescentes quotidie immensæ opes.

Præsentibus ritè uti, uiri est prouidi, prorsus autem id fa-  
cere non uelle, est rebus necessarijs indigere. **Eiusdem.**

Nullus earum rerum quæ possidentur, usus aut fructus  
accedere potest illi, qui pecuniæ seruus fuerit.

Plures homines diuitijs præter rationē addicti, malunt  
dum pro diuitibus habeantur stulti et rudes existimari, quam  
suo loco sumptus facientes commodi nominari.

Da aliquid, & aliquid accipito.

Ego quidem, ò rex, utpote homo, cum sepe iam uiderim  
res multas atque magnas à minoribus euerfas esse, non per-  
mitto te ætati tuæ in omnibus indulgere, gnarus quam ma-  
lum sit multa concupiscere.

Ille diues existimandus est, qui se satis possidere sibi per-  
suasit. Eum uerò qui partis semper adijcere properat, ac/  
quirendiq; saturitate nulla capitur, & si Mida fuerit opu/  
lentior, pauperem esse dico, & Iri, qualem ille necessariò  
habebat, animo præditum.

Diuitie malis acquisite facinoribus, opprobrium eo ha-  
bent insignius. **Democriti.**

Bion sophista auaritiam esse dicebat omnis improbita/  
tis metropolim. **Bionis.**

Simonides rogante quodam ut sibi conscriberet enco/  
mium, & gratiam se relaturum inquite, argentum autem  
non dante: Duas, respondit, arcas habeo, unam gratiarum,  
alteram argenti. Et cum necessitas exigit, gratiarū quidem  
arcam



arcam aperiens, inanem ipsam reperio: alterã uerò solum mihi commodam.

Antiphontis

Homines auari labore, parcitate, ærumnisq; et actione præsentium gaudent, quo scilicet auari possunt gaudire. Auerentes uerò aliquid de rebus suis, & in usum conuertentes, tam dolent, quam si de corpore suo ipsis adimeretur.

Herodoti.

Malum est, animum ita instituire, ut plus conquirere, et possidere uelit præsentibus.

Antiſthenis.

Auarus nemo bonus, neq; rex, neq; liber esse potest.

Democrat. al.

Diuitem, qui sapientiæ sibi opinionem induit, admonet, quid frustra laborat?

Eiusdem.

Pecuniarum cupiditas nisi terminetur aliqua satietate, longè deterior est extrema paupertate. Maiores enim cupiditates, indigentias quoq; maiores faciunt.

Eiusdem.

Improba lucra damnum uirtutis inferunt.

Diogenis.

Diogenes auaros hydropicis cõparabat. Illos enim argento plenos, hos autem refertos aqua, amplius desiderare, idq; utrosq; in sui perniciem. Affectiones enim ipsis eo magis intenduntur, quo largius desiderata consequuntur.

Socratici.

Socrates interrogatus, auari quinã essent, qui turpia lucra ueniantur, dixit, & necessarios amicorum negligunt.

Pittaci.

Questum ubiq; lucrum, explebile.

Periandri.

Questus turpis, grauis est thesaurus.

Ex Aristony

Tradit Aristoteles octo latrones socios de spolijs inter se certasse, & quatuor eorum interfectos esse. Deinde ceteri quatuor rursus inter se contenderunt, & reliqui facti sunt duo, tandem unus solum superstes mansit. Quod si dextera quoq; sinistris pugnabunt, quidnam residui futurum est?

mi Tomar. al.

Cum Pyrrhus sibi somniaret Siciliam, deinde Carthaginem, & amplam terram, Gygon Ceneas ad ipsum dixit:

Aristonis.

Quid

Quid uerò deinde fiet? respondit Pyrrhus: uiuemus postea. Tum Gygon: Quid igitur nos prohibet, inquit, quin statim ab hoc tempore in præsentia uiuamus, antequam multas urbes perdidimus?

Hominis auari uita silicernio, hoc est funebri conuiuio similis est. Cum enim habeat omnia cetera, exultationem non habet.

Semiramis constructo sibi monumento, inscripsit: Qui Semiramis. cunq; rex pecunias indiguerit, aperto sepulchro quantum opus est, capiat. Darius autè cum aperuisset, pecunias quidem non inuenit, sed in huiusmodi scripta incidit: Nisi uir malus esses, & pecuniarum inexplebili desiderio flagrares, haud sanè mortuorum loculos commouisses.

Timon ille cognomine Misanthropos, id est, hominum Timonis. exosor, elementa malorum esse dixit, insatiabilitatem & ambitionem.

Sedimentum est, uini quidè sex, auari autem illiberalitas. Iocratio, al.

Neq; mortui colloquium, neq; auari beneficium querendum est. Socratici.

Illos qui nõ satis habent, ubi sumptus facere oportet, pauperes: qui uerò ultra quam satis habent, diuites appello. Xenoph. lib. 4. de factis & dictis Socrati.

Socrates ait, tyrannos quidè cum populo: qui uerò pauca habent, dummodo boni dispensatores sint, cum diuitibus collocabimus.

Spes mali lucri, initium est iacturæ.

Auari uita sua tanquam gladio utuntur, omnia facientes secundum animum. Democriti.

Plato ad quempiam accumulandæ pecuniæ semper in eumbentem: o improbe, dixit, ne possessioni augendæ studeas, sed minuendæ cupiditati. Diogenis.

Dioge/

- Diogenis.** Diogenes Cynicus cum uidisset quendam opulentam a-  
nus amare simulantem, dixit: Hac ratione non oculum, sed  
dentem amisit.
- Simonidis.** Simonides interrogatus, cur in extrema senectute auar-  
rus esset? Quoniam, respondit, malim defunctus opes ini-  
micis relinquere, quam uiuus amicis egere. His ille uerbis  
plurimorum amicitia inconstantiam damnauit.
- Diogenis.** Diogenes magna & multa simul accipientes, insignes  
mendicos appellabat.
- Apollonij ad Euphrat.** Animus qui non reputat secum quid corpori sufficere possit,  
non potest seipsum rebus suis contentum prestare.
- Democriti.** Nimia pecuniarum collectio pro liberis, ut multi loquun-  
tur: pretextus est auaritia, proprium ingenium arguens  
ac detegens.
- Eiusdem.** Quorum corpus indiget, ea facile omnibus obueniunt  
citra laborem ac arumnam: quibus uero comparandis la-  
bore, arumna opus est, ea non corpus, sed peruersitas opi-  
nionis desiderat.
- Eiusdem.** De concupiscentia autem haec dicebat: Affectioem hanc  
uariam esse, laboriosam, & multiformem maximè, cupidi-  
tatum autem alias accessorias & ascititias esse, alias uero  
connatas. At ipsam cupiditatem definebat esse impetum  
quendam anime & motum, & appetitionem repletionis,  
aut inantiōis: uel sensibilis alicuius, presentia absentiaue,  
uel ipsius sensus priuationis. Porro deprauata & male cu-  
piditatis tria genera precipua faciebat: In decorum, immode-  
ratum, intempestiuum. Aut enim per se statim indecentem esse  
cupiditatem, odiosam, & illiberalem. Aut non quidem simpli-  
citer culpandam, sed uehementiore, diuturnioremq; iusto  
esse. Aut quo tempore, & ad quae non conuenit.

Pauper/

Paupertas habenda est non possessionis decrementum,  
sed infatigabilitatis augmentum.

Platonis libro  
5. de legibus.

Cupiditas plurimum amittit presentia, sicut olim Aesopi/  
cus ille canis.

Democriti.

Umbri cum controuersias inter se habent, pugnant ar-  
mati, sicut in bello: & qui suos aduersarios interemerint, iu-  
stiorem causam habuisse uidentur.

Ex libro de  
morib. gen.

Brennus Gallorum rex uastans Asiam in Ephesum per-  
uenit: ubi castrametatus praefinitum pugnae diem expecta-  
bat. Interea plebeia quaedam uirgo, nomine Demonice, a/  
more barbari capta, proditura se ipsi Ephesum promi-  
sit, si torques & monilia pro mercede darentur. Ad hanc  
Brennus, in certo loco susceptam subditos duxit, & quic-  
quid haberent auri, in gratium auarum coniecerent, impe-  
trauit. Qui cum imperium exequeretur, Demonice praesentia  
in se coniecti multitudinem uiuens est obruta.

Clitoph. lib. 5  
cauicatum.

Summa est iniustitia, iustum sibi uideri illum qui non est.

Plat. lib. 2. de  
repub.

An hoc ignoras, quod auarum & ambitiosum esse, de-  
decus & nominatur, & est re ipsa?

Eiusdem lib. 2  
de repub.

Quoniam igitur conuenimus, iustitiam uirtutem ac sa-  
pientiam esse, iniustitiam uero malitiam & inscitiam. Sic  
esto, inquit, & ita nobis statuatur.

Ibidem.

Furtum quidem pecuniarum, res illiberalis est: rapina  
uero, impudens.

Si quis publicum aliquid furetur, siue magnum, siue par-  
uum, eadem poena constituatur. Nam & qui exiguum ali-  
quid furatur, eodem quidem studio, potentia uero minori  
furatus est.

Quandoquidem auctor iniurie ignorat seipsum ledi pro  
alijs quibus nocere studet, intelligat quod duplex est iniusti-

Hieracis in  
opere de iust.

I tis

tia, à qua primum ipsemet læditur, dein de illa pars quæ in iuria afficitur. Quod si non tot passionibus, & si fieri posset, nullis malis obrueretur anima, haud tantum in iudicando hallucinaretur. Quare optandum est, ne propter stupiditatem eos qui iniuriam patiuntur magis, quam ipsos auctores lædi existimet. Vna sanè pars est nostri, quæ semper ab omnibus sic affectis iniuriã accipit, nempe ipsa anima. Id autem quod iniuriã facit, insidiasq; molitur, est malitia, quæ ab authore incipiens, in illum qui afficitur redundat. Sed ipsum authorem iniuriæ illatæ aut inferre cogitantem, plurimum lædit: minus eum, qui iniuriam accipit, &c.

Ibidem.

Quemadmodum ignis non potest præterita sine damno materia, in qua primum conceptus est, priusquam prorsus ipsam consumat, ad aliorum noxam conuerſi. Neq; muræna prius aquaticos angues in alienam perniciem parere potest, quam proprium eius uentrem, in quo concepti fuerant, erofierint: ut Nicander Colophonius, & Archelaus physicus testantur: Ita qui uis iniustus malitiam suam prius experitur, antequam in alios emittat, &c.

Iniustitiæ sunt species tres: impietas, auaritia, immanior improbitas. Impietas quidem est aduersus deos, & demones, & circa defunctos, & circa parentes, & circa patriã. Auaritia autem circa cõmercia præter dignitatem eligens, præcipuum immanior autè improbitas est, per quam uoluptates sibi comparant, ludibrio alios habentes, unde Euenus de ea dicit: Quæ lucri captans nil, tamen ipsa nocet. Est autem iniustitia, patria uiolata & instituta & iura, nec parere legibus, nec magistratibus, mentiri, peierare, transgredi conuentiones, & fidem fallere. Comitum autem iniustitiæ se addit calumnia.

Qui

Qui lucrum turpiter acquisitum ad honestos in ciuitate usus expendunt, simile quid faciunt illis, qui sacrilegia ad pietatem & religionem conuertunt.

Socratis.

## DE ILLIBERALITATE.

Illiberalitas, siue auaritia, uitium est animi, quo turpe lucrum sectantur.

Aristotelis de uirtutibus.

Auaritiæ autem species sunt tres: turpis quæstus, tenacitas, illiberalitas. Turpis quæstus quidem, per quem ditescere querunt undecunq; & lucrum quam pudore pluris faciunt. Tenacitas autem, per quam sumptui parcunt, & impense in re honesta. Illiberalitas autè est, per quam expendant quidem, minutatim autem & male & plus iacturæ facientes, nullo scilicet habito temporis delectu. Est autè auaritiæ, plurimi facere pecunias, nec id probrii putare quod quæstuosum sit: item uita mercenaria, & seruilis, & sordida, à munificentia & liberalitate aliena. Consequuntur autem liberalitatem sordes, egritonia, pusillanimitas, humilitas, immodestia, ignobilitas, hominum odium.

Ibidem.

## DE VERITATE, Sermo XI.



Vt sit autem ueritas  
Tibi ac mihi, res omnium iustissima.  
Veritas cœli ciuis est, & sola fruitur conuictu deorum.

Menandri in Nannis.

Olympiadis

Veritas principia magna uirtutis promouet. Ne pacis meum aspero mendacio labefactes.

Pindari.

Ingenui uiri est uera dicere.

Ex Gnomis monostichis.

Lingua aberrans uerum loquitur.

Vbiq; seruato fidem.

Phocilidis. Hom. liad. 1.

Verbum meum non reuocari, neq; fallere potest.

Necq; suum effectum non adipisci, quodcumq; nutu capitis confirmauero.

Bacchilidis.

Lapis Lydius aurum indicat. Hominum uerò uirtus & omnipotens sapientia ueritas est.

Aeschylus in iudicio armorum.

Sunt ueritatis uerba simplicissima.

Sophocles in Electra.

Faciam iustum non ultero citroq; rationibus

Menandri in Rhapsodom.

Mutuis contendere solet. Sed factum accelerat.

Eiusdem in Hypobolim.

Venit ueritas in lucem, interdum non quaesita.

Eiusdem in Hypobolim.

Semper est optimum uera loqui

Quouis tempore: hanc ego moneo

Ad tutò uiuendum praecipuam esse partem.

Euripidis in Phoenissis.

Simplex est oratio ueritatis,

Nec uarijs eget interpretationibus bisariam,

Est enim opportuna per se. Contra sermo iniustus,

Cum aeger in seipso sit, pharmacis indiget astutis.

Sophocles in Oedipo.

Vtere iustis: exiguus uincit magnum.

Ex Serini memorabilibus diuersis Aeschiniis contra Timam.

Plato suauissima narrationum ueritate esse dicebat. Polemon uerò, multo suauius esse uera dicere, quam audire.

Adeò ualida res est ueritas, ut omnes humanas cogitationes superet.

Platonis lib. 5 legum.

Veritas sane tum dijs tum hominibus ad omnia bona dux est. Hac quilibet, qui felix & beatus futurus est, ab initio statim particeps sit oportet, ut quam plurimum temporis uerax in uita degat. Sic enim fide dignus erit: indignus autem qui mendacium sponte eligit: demens qui inuitus: ex quibus neutrum optandum est. Amicis enim destituitur, quisquis si de indignus, ac imperitus fuerit.

Eiusdem.

Veritate autem duce, proculdubio nunquam malorum dicemus chororum consequi.

Apothonij.

Mendacium illiberale est, ueritas generosa.

Mens

Mens ueritatem amplectitur, & semper cum ipsa uersatur. Sed quamuis in rebus suis alienissima sit à mendacio, interdum tamen commiscens bono mendacium ad hominum hoc indigentium utilitatem profert, qui quidem suae ipsorum commoditatis causa decipiendi sunt ab eo. Tunc enim solum, nec unquam alias, quo nouit opportunum esse tempore mens, abhorrens interim ab omnibus alijs mendacijs, tale quoddam mendacium introducit, in diuersam & utilissimam speciem immutatum, arte sapientiaq; mentis rem malam commode usurpantis.

In ciuitate mentiri nulla lex usquam concedere cuiquam debet, nisi ueritatis studioso & prudenti uiro, qui quo tempore, quoq; modo natura mendacij non soleat obesse, intelligat: & necessariae commoditatis causa mendacium secutura id faciat.

De ueritate non fieri potest ut audacter loquatur homo, qui animal imperfectum est, membris imperfectis constans, & ex multis diuersisq; corporibus constitutum corpus gerens. Sed quatenus possum & fas est ueritatem dico in solis aeternis corporibus esse, quorum & ipsamet corpora uera sunt, &c.

Veritas absolutissima uirtus est, ipsamq; summam bonum, quod nec à materia turbatur, neque corpore circumdatur, nudum, conspicuum, augustum, mutationis & alterationis expertum bonum.

Omnium rerum in mundo opificium & soli conceditum est, ut qui imperet omnibus, ac faciat omnia. Hunc ego colo, & ueritatem eius adoro: ipsamq; opificem agnosco, post primum illum & unum. Quam tu igitur primam esse ueritatem ais, o pater? Vnum & solum illum, qui non est ex materia, qui corpore non continetur, sine colore, sine figura.

ra, mutationi & alterationi nulli obnoxii, semper existenter. Mendacium uero, sili, perit.

Ex Homeri  
Iliados 1.

Quod ueritas res pulcherrima sit, ac inter deos quoque maximi fiat, Homerus hisce uersibus indicat:

Hoc enim à me inter immortales est maximum testimonium. Quoniam irreuocabile est, ac minime mendax,

Neque ad finem non perueniens, ad quodcumque annuero capite.

Siquidem inter homines quidem tres extant cause, propter quas pollicita uiolant & mentiuntur. Aut enim statim à principio quispiam aliquid per fraudem dicit: aut eius quod dixit, postea ipsum poenitet: aut ad perficiendum inuvalidus est factus. Ex his primum prauæ uoluntatis est, alterum imbecilli iudicij, tertium infirmæ facultatis. Hæc omnia Deus declinat, bonitatis studio fraudem, constantia reuocationem eius cuius ipsum poenitere posset, postremo attingendi efficacia finis impedimentum.

Pythagoræ.

Pythagoras interrogatus, quid Deo simile facerent homines: Cum ueritatem, respondit, exerceret. Caterum Magi maximū deorum, quem Oromagden ipsi uocant, corpore quidem asserunt esse luci similem, anima uero ueritati.

## DE MENDACIO,

### Sermo XII.

Euripidis.



Nefelix est, qui mendacia, & si bona ei uideantur,

Potius usurpat, quam quæ mala esse iudicat, uera.

Nullum mendacium procedit ad senectutem æui.

Sophoclis. Malum est facta celare, nec uirum deceri ingenuum.

Haud

Haud quidem honestum est mendacia loqui:  
Cui tamen diram perniciem ueritas affert,  
Huic uenia danda, licet inhonesta loquenti.

Satius est eligere mendacium, quam uerum malum.  
Non reprehendendus est, qui mendaciū pro uita sua dixerit.

Mendaciū autem non dicit, est enim ualde prudens.  
Probabilis oratio uim, quam ueritas habet,

Aliquando maiorem, & persuadendo uulgo aptiorem.  
Profecto res est intolerabilis, mendacia loqui.

Equidem aio legem quoque non colendam esse  
In periculis, plusquam necessitatem.

Mendacium positum in tempore, lucrum seu fructum  
affert.

Ego existimo mendacium salutis gratia  
Prolatum, nihil afferre mali.

Vera sunt dicenda, ubi id præstat.  
Thales Milesius rogatus, quantum à uero distaret mendacium: Quantum oculi, dixit, ab auribus.

Bonos falsa dicere non conuenit.  
Ille mihi tam exosus est, quam inferni portæ,  
Qui aliud animo occultat, aliud ore profert.

Mendacia ne dixeris, sed omnia uera loquaris.  
Noli aliam occultare in corde sententiam: & aliam  
proferre.

Mendacium odit quiuis prudens & sapiens.  
Mendacium odit omnis sapiens & frugi homo.

Mendacij calumnia uitam hominum lædit.  
Mentiens nullus multum temporis latet.

Fraudes ne consarcias.  
Mendax testimonium fuge, & iusta dic.

Sophoclis in  
Creusa.

Menandri.  
Pisandri.

Homeri.  
Menandri.

Eurip. al.  
Euridem.

Eiusdem. al.  
Euripid. in  
Hippolyto.  
Diphili in  
Theauro.  
Democriti.

Chæremonis.  
Hom. Iliad. 9.

Phocylidis.  
Eiusdem.

Cleobuli.  
Menandri.

Menandri.  
Eiusdem.

Phocylidis.  
Eiusdem.

Principiū mendacij exiguū habet gratiæ: circa finem uerò  
 Lucrum turpe malumq; pariter  
 Nascitur. Est autem planè inhonestum, si cui mendacium  
 adhæreat

Viro, & ab ore primum egrediatur.

Demetrius interrogatus, quid mali mentientes sequeretur, dixit: Quod ne uera quidem dicentibus deinceps fides adhibeatur.

Theophrasti.

Ex calumnia & inuidia mendacium pauco tempore durans, paulatim extinguitur.

Biusdem, al.  
 Aeliani.

Vir quidam Chius iam senex in Lacedæmonem peruenit, qui quidem alioquin erat arrogans, sed senectutis suæ ipsum pudebat. Quare canos tinctura obliterare conabatur. Progressus autem in publicum de rebus orationem habuit, quarum gratia uenerat. Tum surgens Archidamus dixit, quid ille tandem rectum diceret, qui mendaciū non in anima solum, sed capite quoq; circumfert.

Sepe delinquentibus promptissimum est mentiri.

Nulla enim malitia alienior est à conuersatione hominum, quàm perfidia. Sed hæc est illa improbitas, aduersus quam solum nulla datur custodia. Nam quod unicuique habebamus confugiū, nēpe iusurandū, hoc ipso maxime abutitur uir perfidus, quod commisit malum facinus, inficiando. Est & aliud quoddam genus mendacij, quod ceteros quidem non admodū lædit, sed dedecus ipsius utentis est. Committitur enim nō dicendo faciendoue quicquam in alterū: sed de seipso & rebus suis. Et hoc duplex est: aut enim committitur leuiora & minora dicendo, quàm reuera sint, aut maiora & splendidiora. Hoc quod fit circa minus, dissimulatio dicitur: illud uerò quod circa maius, arrogantia.

Sicubi

Sicubi etiam mendacium dici opus est, dicitur.

Dic age mihi, utrum tu putas iustum esse, mentirine, aut uerum dicere? Verum dicere. Igitur mentiri fuerit iniustus? Næ. Sed an decipere iustum reris, aut non decipere? Nimirum non decipere. Ergo decipere iniustum est? Sic est. Lædere uerò iustum ne est, an iuuare? Iuuare. Iniustum ergo lædere? Planè. Igitur uerum dicere, non decipere iuuare, iusta sunt: contra mentiri, lædere, & decipere, iniusta.

Herodoti libro 3. histo.  
 Platonis de iusto.

Theophrasti de dissimulatione.

Dissimulatio, ut ita dixerim, est, quæ res ac uerba uideatur deteriore in partem dissimulare. Dissimulator autem talis quidam est, qui inimicos adeat, dicatq; illos se minime odisse: coramq; laudibus eos efferat, quibus insidietur, & ijs propter infortuniū mœstis, mœstum se ipse quoq; ostendat, & maledictis se læcessentibus ignoscat, quæq; aduersum se dicantur, haud grauius ferat, &c.

Vanitas est mendacium sermonum, & actionū compositionis, quæ pro ipsius cõponentis arbitrio & uoluntate conficitur. At uanus is esse dicitur, qui amico obuiam procedens uultu demisso, atque subridens rogat: Vnde tibi est iter amice? affers ne aliquid aut habes hæc de re quippiam dicere noui? addit adhæc: Nunquid nouum magis dicitur? an quæ feruntur bona sunt? Ac statim priusquam respondeas, subdit: Quid dicis? num nihil audiui? ego te pascam sermonibus nouis, &c.

De uanitate ex charactibus Theophrasti.

Lyfæ.  
 Themulij ex lib. de medicritate affectu, aut amore liberorum.

DE FIDUCIA ET LIBERTATE  
dicendi, Sermo XIII.

Euripidis.



Trum maui, tibi blanda mendacia loquar,  
Aut duram ueritatem, dic. Tua enim est optio.

Qui hæc tanta impudentia cuomisti  
Dicta, an te impune effugiturum putas?

Effugio: ueritatis enim robur mecum habeo.

Sophoclis.

Non talem linguam hominis calamitosi probos:

Dura siquidem uerba, iustissima licet, mordent.

Eiusdem.

Lingua tua animi concitati indicium habet.

Licitum est animosum esse, modo iure fiat.

Euripidis.

Bono sis animo, uera dicendo nunquam erraueris.

Sophoclis.

Nam iusta lingua maximam uim possidet.

Euripidis.

Mihi uel mendicus contingat, aut etiam fortè aliquis  
Mendico inferior, qui modo beneuolus mihi  
Seposito metu ex corde loquatur liberè.

Eiusdem.

Quam elegans est uera & stabilis dicendi fiducia.

Sophoclis.

Verrecundia nihil ad calamitates proficit.

Alterius enim silentium, pro altero loquente stat.

Euripidis.

Agamemnon. Haud etiam securim si manibus tenens  
Aliquis, cervici esset incussurus meæ,  
Conticerem, iure si contradicere possem.

Diserto procliue est ad linguam confugere.

Eiusdem in

Hecuba.

Papè. Quam quæ ipsi in rebus insita bonitas est, semper  
Bene dicendi occasione mortalibus gignit.

Esto bono animo. Maximum quid iustitia ualet.

Mofchionis.

Haud unquam tamen quod rectum & iustum est  
Silens præteribo. Quippe nutritam  
Palladis inter ciues, in urbeq; Thesei  
Seruare candidam decet loquendi libertatem.

Quæ

Euripidis.

Quæ iusta sunt, tacere nunquam conuenit.

Philoxenus Dionysij carminibus spretis, lapidicinis hæc  
ob causam ab ipso adiudicatus est. Deinde reuocatus, ac  
iterum ad eius carminum recitationem admissus, non mul-  
tum immoratus, surrexit. Querenti autem Dionysio, quo-  
nam abiret: ad lapidicinas, respondit.

Nihil accidere potest infelicius, ingenuis quidem homi-  
nibus, quam si dicendi libertatem amittant.

Vt ignari nonnulli mel Ponticum gustare uolunt, gusta-  
tum ceu minime dulci amaroq; succedentes, illicò respuit: Ex Dioge-  
nis diatribis.  
sic aliqui curiosi Diogenis periculum facere uolebāt, à quo  
redargui, statim tergo dato fugiebant: Conuicijs quidè in  
alios iactis delectati, sibi solum metuentes retrocedebant.  
Nam si dicereijs & ridiculis pro more luderet, per quæ gau-  
debant: seridè autem agente illo, libertatè hominis sustine-  
re nequibant.

Diogenes aliquando in Antisthenem incidens, repre-  
hendit ipsum, ut in dicendo remissiorè se multo, & qui uix,  
etiam altum clamans exaudiretur: se ipsum uerò tubam con-  
uiciorum appellabat. Cui, uerbis se ulciscens Antisthenes,  
pro tuba se similem esse respondit uespis, quæ sonū quidem  
alis haud magnum edant, centrum tamen habeant acerrimū:  
plurimum uerò libera Diogenis linguæ promptitudi-  
dine delectabatur.

Optima quæq; non iucundissima, consulito.

Solenis.

Græca hic obscura sunt.

Idem facit qui absinthij amaritudinem, & quæ orationis Pythagoræ  
libertatem tollit.

Vt mel exulcerata mordicat, secundum naturam autem  
affectis suæ est: ita quoq; philosophicæ orationes.

Repre-

- Ex Aristony mi Tomar.**  
**Ex sententijs Dionis.**  
 Reprehensionem Diogenes alienū bonū esse dicebat.  
 Cum Atheniensis quidam Diogeni objiceret, cur non inter Lacedæmonios ageret, quos amplius laudaret: Medicos etiam, dixit, licet sanitati studerent, non inter sanos uersari.
- Democriti.** Melius est domestica uitia culpāre, quā aliena.
- Diogenis.** Diogenes aiebat: Canes quidem ceteri inimicos mori dent: ego uerò amicos, ut incolumes seruem.
- Serini.** Antipater cuidam rustico librum de felicitate exhibenti, non ocium sibi esse dixit. Cui ille: Ne regnato quidē igitur, si non frueris ocio.
- Ibidem.** Cum anus quædam præsidente Philippo causam diceret, ipsumque ad ea quæ proponenda erant somniculosum uideret, rogabat, ut sibi liceret prouocare. Et cum ille interrogaret, ad quæ nam: Ad Philippū, respondit, uigilantem.
- Democratis.** Democrates cum furem ab undecim uiris abduci uideret: Vah miser, dixit, cur tantula furatus es, & non potius magna, ut tutē etiam abduxisses alios.
- Hippocratis.** Hippocrati quidam persuadere conabatur, ad Xerxem proficisci, bonum dominū appellans. At ille: Ne bono quidem domino mihi opus est.
- Demosthenis.** Demosthenes ad furē iniquentē, nesciebam quod tuum esset: at tuum non esse sciebas, dixit.
- Pythagoræ.** Vitia tua ne uerbis celare coneris, sed emendare reprehensionibus.
- Eiusdem.** Non tam difficile est ipsum peccare, quā peccantem alium non redarguere.
- Eiusdem.** Ut corporis morbus, si abscondatur, laudetur uel non sanatur: ita animi uitium, cui uel patrocinaris, uel abscondis, non emendatur.

Plato/

Plato.  
 Platonem Dionysius tyrannus, ob eius cum Dione amicitiam contemptum, discumbere ultima sede iussit, pariter subsannans: Nimirum ubi hinc abierit Plato, multa aduersus nos in academia dicenda habebit. Tum ille, Absit, inquit tanta me dicendi penuria laborare, ut tui mentionem facere oporteat.

Diogenes interrogabat Platonem, num leges scriberet: Annuebat ille. Nōne temp. quoque scripsisti? Scripsi. Ea uerò respub. leges non habebat? Habebat. Quorsum igitur te denuò leges scribere atinebat?

**Ex Aliano.**  
 Timotheus Cononis filius Aristophontem Azeniesem, eloquentem quidem illum, sed luxuriosum hominē acerbius increpauit hisce uerbis: Cui satis esse nihil potest, ei ne turpe quidem uidetur esse quicquam.

**Ex Aristony mi. Ariston. nis similibus.**  
 Dicente quodam plus satis ab ipso illudi sibi. At etiam lienosis, inquit, acris & amara salubria, dulcia uerò nocua sunt.

**Democriti.**  
 Libertas in dicendo, ingenuitate propria est: sed occasio nis diuersitas, periculum habet.

**Demosthen.**  
 Ego uerò boni ciuis esse iudico, pluris rerum incolumitatem, quā uerborum suauitatem facere.

**Ex Serini scriptis.**  
 Mulier quædam Lacæna uenalis ad interrogantē, quid nam calleret, libera esse, respondit.

**Themistij ex libro de anima.**  
 Penes alios iudicium esto, an rectē de Platone Diogenes his uerbis usus sit: Quæ tandem utilitas nobis esse potest eius uiri, qui diu iam philosophatus, nemini molestus fuit. Sensit nimirum, etiam philosophicam orationem tali esse dulcedine temperatam debere quæ mordeat exulceratos.

**Eusebij.**  
 Oratio libera ex animo ingenio & ueritatis studio procedit. Uteris autem ipsa citra culpam, non existimando ipsam



ipsam esse reprehensionem & conuiciū in quemuis absq̄  
delectu, sed illos quorum refert, quibusq̄ de rebus, idq̄ suo  
tempore & loco, non sine astantium utilitate prudenter al  
loquendo.

Inimicus qui uera loquitur, cuius amicitia simulatori  
ad gratiam loquenti, præferendus est longe.

Socratis. Lingua libera, ut tempori, opportuna occasio, maio-  
rem gratiam conciliat.

Eiusdem. Neq̄ gladius retusus, neq̄ eloquendi libertas infructuo-  
sa sit.


Eiusdem. Ut minimè solem è mundo, ita neq̄ dicendi fiduciam à  
recta institutione tollere conuenit.

Eiusdem. Sicut pallium sordidum non obstat corpori, quo minus  
sanum & quadratum sit: ita paupertas nihil orationis  
liberam fiduciam prohibet.

Mercurij. Cognitum uitium, ò maxime rex, desiderium rephren-  
so parit, rerum quas prius ignorabat.

## DE ADVLATIONE,

## Sermo XIII.

Posidippi.  Nte hac omnes pallium, ut conijcio, non me  
Salutabant: iam enim ne unus quidem mecum  
cum loquitur.

Critici. Quicumq̄ omnia in gratiam amicis  
Agens conuersatur, præsens gaudijs  
Odio commutat in posterum.

Euripidis. Amicos qui nihil tibi uerbis indulgeant  
Comparato. Qui uerò ut complacent, & delectent te,  
Verba faciunt, eos tanquam malos præ foribus excludito.

Zenonis. Argue te ipsum, quisquis es, nihil ad gratiam

Audito,

Audito, neq̄ assentatores libertate loquendi priua.

Boni cum laudantur, quodammodo

Odio laudantes habent, si præter modum id fecerint.

Etiã laus nimia, onus est.

Parasitorum genus ò uiri inuenit

Ioue prognatus, ut aiunt, Tantalus.

Cum autem arte non rectè uti sciret,

Intemperantem linguam habuit, deinde ingratam

Compulsus in sedem, quæ fame ipsum cruciaret,

A pristina mensa subito reiectus est.

Repente autem ictus in medium uentrem,

Omnia sursum & deorsum confundi putauit.

Siphylum quoq̄; fama est hoc modo pessum uuisse,

Idq̄; bono iure. Phryx enim cum esset, non poterat

Nutrientis ipsum dicendi libertatem rectè ferre.

Propter tale uitium igitur, quod modis omnibus

Omnes in uita emulantur, & cupiunt,

Acerbe uolo reprehendere (si modò per Iouem

Libere mihi loqui per uos liceat) homines qui sine simbolo

comeffantur,

Et qui sine labore aliena deglutire proponunt.

Quid nam bone uir obsecro te didicisti,

Quòd parasitum agere uelis? Aut quid rei in uita humana

Calles? Dicito, dignum est enim scitu.

Cuius fuisti discipulus? quam sectam

Profiteris? A quibus placitis incipiens

Audes parasitus esse? At egre nos qui uitam

Omnem contriuimus, ne nunc quidem adhuc

Apertas possumus intueri fores,

Propter eos qui supra sunt, qui deuorant aliena.

Euripidis in  
Iphigenia.

Eiusdem in  
Oreste.  
Nicolai.

Non

Non cuilibet ad mensam nauigare licet.  
 Oportet enim ut illi primum habeant  
 Faciem impudentem, colorem stabilem, maxillam  
 Indefessam, quæ continuo possit alapas sustinere.  
 Hæc quidem elementa sunt totius artis.  
 Deinde si illudatur, de seipso rideat opus est.  
 Turpe autem puto seruire dictarijs.  
 Minorem natu fingit esse, aut offenditur,  
 Dum studet elegans haberi, & præter atatem egrotat.  
 Ille Ganymedes esto inter deos relatus.  
 Ad complacendum conuersatur in alentis perniciem.  
 Si quis turbetur, statim omnes exanimat  
 In conuiuio. Alterum tacitè subsannans  
 In mensa, & tu, inquit, bilem dimitte.  
 Opinor autem me idoneum ad hæc negocia,  
 O pueri, natum esse. Adsunt enim mihi omnia,  
 Quæcumq; habere oportet, aliena comessantem:  
 Nempe fames, uercordia, audacia, uenter, ocium.  
 Et nunc me rex Lydorum abundantium auro  
 Amicum esse conuiuam sibi decreuit.

Democriti Rectè facta collaudare, honestum est: mala uerò laudi  
 bus uehere, adulterini animi ac impostoris est.

Ex Aristoteli Tomari. Ligna dum augent ignem, ab ipso consumuntur. Opes  
 dum alunt aduatores, ab eis ipsis pereunt.

Sotioni in Delphini quousq; unda subest, comitantur natantes, in  
 lib. de ira. littus uerò nunquam egrediuntur. Sic aduatores in seve/  
 no rerum statu manent. Sicut qui amicos ad peregrinatio/  
 nem euntes dum uia plana est deducunt, cum asperior in-  
 cipit, recedunt.

Phauocini. Non fidem meretur ea laus, qua quis alium sui com/  
 modi

modi gratia, prosequitur.

Quemadmodum Actæon ab alumnis suis canibus in- <sup>Hiisdem</sup>  
 terijt, sic parasiti eos à quibus aluntur, pessundant.

In assentatione, ueluti sepulchro quopiam, solum ami <sup>Diogenis,</sup>  
 citiæ nomen inscriptum est.

Aduatores ut impostores odio habeto. Creditores <sup>Ifoeratis ad</sup>  
 enim utriq; in re quauis sibi credita fallunt. <sup>Demonicus</sup>

Crates parasitos <sup>συμπαρονομοφάγος</sup> appellabat, quasi Cratesis.  
 quis Latine conuempulones dixerit, quod omnium facile  
 dictis inter epulas amuant.

Antisthenes satius esse ait, in coruos, quàm parasitos <sup>Antisthenis</sup>  
 incidere. Hi enim uiuentis animum corrumpunt, illi so/  
 lum mortui corpus.

Gaudendum potius redarguentibus, quàm assentan/<sup>Pythagoras</sup>  
 tibus, quos etiam hostibus deteriores existimare & re/  
 fugere oportet.

Antisthenes aiebat, ut meretrices bona omnia præ/<sup>Antisthenis</sup>  
 ter mentem & prudentiam suis amatoribus imprecan/  
 tur: eodem modo aduatores, ijs quibus cum agunt.

Crates ad opulentum adolescentem, quem parasito- Cratesis.  
 rum comitabatur turba: Adolescens, dixit, miseret me  
 tuæ solitudinis.

Aduatores beneuolentia tanquam tergo hostibus Socrates.  
 dato, fugit infortunia.

Lepores quidem canibus uenatores capiunt: multi <sup>Hiisdem</sup>  
 autem stolidos laudibus irretiunt.

Lupi cum sint canibus similes, assentatores amicis, <sup>Hiisdem</sup>  
 diuersa tamen studia sequuntur.

Similis est aduatio panopliæ picæ, ideoq; delecta. <sup>Hiisdem</sup>  
 tionem quidem, sed usum nullum præstat.

¶ Vide

Platonis in  
epistola ad  
Dionysium.

Videbam id temporis, & adhuc uideo, magnas & immensas opes, tum priuatorum hominum, tum monarum charum, ferè quo fuerint abundantiores, eo plures maioresq; calumniatores alere, & uoluptatum turpi damno confusam machinantes, quo nihil deterius diuitiæ, aliæq; potentie generant.

Si quis huic rei fuerit studiose deditus, nihil miri si cuius laudes recēset, ei benedicēdi doctus esse uideatur.

Assentationem rectè quis turpe colloquium, & obsequium quoddam assentatorum, utilitatis gratia institutum esse arbitretur. Assentator uerò est, qui dum tecum unà proficiscitur: Animaduertis, dicat, ut in te ora hominum atq; oculi coniecti sunt: quod præter te nemini ex ciuibus euenit. Item, heri in porticum maximè collaudatus es: quum enim plus quàm triginta homines eos sedentes conuenissent, ac sermo incidisset quis nā cæteris maximè uirtute præstaret, primi & ultimi ore te prætulerunt: multaq; alia his similia dicere consuevit, &c.

#### DE OBSEQVIO.

Ex Theophrasti notis.

Obsequium est (ut definitione id complectar) affabilis quidam congressus, non uirtutis atq; probitatis, sed uoluptatis gratia comparatus. At qui obsequitur, is est potissimum appellandus, qui etiam eminus salutat, uirumq; optimum appellat, tum ubi accesserit, laudibus afficit, & prolixè admiratus eum utraq; manu comprehensum, minime à se dimittit. Quumq; illum paululum deduxerit, rogat, quodnam intra tempus eum sit reuissurus: tum demum à se laudatum dimittit. Quum arbiter uocatus est, non solum ei cuius causam tutari debet, sed & aduersario gratificari studet, ut communis utriusque

amicus

amicus esse uideatur. Tum peregrinorum causam iustiore[m] aut esse, quàm ciuium. Inuitatus ad cœnam ab hospite, filios uocari iubet, ingressosq; similiores patri aut esse, quàm fico ficum. Inde manu trahens osculatur, & iuxta se sedere facit: & alijs colludens, ea loquitur quibus pueri oblectentur, ut rem, securim, alios patitur supra uentrem sibi somno obdormiscere, & grè pòdus interrim ferens, &c.

#### DE PRODICALITATE,

##### Sermo XV.



I qui suas opes temerè dilapidant, laudibus uehantur, id multis obesse potest.

Nam qui suam malè gubernat rem familiarem.

Dic quæso quomodo seruabit is alienam?

Theron Menippi filius patrimonium omne adhuc iuuenis

Turpiter lasciuus sumptibus dissipauerat.

Postquàm uerò Euclemon, paternus amicus, ipsum uidit iam excruciarè aridè pauperie, illachrymans ad se recepit, & maritum.

Sue filie coniunxit, magnam dotem largitus.

Vt primum autem Theron præter spem ditatus est,

Statim pristinos sumptus repetebat.

Nihil non deliciarum indulgens uentri indcenter,

Ac nefariæ sub uentre libidinè.

Ita Theronem obrui: secundo

Noxiæ paupertatis reciproca unda.

Cæterum Euclemon denuò defleuit, non quidem illum,

sed

Menandri.

Euphronis  
in Didymis.

Luciani.

Sed filie sue dotem, & nuptias.

Cognouit autem, quod quisquis male usus est  
Rebus proprijs, non possit esse fidus in alienis.

**Euphonia.** Haud facile cumulus aceruatur, etiã longo tēpore,

at. Diphili. Vno uero die facile dissipabitur.

Diphili, aliàs  
Menan.

Multi sic affecti sunt, ut egrē queant

Parcere quicquam ulterius, quàm pro uita presenti.

**Menandri.** Si nauigatio fortē quadridui instituatur,

Prospicimus quæ necessaria sunt indies:

Atsi quid parcendum in senectam sit,

Cur non uaticum parsimonia reponemus?

**Theognid.** Sicut ego, mediam uiam ingredi pedibus,

Neq; alijs Cyrne largitor aliena.

**Pythagoræ:** Ne sumptus temerē & importunē feceris,

Sed neq; illiberalis esto. Modus in omni re optimus.

**Socratis.** Socrates cum faciliē quendam omnibus gratificari,  
nulloq; delectu suppeditare animaduertisset: male pe-  
reas, imprecatus est, quoniam Gratijs uirgines ut scorta  
prostituisti.

**Diogenis.** Diogenes à quodam prodigo minã petijt, quo miran-  
te quod ab ipso minam, ab alijs tres obolos tantum roga-  
ret: iterum me ab alijs, respondit Diogenes accepturū  
spero, abs te autem nunquam posthac amplius.

**Cratetis.** Crates, diuitum & prodigiorū pecunias sicubus, quæ  
in præcipitijs nascuntur, comparabat, quibus homines  
non fruuntur, sed corui tantum & milui: ut prodigiorum  
opibus, scorta & parasiti.

**Demothenis**  
in oratione ad  
Leptinen.

Plurimi quidem hominum diuitias bene consulendo,  
& nihil contemendo acquirunt, non tamen iisdem ar-  
tibus ipsas conseruare possunt.

Zenon

Zenon ad prodigalitatē suam excusantes, quod ex **Xenophont.**  
multis superfluis sumptus facerent: dicebat: Igitur & **lib. 8. instituta-**  
coquis uentam dabitis, si falsa obsonia se fecisse dixe- **tionis Cyl-**  
rint, quod copia salis adfuerit.  
Non tã graue est, bona nō accipere, q̄ acceptis priuari.

## DE PARCITATE,

### Sermo XVI.

Plura uide supra, sermone 10. ubi de Iniu-  
stitia & Auaritia.

**S**I presentibus non utimur,  
Absentia querimus, his quidem nostra culpa,  
illis uerò per fortunam priuabimur.

Odi fortunam iunctam infortunato corpori. **Philemonis**

Si quis enim per diuitias suauiter agere potest,

Miserè tamen uiuit: quid aliud quàm fortunam

Accuses, quod se homini infortunato sociauerit.

Ego non opes quantæ sint aspexerim: sed num qui ipsas

Possidet, superior, ut dominus, sit possessis. **Eiusdem.**

Si quis fortunatus & opulentus

Nihil egrēgium domi instituat.

Hunc ego nequaquam beatum nominauerim.

Sed potius felicem diuitiarum custodem.

Inhumana est imperitia, in statu ne miserabili quidem

lachrymas

Fundere. Hæc uero ualitia, cū opes affatim suppetant,

Neminem mortalium beneficijs demereri, parcitate ui-

atum improba.

Quisquis domi rem gaudet abundare,

Et uentrem interea defraudans corpus miser macerat, **Eiusdem in**  
**Danae.**

K 2 Is mihi

Is mihi sacrilego melior non esse uidetur,  
Neq; parricida, aut sanguine iunctis inimico.

Menandri. Nunquam prædiuitem felicem existimaui

Hominem, bonis non uteretur qui suis.

Biusdem. Ne lucrum undecunq; captes. Sed pudor adfit,  
Quo minus per nefas cõquiras opes. Semper sibi timet  
Ter miser ille, qui præ parcitate

Odiū sibi peperit, partis opibus duplo maius.

Theocriti. Decoque lenticulam, satius tibi pastor auare,  
Quam la sisse manus, rescas dum falce cuminum.

Menandri. Inhumana res est duritas uitæ,

Pseudoher. Propemodum caput malorum nominasti,

Apostodori in Apocarterunte. Auaritia etenim insunt omnia.

Antiphont. O infelices illos, quibus lucri ergo

Antiphont. Turpia uidentur honestis præferenda.

Quippe prudentia accipiendo obnubilatur.

Menandri in Diuitias, rem instabilem commemoratas,

Dycolo. Eas si tibi mansuras censes

Perpetuò, custodi, neq; cuiquam

Hominum communices, solus ipsarum tibi dominus.

Si uerò ne te ipsum quidem, licet omnia fortuna bona  
habeas,

Quid est, o pater, quòd istorum inuideas alicui?

Fortuna enim alij fortassis alicui indigno,

Omnia quæ tute nunc habes, te spoliato, donabit.

Quapropter sentio oportere te, quàm diu

Dominus es, ipsis liberaliter uti pater

Omnibus opem ferre, dites efficere

Per te quàm plurimos ut possis amicos.

Hæc enim uirtus immortalis est: atq; si fortè exutus om-  
nibus

nibus fortunis fueris,

Iterum ab illis, quos antea beasti, capies.

Longè præstantior est aperta uiri amicitia,

Quàm operæ auri diuitiæ, quales tu desodisti.

Vir cui magna sunt opes recõdita, quibus pro suo ar-  
bitrio ad res necessarias uti non audeat, similis est era-  
rio quaestori publicum thesaurum suum esse persuaso.  
Quantum etenim ad opinionem, ex æquo uterq; diues  
est. Vsum uerò diuitiarum, qui proprius est possidenti,  
non hic magis quàm ille habet.

Si dominus amplissimæ fortunæ tristem uitam tran-  
figat, nã ille mihi omnium qui sunt, quiq; futuri sunt ho-  
minum, est miserimus.

Qui parci præter modum sunt, instar apicularū ope  
rantur tanquam perpetuò uicturi.

Stolidi, parcorum filij ubi quid à patria consuetudi-  
ne exquisita illa & tenaci deciderim, perire solent: non  
secus quàm qui inter gladios saltant, si uel semel aberras-  
uerint in unico gladio, ubi pedibus niti debebant, inte-  
reunt. Est uerò difficillimum, ne in uno quidem aberra-  
re, cum sola pedum angusta uestigia relinquuntur.

Parfimonia & esurics, bona: suo autem tẽpore, sum-  
ptus etiam. Porro uir bonus discernet.

Non desunt, qui præsentem uitam non uiuunt, sed  
magno studio se parant, ceu uitam quandam aliam uictu-  
ri: Interea tempus ipsos deserit.

Aliqui in uita præparant quæ ad uitam pertinent,  
uicturi post id quod uiuere dicimus: non aduertetes, le-  
thale nobis omnibus ipsum generationis infusum esse  
pharmacum.

Democriti. Vita sine festiuitatibus, longa est uia sine diuersi  
sorijs.

Plutarchi. Verū tamen auaritia & tenacitas cogit aliquos, re-  
pressis domi cupiditatibus, apud alios ingurgitari sum-  
ptuosis alimonijs, ijsq; frui, ceu bello patris, strenue co-  
messando. Deinde male affecti discedunt, postridianam  
crudelitatem pro mercede ingurgitationis habentes.

Theocriti. Theocritus multos diuites non dominos rerum sua-  
rum, sed tutores esse dicebat.

Eusebij. Virum qui magnas opes reconditas habuerit, nec aliā  
ob causam, quā ut reponat, conquirentem, quo semper  
aliquid presentibus addat, & si locupletem, nihil tamen  
neq; sui, neq; alterius utilitatis gratia insumentē, hand/  
quaquam diuitem esse dixerim, sed custodem, & alienis  
pecunijs comparandis natum, qui se penumero sibi labo-  
res creat, & res nihil ad se pertinentes auget.

Xenophontis. Ego non illos qui plurima habent, & custodiunt plu-  
rima, felicissimos existimo. Nam hoc pacto, qui moenia  
tuentur, felicissimi foret, ut qui omnia in ciuitatibus cu-  
stodiunt. Sed eum qui tum plurima in re possederit, tum  
plurimis honeste fuerit usus, quod pecunias attrinet, feli-  
cissimum esse statuo.

Socratis. Hominis auari diuitiæ, quemadmodum sol post occa-  
sum, neminem uiuentium exhilarant.

Eiusdem. Auarorum uita similis est funerali conuiuio. Omnia  
enim cum habeat, hominem qui presentibus hilariter  
fruatur non habet.

Epicuri. Semel nati sumus, bis nasci non licet: sed necessarium  
est etate finire. Tu uero qui ne crastinū diem quidem in  
tua potestate habes, tempus differs. Omnium uero uita

curi.

cunctando perit: & hinc est, quod unusquisque nostrum  
inter negocia moritur.

Fama est, quod cum uidisset quidam alterum argenti Antiphontis.  
multum ferre, rogauerit eum, ut sibi mutuū daret cum  
scenore reddendum. Ille uero noluit, ut qui diffideret om-  
nibus, & neminem iuuaret. Itaq; quodam in loco argen-  
tum recondit. Et cum animaduertisset quidā, quid egis-  
set, suffuratus est. Reuersus igitur ille postea, qui pecu-  
niam absconderat, nihil inuenit, unde magno dolore mo-  
tus est ob calamitatem, tum aliās, tum quia roganti non  
mutuū dederat pecuniam, quæ quidem & salua ei man-  
sisset, & insuper attulisset fœnus. Cumq; incidisset in ui-  
rum cui mutuare prius uoluerat, infortunium suum de-  
plorauit, ut pote qui peccasset: et poenitere se dixit, quod  
ei non obsequutus, sed ingratus fuisset: & prorsus ei om-  
ne argentum interissee. ille autem bono animo ipsum esse  
se iussit, atq; existimare lapidem eodem in loco à se de-  
positum fuisse. Omnino enim ne cum habeas quidē ar-  
gentum, co ut ebaris. Quamobrem etiam nunc ne putas  
ueris te ulla re priuari. Illud etenim quo quis nec usus,  
nec usurus est, nihil siue præsens absens magis minus ue-  
l edit. Nam cum deus alicui nō perfecte bona largiri in-  
stituit, ex hita pecuniarum copia, bonæ mentis inopem  
facit: atq; ita ablato altero, utrisq; priuat.

#### DE CONTINENTIA ET SO- brietate, Sermo XVII.

Temperantia & Continentia quid differant, dictum  
est supra in sermone de Temperantia. De uitupe-  
ratione Veneris alius crit sermo proprius.

Sophoclis.



Vrpe est honesto loco natis turpiter uiuere.  
 Quippe non decet animi generosi uirum  
 Gaudijs non licitis delectarier.

Charetis.

Ventrem modis omnibus refricare conaberis,  
 Quandoquidem solus beneficijs acceptis ingratus est,  
 Semperq; plura sibi iusto postulat.  
 Quicumq; uero modum imperare uentri nescit,  
 Hic plura mala malis coaccruat.

Incerti.

Venter & multorum capax est, & paucorum.  
 Ventrem Deus odit, uentrisq; epulas.  
 Propter ista enim temperantia soluitur.

Palladz.

Bonum est quidem, animum a nuptijs alienum habere,  
 Si tamen opus fuerit,  
 Nunquam te masculus amor turbet.

Agathij.

Mulieres amare, modicum malum est, quoniam illis  
 Venereas conuersationes ueneranda dedit natura.

Sophoclis.

Aspice brutorum genus animalium. Haud enim illorū  
 Natura leges coniugij spernit:  
 Sed uiro foemina iungitur. Miseri autem  
 Viri, sibi nubunt inuicem.  
 In honesta factu, ne dictu quidem honesta sunt.  
 Quicumq; uero philosophicis se dedunt laboribus,  
 Addiscunt per uitam compescere uentrem.  
 Videlicet frugalitas est magistra  
 Sapientium optimorumq; consiliorum.

Euripidis.

Nunquam fili potestatem nactus,  
 Turpes amores popularium persequitor:  
 Quia ferrum, uariasq; uindictas sibi parat,  
 Quisquis bonorum, & si pauperum, dedecare liberos  
 notaerit.

Nil

Nil egregium comparatur, quod non continentia la-  
 bor praecesserit. Pythagoras.

Homines quorum concinnus est & compositus animi  
 habitus, facile cum diuersis ingenijs conuersans, impe-  
 rare ac parere uicissim non imperitus, mores & studia  
 sequuntur à uoluptatibus abstinendi, imperandiq; cupi-  
 ditatibus. Quod omnino erudendum est: ut quicquid in-  
 frene ac immoderatum uoluptates nobis iniecerint, om-  
 nibus modis exterminetur.

Phocioni filius plura solito obsonia coëmerat: itaq;  
 comminatus est, si plura quam secundū naturā soleret,  
 per incontinentiam ingurgitaret, ipsum poenas luiturum.

Famis atq; sitis non obliuisci oportet. Multum enim  
 potest apud sobrietatis ac prudentiæ studiosos.

Continentiam tibi ut robur ingens opesq; parato.

Pythagoras admonerat, Ne saepe homo ab homine:  
 hoc enigmate, frequenter uenereorum usu interdicens.

Commendamus frugalitatem non quod tanti res ui-  
 les ac minime sumptuosas faciamus, sed ut hoc pacto ani-  
 mi magnitudinem augeamus. Apollo ad  
Fidomacem.

Ne me facile alios monere putaueris: ego enim maza  
 utens, aliq; consimili uictu, ista uobis consulo. Eiusdem ad  
familiares.

Diogenes panem album nactus, è pera cibarium eic-  
 cit, hunc uersum proloquens: Hospes tyrannis è uia de-  
 cedito. Diogenis.

In festo quodam Athenis, ostentandi causa, Alcibiades  
 multa dona Socrati transmisit. Admirata Xanthip-  
 pe magnificentiam, maritum ut acciperet, rogauit. Ad  
 quam ille: Imò detrectando munera, cum ambitiosa uiri  
 ostentatione certabimus. Socratis.

Mode/

**Aristippi.** Moderatur uoluptati, non qui penitus abstinet, sed qui hoc modo utitur, ut non abripiatur cum ipsa, ut nauis & equo moderatur, haud qui non utitur, sed qui quo libuerit ducit.

**Periclis.** Pericles Sophocle formosum puerum sibi ostendente: o Sophocles, dixit oportet frugi imperatore non minus modo, sed oculos quoque continere secum.

**Epicuri, ex  
Enchiridio.**

Cum aliqua uoluptatis animus phantasia subierit, obseruandum est id quod in omnibus, ne statim abreptum te precipitem des. Negocium te expectet, tuque tecum aliquantulum immoratus, cogitationem tuam diligenter inspectam secundum prescripta tibi precepta examinato. Veniat autem tibi in mentem utrunque tempus, & hoc quo uoluptati uictus, postquam ei satis feceris, nihil tibi reliqui quam poenitentiam, & tua aduersus te conuicia habebis: & illud, quo cum abstinueris, gaudebis: atque temet laudabis. Quod si tamen uoluptati locum dare opportunum tibi uideatur, fac ne in transuersum eius suauitate ac lenocinijs agaris, quin habebis semper fortiter utere.

**Demothenis** Perpetuum hoc esse debet sapientis institutum, ut rationem cupiditatum dominam constituat.

**Socratis.** Socrates rogatus, quo nam a ceteris hominibus differret, respondit: Alij quidem uiuunt, ut edant: ego edo, ut uiuam.

**Epicuri.** Gratia est habenda naturae beatæ, quæ necessaria parabilia fecerit: difficilia autem paratu, non necessaria.

**Eiusdem.** Si quem uolueris diuitem efficere, non est quod augeas opes, sed minuas cupiditates.

Continentia partem cupidam in malas uoluptates uentem refrenat.

Conti-

Continentia autem est, posse cohibere ratione cupiditatem, ferentem ad malas delectaciones & uoluptates, & pati & tolerare naturæ indigentiam & ægritudinem.

**Xenocrates,** si quando uini cadum releuisset in uaporem conuertebatur, antequam consumeretur. Sepe & obsonia pridiana iam corrupta eiecit. Hinc natum est diuerbium, Xenocratis cascolus, de rebus diu durantibus, quæ non faciliè absumuntur.

Bene composito est animo, qui de rebus absentibus non tristatur, presentibus autem letatur.

Satius est mori, quam per incontinentiam animum obnubilare.

Socrates continentiam à corporis illecebris temperantiam uocabat.

Chrysippus Solensis admodum paucis uiuebat: Cleantes etiam paucioribus.

Epicurus Gargetius exclamabat: Cui parum non satis est, nihil sufficere potest: idem aiebat, cum quolibet se de felicitate certaurum, dummodo maxam & aquam haberet.

Socrates interrogatus, quo quis pacto opulentus euaderet: Si cupiditatum fuerit inops, respondit.

Nonne quemuis oportet cum continentiam sciat uirtutis fundamentum esse, hæc primam in animam deponere? Quis namque sine ista aut quicquam disceret bonum, aut exercitatione perciperet? Aut quis uoluptarius, non omni turpitudine corpus animamque suam polluet? Mihi enim uidetur optabile esse libero uiro, nec seruum talem habere. Quod si ipsemet huiusmodi seruiat uoluptatibus, deprecari deos oportet, ut bonos dominos eossequi possit. Hoc enim modo duntaxat talis homo seruari potest.

Ant



Ibidem paulo  
post.

An ignoras edentem auidè minime epulis indigeri  
quicq; cum auiditate bibat, minime potū exquisitum ab-  
sentem desiderare. At uestibus quicunq; diuersis utun-  
tur, frigoris & æstus causa mutant, calceisq; pedes in-  
duunt, ne propter ea quæ pedes offendunt, ambulare im-  
pediantur. Nonne ceterò tenes, natura corporis imbecil-  
les, exercitatione fortiores ad ea quæ meditantur, effu-  
ci, ac facilius sustinere, quàm illos qui corpore fortissi-  
mi, in exercitati tamen sunt? Cur igitur & me non opi-  
naris per exercitationem omnia posse sufferre facilius,  
te non exercitato? Propterea si quid amicis aut ciuita-  
ti prodesse oporteat, utri plus ocij ad hæc procuranda  
erit? an illi, qui ut ego affectus sum: an illi qui, ut tibi bea-  
tum uidetur, sic uiuat, &c.

Epicuri. Turget mihi præ uoluptate corpusculum. Aqua &  
pane utor, ad sumptuosas uoluptates expuo, non tam ip-  
sarum causa, quàm sequentium ipsas incommodorum.

Eiusdem. Tum egemus uoluptate, cum eam abesse dolemus.  
Cum uerò non ita afficimur, in tranquillo compositoq;  
sensu constituti, nihil nobis uoluptate opus est. Porrò nõ  
naturalis uoluptas aliquid damni extrinsecus nobis ac-  
cerfit: sed quæ intra nos est uanæ opinionis appetitio, ea  
uerò lædit.

Plato sapius siti laborans, è puteo hauriebat aquam,  
iterumq; effundebat, ut ita cupiditatem castigaret.

Epicuri. Epicurus cum quæreretur, qua quis arte ditesceret:  
Non si presentibus adiecerit, respondit, sed usum ac ne-  
cessitatem sibi persuasam circunciderit.

Dulcium quæ rarissima sunt, maxime delectant.

Democriti. Si quis modum excesserit, iucundissima quæq; iniu-  
cun-

cundissima sient.

Fortis est, nõ tantū hostiū, sed & uoluptatū uictor. Eusebij.

Optimè constituti animi hoc argumētum est, non ad  
epulandū se natū existimare, neq; in co uitam reponere,  
sed uiuendi tantū gratia nobis alimenta dari iudicare.

Continentia & corporis bonum est, ad secundā uale-  
tudinem ipsum promouens, & in anima temperantiam  
parit, quæ quidem uirtus tranquillam, serenam, & com-  
positam animæ uitam adornat. Biondem.

De uictu frequēter solebat diligente ac seria oratio-  
ne disputare, ut de non paruo negotio, neq; parui momē-  
ti. Sentiebat etenim continentiam circa cibum & potū,  
initiū & tanquam fundamentū ad rectè sapiendū existe-  
re. Cum igitur aliquando alia dicendi argumenta, in qui-  
bus plerūq; uersabatur, omisisset, ita loqui incæpit. Om-  
nino præferendum esse, ut uilis precij uictum sumptuoso,  
ita parabilem exquisito, & homini familiarem, ei qui ta-  
lis non esset, ut ferino. Familiaria autem nobis esse, quæ  
terra fundit, siue frumentacci generis, siue alia ad rectè  
nutricandū idonea: item quæ ab animalibus non occidē-  
dis, sed aliter iuuantibus sumuntur. Rursus horum maxi-  
mè apta, quibus in promptu citra ignem uti liceat: hæc  
enim paratu facilima esse, ut platarum fructus, quedam  
olera, lac, caseus, faui: non reiicienda tamen quedam,  
quamuis ignem requirant, ut frumentacea & oleracea  
nonnulla: cuncta enim ista homini familiaria esse, &c.

Tali autem modo uiuendi corpus ac animam casti-  
gaur, quo quispiam usus, nisi quid diuinum impedi-  
at, facillime atque secure degat, tantòque sumptu non ca-  
reat. Tam enim paucis utebatur, ut nescio si quis tam  
modi-

Musonij in li-  
bro de alimē-  
tis.

Xenophon-  
tis lib. 1. de dictis  
& factis Soc.

modicum laboraret, qui non posset lucrari, quæ Socrati satis essent. Cibo nanque tam parcè utebatur, ut iucunde comederet: atq; ad illum ita ibat paratus ut pro obsequio sibi esset cupiditas comedèdi. Potus uerò omnis erat ei gratus, propterea quòd nunquam bibebat, nisi sitiret. Si quando uerò in conuiuium conuocatus uoluisset ire, à quo difficillimum plurimis cauere est, præterquam deceat saturari, facillimè ipse ab illo cauebat. Qui uerò hoc facere non poterant, his consulebat abstinere ab illis, quæ persuadent non famescendo comedere, neque sitiendo bibere.

Eiusdem lib.  
4. de dictis &  
factis Socrati.

Dic mihi, inquit, ô Euthydeme, putâsne bonam magnamq; possessionem homini atq; ciuitati libertatem esse? Maximam, inquit. Quicumq; igitur corporeis seruit libidinibus, & ob eas nequit quæ sint optima, exequi, putâsne tu hunc esse liberum? Mirimè, inquit. Fortassis homine libero dignum uidetur tibi, posse agere quæcumq; bona sint: deinde habere qui interpellant huiusmodi facere, seruilè quippiam deputas? Omnino, inquit, puto. Omnino igitur tibi uidentur incontinentes etiam non liberi esse. Per Iouem ait, & meritò, &c.

## DE INCONTINENTIA,

## Sermo XVIII.

Sophocles.



Vid ista laudas? Omnis profectò ebrius  
Ira facile uincitur, & uacuuus est mente.  
Itaq; solet ei usu uenire, ut postquam linguam  
temerè exonerauerit,

Vicissim illos etiam nolens audiat, quibus ipse uolens  
maledixerat.

Sclerice.

Quam non ferendus est, qui uel ex temulentia,

Vel

Vel insania, sibi quidem innocuus.

Semper, conuersantium autem damno mente laborat.

Vinum igni æqualem habet vim: ubi non inueni-

Subierit, quem conturbat, ut Lybicum mare

Aquilo, uel auster. Itaq; prodit latentia

In mentis recessu, animumq; uniuersum concutit.

Merum copiosum parum cogit sapere.

Non ipsa potus copia, si quis consideret,

Debacchari cogit, sed potantis ingenium.

Quid illum uiuere iuuat, qui uitam suam nescit,

Vinum in causa est. Nullum enim bene potum, si quæras

Inueneris, qui non à potu, tanquam seruus, sit domitus.

Quicquid me uinum coegit, id admisi:

Malum uinum est, ô Nicophon.

Nimum uinum omne semper est malum.

Ebrius eram. Scilicet prætextus hic ad peccandū satis est.

Multo plures perdidit satietas, quam fames

Viròs, qui plus sua sorte habere uolunt.

Turpe est uirum ebrium apud sobrios esse.

Turpe item si sobrius cum ebrijs fuerit.

Vinum si bibas multum, noxium est: at si quis ipsum

Bibat prudenter, iam non malum, sed bonum est.

Æs formæ speculum est, uinum mentis.

Quisquis bibendo modum superauerit, is non amplius

Sue linguæ compos est, neq; mentis.

Verba effatur balba, quæ sobrijs dedecus fiunt.

Nullo enim quodlibet agendi pudore ducitur, quam diu fuerit ebrius.

Qui prius sapiebat, tum stultus efficitur. Hæc tu

Animaduertens, uinum ne supra modum ingurgitaueris,

Li Sed



Méchant.

Philonouis

Eiusdem.

Theoguid.

Eiusdem.

Æschyl.

Theoguid.

Sed prius surge quàm inebrieris, ne te sibi subijciat  
Venter, tanquam mediastinū improbum quotidianis laboribus inferuentem.

Tam stolidi, quàm sapientis, uinum  
Immoderate potum, leuissimum reddit animum.

Ignem aurum argentumq; uiri periti  
Dignoscunt: at uino humanus animus arguitur,  
Licet admodum sapiens: uitium omne detegitur,  
Ita ut uerecundia prudentes quoq; afficiantur.

Doleo caput Onomacrite, uim mihi facit  
Vinum, animiq; non sum amplius compos  
Mei: edes rotantur. Quin age surgens  
Experiar, an & pedes unum inuaserit,  
Et animum intra pectus. Sed metuo ne quid temere  
Committam inebriatus, unde mihi magnum probrū parā.

Homeri.

Vinum quamuis sapientissimum cantare,  
Molliter ridere, & tripudiarie impulit,  
Hoc etiam protulit uerba, quæ satius tacita fuissent.  
Menandri. Molestum est, si quis præ uino nimis loquatur,  
Ea quæ nescit callere simulans.

Menandri.

Euripidis in  
Augis.

Nunc uinum me mente priuauit, & fateor tibi  
Iniurium me fuisse, sed inscium & inuitum.

Philippidæ.

Non ita fiet, ut tu nunc ais: ebrius fui pater,  
Peccaui, ut ueniam à me consequaris.  
Qui enim Pamphile quidpiam per uim aduersus imbecil-  
liorem

Egerit, is non peccare simpliciter, sed iniuriari uidetur.

Panyasidis

Agedum hospes, quin bibis: hoc etiam uirtutis est,  
Si quis in uirorum conuiuio plurimos calices exiccauerit  
Recte, sciteq; aliumq; simul prouocauerit.

TAM

Tam inter epulas fortis uir esse potest, quàm qui in bello  
Pugnâs sequitur luctuosas, in quibus pauci  
Animosi sunt, ac martem impetuosum excipiunt.  
Huic ego illum æquali laude contulerim, qui epulis  
Assidens gaudet, aliumq; pariter coctum incitat.  
Non enim uiuere illum mortalem iudico, neq; agere  
Vitam hominum ærumnosorum, quicumq; à uino  
Animum abstinens, potionem aliam stultus hauserit.  
Etenim uini non minor quàm ignis est mortalibus utilitas  
Bona, malorum amuletum, omnis cantilenæ comes.  
Inest uino sacra pars Thalia & Aglaia gratiarum,  
Insunt saltatio & optatus amor:

Quapropter decet te inter pocula læto animo mærum ac-  
ceptantem

Potare, non cibo malè affectum instar uulturis  
Sedere pleno uentre, oblitum gaudia.

Fieri non potest ut liber sit qui seruit affectibus.

Ebrietatem ferunt paruam insaniam esse.

Pythagoras ebrietatē insaniam meditationē uocabat.

Anacharsis primum quidem poculum sanitatis esse dixit, alterū uoluptatis, tertium contumeliæ, ultimum insaniam.

Fruitiones & uoluptates, quæ non per ianuas ingredi-  
untur, ex Antisthenis sententia, opus habent aut sectione,  
aut helleborismo, aut fame macerari: ut malas poenas luat  
illa ingurgitatio, quam breuissimæ uoluptatis gratia admissi-  
mus.

Libero patri ferulam & obliuionem consecrant, insi-  
nuantes non reuocanda in memoriam esse, quæ inter pocu-  
la sint admissa, sed puerilē cōmonitionē eis sufficere. Huc  
& istud facit: Odi memorem compotorem. Et Euripides,

Plutarchi in  
libro de mult-  
eibus etiam  
instituentis

L 2

absur-

absurdarum rerum obliuionem sapientem esse dixit.

Platonis. Gubernator ebriosus, & quiuus cuiuscumq; rei præfectus, omnia subuertit, siue nauigium, siue currum, siue exercitiū, siue quamcumq; rem fidei suæ commissam.

Eiusdem. Manifestum est, non modò senem bis puerum fieri, sed inebriatum quoq;.

Democriti. Pro sanitate uota coelibibus homines offerunt, in scij pernes se ipsam esse, contraria autem ei per luxuriam faciētes, suis libidinibus ipsam perditum eunt.

Sophocles uitio uertebat Aeschulo, quod ebrius scriberet. Nam & si bene scribit, inquit, nesciens tamē id facit.

Pythagoræ. Pythagoras consultus, quinam uinosus ebrietatem desereret, respondit: Si quæ per temulentiam facit, frequens animo uoluat.

Anaxar. Anacharsis, quo quis modo temulentiam fugeret, inter rogatus: Si qualia ebrii faciunt, inspiciat, dixit.

Democriti. Qui uentris uoluptates sequuntur, edendo, potando, ueneris illecebris tempus fallentes, breue omnino delectationis tempus habent, interim duntaxat, dum edūt ac bibunt. Curæ uerò & tristitiæ multæ sequitur. Semper etenim earundem rerum desiderio torquentur, & cum quæ appetūt, nacti fuerint, uoluptas confestim transit, cum nihil in se boni, quam momentaneam titillationē habeat: itaq; mox rursus iisdem indigent.

Quisquis suum corpus curat, non seipsum colit:

Qui uerò pecunias, neq; seipsum, neq; sua, sed remotiora suis curat.

Masonij de uictu. Turpissima res est proculdubio uoracitas, & liguratio.

Equidem paucissimos noui qui deliberarēt de utijs huiusmodi fugiendis: Plurimos autem, qui tales epulas abse-

tes

tes requirunt, presentibus abstinere nequeunt. Quin adeò intemperanter eis cum inciderint, utuntur, ut ualitudinē non parum officiant. Voracitas autem nihil aliud fuerit, quam incontinentia in uictu, qua impulsī homines, dulcē præferunt utilitati. Liguratio, quam Græci ἐπιφαγία, immoderatio circa usum obsoniorum est. Porro cum modi excessus nulla non in re uitiosus sit, hac parte profecto maximē suam naturam prodit, liguritores & belluones ex hominibus in sues aut canes, quod ad ingluuiem, transformans, omnis honestatis in gestibus, uisu, esuq; oblitos. Tanta in insaniam cupidiarum amor gignit. Quid autem turpius, quam ita se præstare circa uictum, ut bruti potius animalis, quam prudentis hominis imago sit? Hoc igitur cum turpissimum sit, nimirum eius contrarium pulcherrimum erit, ordinate modesteq; cibo frui, & hoc omnium primū temperantiæ specimen edere. Cum enim in uniuersum temperantia difficilis habeatur, multi studijs ac exercitationis egressus, maximē circa uictum id contingit. Quamobrē istud? Quia cum innumera sint uoluptates, peccandi incitamenta, quæ per uim morem sibi geri cogunt, præter omnē utilitatem, ea quæ uictum atinet, luxuria difficillima, periculosissimaq; uidetur. Quippe cetera uoluptates rarius incidunt, nonnullis etiam integros menses, annosq; carere possumus: quæ uerò in alimentis consistit, eam experiri quotiē die necessitas cogit, et plerumq; bis in die, cum aliter uitam fouere non sit. Quo sæpius igitur edendi suauitatem usurpamus, eò plus inde periculorum nobis imminet.

Præterea quoties cibum sumimus, multis peccandi modis occasio datur. Nam & qui nimium edit, peccat: & qui festinantius, nihilominus: & qui obsonio ultra decorum se

L 3 inquinat,

Ibidem,

inquinat, & qui suauiora salubrioribus anteponit, & qui sodalibus non æquam partem relinquit. Item, qui non suo tempore comedit, is quoque peccat, cum alijs anteuortundis relictis, ad epulas se conuictur. Cum ergo tot tantique erro res iam enumerati, & quidam alij, ab epulantibus committi possint, studendum est temperanti futuro, ut se ab omnibus purum & integrum exhibeat. Ita uero se tutum aliquis ab ipsis præstiterit, si multo exercitio consuescat alimentis uti, ad alendi, non delectandi corpus, finem. Non ut lenem ac lubricam reddat gulam, sed corpus ut roboret. Gula enim condita est, ut ciborum meatus esset, non uoluptatis instrumentum.

Ibidem.

Enni uero quisquis probitatis studiosus fuerit, haudquaquam uulgo hominum similis erit uiuendo ut edat, sicut illi præ cunctis ciborum illecebris captantes. Porro quod Deus hominum conditor cibum atque potum pro incomumitate non delicijs largitus sit, hinc intelligi licet. Quippe alimentum dum maxime munere suo fungitur in coctione digestionisque, nullo suauitatis lenocinio nos afficit, sed nutrit duntaxat, & uires reficit, quamuis multo longius tempus interim eat, quam dum edimus. Oportuisset autem, si Deus delectationis gratia cibum nobis machinatus esset, longiori illo tempore uoluptatem sentiri, non breuissima tantum inter deglutendum. Sed licet tam momentanea sit ista glutientium suauitas, infinita tamen obsonia excogitauit, &c.

Aristot. in libello de uirtuibus.

Incontinentia uitium est appetentis, quo male uoluptates usurpantur, ratione non prohibente.

Ibidem.

Incontinentia est, prohibente ratione, delectationes uoluptatum sectari, et ducere præstabilius esse, non frui ipsis, frui autem nihilominus, & opinari quidem, oportere facere.

re.

re, & pulchra, & conferentia: abhorre tamen ab ipsis, propter uoluptates. Est autem comes incontinentia, molli- ties, & poenitentia, et plura eiusmodi que intemperantiam comitantur.

## DE PATIENTIA,

## Sermo XIX.



Paruo initio lites magnas, hominis Lingua producit. Hoc uero sapientes mortalium Cauent, ne quid inter amicos contentionis excitent.

Euripidis in Andromach.

Philemonis.

Nihil est iucundius, & docto uiro dignius, quam ferre posse conuiciantem. Quoniam si ille cui conuicium sit Disimulauerit, in ipsum autorem redundat.

Euripidis in Proteclao.

Altero duorum colloquentium indignante, Is qui se non opponit, plus sapit.

Demosthenes à quodam conuicijs lacepsitus: Nolim te cum in hoc genus certaminis descendere, dixit, in quo qui uincitur, ipso uictore est melior.

Plato quodam ei maledicente: Perge, inquit, maledicere, ut qui bene nunquam didiceris.

Aristippus contumelijs à quodam petitus, dixit: Penes te est maledicere: penes me autem, recte audire.

Plutarchi de loquacitate.

Verborum, rei leuissima grauisima poena, iuxta diuum Platonem, & apud Deum, & apud homines comes esse solent. Silentium uero eum ubique culpa uacet, tum maxime in aliorum conuicijs, nescio quid egregium, Socraticum, aut potius Herculeum præ se fert: siquidem & ille: non quantum muscam, odiosa uerba curabat.

Pythagoræ.

Pythagoræ.

Magnam peritiam existimato: qua ferre potes aliorum imperitiam.

Eusebij.

Optimum est quidem ita assuescere domare iracundiã, ne facile ad ipsam accendaris. Sin minus, saltem ne quod ipsa imperat, statim irrationalis anime pars ad finem perducatur.

Sophoclis  
in Aiace.  
Theognidis.

Multo pluris uirtutem hominis, quã inimicitia facio.

Non possum tibi anime mi suppeditare cuncta quæ desideras.

Fer igitur patienter, pulchra non solus appetis.

Theophrasti

Quinetiam nihil agunt uiri prudentes irati. Concitata enim illa pars animi irrationalis est, & nihil unquam providenter agere nouit: sed litigandi studio quasi ebria, temerè quouis rapitur. Itaq; oportet non citò peccatorum poenas, neq; à seruis, neq; ab alijs exposcere, ut non quod animositati gratum, sed quod rationi consultissimum uideatur, id semper agas: non autè ita inimicos ulciscaris, ut tibi magis quã illis obfis. Qui enim inimicum suo cum malo uin dicat, dat potius poenam, quã ab illo sumat. Igitur paulatim occasio sese ulciscendi magis inueniunda est, quã illico inutiliter precipitanda.

Rufi ex di,  
eis Epistole,  
ei de amicitia.

Lycurgi autem Lacedæmonij factum, quis uestrum non admiratur? Nam à ciue quopiam iuuenè altero oculorum orbatus, illum à populo accepit, ut quo liberet modo puniret. Quod minimè fecit, sed optimè institutum, boniq; uiri moribus præditum, in theatrum produxit. Lacedæmonijs autè admiratis, dixit: Istum antehac iniurium & uiolentiũ, qualem à uobis accepi, iam frugi ac popularem restituo.

Pittaci.

Pittacus potestatem habens puniendi quempiam, qui contumeliosus in ipsum extiterat, dimisit, inquit: Venia ultione

ultione melior est. Illa namq; mitis est ingenij, hæc autem ferini.

Ab exiguis incipe: effunditur oleum, furto uinum auferitur. Cogita tanti redimi patientiam, tanti emi imperturbationem: nihil gratis fit. Cum seruum accersueris, præmeditare: fortè non pariturus tibi, fortè nihil eorum quæ cupio facturus est. At non tanti est tamen, ut eius causa perturbari debeam, aut posim.

Actionè iniuriarũ neq; cõtra aliũ se acturũ aiebat, neq; id ulli philosophiæ uacantium consulturum. Siquidem quæ multi iniurias interpretantur, eorũ nihil iniuriam esse, neq; contumeliã in affectos eis: ut maledici, conspui, uerberari, quod postremũ indignissimũ uidetur. Quod uerò nihil graue aut iniuriosum contineat, argumẽto sunt Lacedæmoniorũ pueri, q publicitus flagellis cadũtur, et id ipsum gaudet. Philosophi autem, si uerba aut contumelias contemnere nequeat, quisnam usus erit, qui & mortem palam spernere deberet?

At uir sapiens & cordatus, qualis philosophus esse debet, nulla horum perturbatur, non tam ipsa pati, quã inferre, turpe ducens. Nam qui peccat, is turpitudini obnoxius est: qui uerò patitur, quatenus ipse peccatum non admittit, eatenus neq; turpis alicuius indignitatis particeps dicendus est. Quapropter non ad forum & actiones ullas mente præditus cõuertetur, ut pote qui nullam sibi uideatur iniuriam accepisse. Pusillanimitas enim est, has ob res indignari, & commoueri intensius: sed leniter & tranquille tolerabit, quicquid acciderit. Hoc decorum est eius, qui se magnanimus profutetur, &c.

Mitia & humana ingenia, non efferata sunt & dura

in eos qui peccarunt, ut quæ melius sperent. Quanto satius igitur fuerit, ita se præstantem uideri philosophum, ut uenia dignetur eos, qui aliquid aduersus ipsum admiserunt: quam causas agendo & accusando, ita quidem se uel eisq; putare, re ipsa autem præter omne decorum sibi uel bisq; suis pugnare? Id quod facit, qui docet bonum uiro ab improbo haudquaquam iniuria posse affici: ipse interrim malos accusat, tanquam iniuriarum sibi authores, cum ipse bonus haberi uelit.

Dionis. Dionem Academicum e conuiuio redeuntem, quidam maledicus insectabatur, nullas non blasphemias eructans. Tacibat Dion. Ingressuro autem iam domum, conuiciator ille dicebat: Nihil uerò respondes? Cui Dion: Ne gry quidem.

Videtur Herodoti esse. Spartane hospes, opprobria in animum deiecta, conuiciatum ipsum efferre solent. Caterum licet tu contumeliosam orationem habueris, non tamen mihi persuasisti, ut ne glecto decoro, paria referre uelim.

Aristo. de uir. Mansuetudo uirtus est animosæ partis, quæ præditi ægre mouentur ad iram.

Ibidem. Mansuetudinis autem est, posse ferre moderatè obiecta crimina & contemptus: nec ceuiter rapi in ultiones, facile moueri ad iras, moribus comem esse, mitemq; ingenio quieto & stabili.

## DE IRA, SERMO XX.

Theogn.



Nihil, ô Cyrne, tam iniustū est, quam ira, quæ dominum suum ledit, ut animo commoto miserè gratiū faciat.

Sepe

Sepe mentem hominum detexit ira  
Latentem, ira quæ peior quandoq; est insania.

Ira non potest unquam falli:  
Ea nunc imperat: ubi uerò modicum deserbuerit,  
Multo acutius quod ex usu est uidebit.

Insanimus omnes cum ira scimur,  
Ira enim difficillimè refrenatur.

Omnia quæ iratus agit  
Errata, postmodum intelliges.

Irae moderator. Respon. Id quidem uolo.  
Est enim ira, pater, ingratißima res.

Quisquis iræ præceptis indulget,  
In malum finem exit, plurimum enim hominibus incommodat.

Ne tute te ipsum ob rem leuè iracundum exhibeas.  
Superare non iram conuenit, sed legem.

Nemo iratus quicquam rectè deliberat.  
Multos iracundia magna perdidit mortalium,  
Et imperitia, quæ gemina mala sunt utentibus se.

Ira male multa insunt indecora.  
Extra iram enim unusquisq; multo sapientior est.  
Ex ira imperita multum generatur malorum,

Ira uariæ causa sunt uerba,  
Morositas obnoxia est imperitiæ.  
Ex ira scio cuncta prodire mala.

Ira permultos agere cogit mala.  
Caterum ut mortale nostrum est corpus:  
Ita conuenit iram quoq; non retinere  
Immortalem, quicumq; sapientiam intelligit.

Nunc in facie tibi iracundia efflorescat, ô senex,

Eueni.

Menandri.

Philemonis.

Menandri.

Bianidem.

Euripidis  
in Acolo.Epicharmi.  
Eiusdem.  
Eurip. al.  
Eiusdem.  
Al. nouum initium, cum inscriptione Euripidis in Archelæo.

Aeschyl.

Sophoclis.  
Chæremontis.Eurip. in  
Pintoctes.

Sophranta.

Nunc

Nunc irasci conuenit iustitiæ gratia.

**Menandri.** O quam cohibendi magnus est iram labor.

Non esse uidetur aliud iræ pharmacum,

Oratio nisi grauis amici uiri.

**Eiusdem.** Etsi doles uehementer, haud quicquã tamen irritatus

Agas temerè: nam iram rationis insciam refrenare

In perturbationibus, in primis sapientem oportet.

Ingenium tam irritabile & amarulentum adeò,

Indicium statim est omnibus pusillanimitatis.

**Theocriti.** Non fas, o pastor, in meridie, non fas est nobis

Fistula canere. Metuendus Pan est: etenim à uenatione

Hoc tempore fessus quæscit,

Et acris ei bilis perpetuò naribus asidet,

**Homeri.** At illi animus ater iracundia replebatur.

**Euripidis.** Mores uiolenti & agrestes cum lenibus

Vnà coniuncti, utrumq; temperant excessum.

Nam iræ mortalibus ob calamitatem

Graues, & dubius error animo oboritur.

**Sophoclis.** O stulte, inutilis est ira in malis.

**Archilochi.** Anime mi grauißimis curis turbate,

Fac patienter feras, & defendas te, hostibus obiciens

Aduersum pectus inter hastas inimicorum cominus

Pede consistens tuto.

Et neq; uictor palàm exultes:

Neq; si uictus fueris, domi prostratus luceas.

Quin rebus letis gaude, sinistris

Contristare, ita ut ne quid nimis. Sed agnosce qualis

**Sophoclis** Sors homines detineat.

**in Tyro.** Multa uidet animus obrutus iacens malis.

**Euripidis in** **Medea.** Vix compeßci potest excelsus animus male acceptus.

Nemo

Nemo non prudentior est, cum ab ira immunis est,

Amens quidem ipse, sed magis ipse in saniebat

Que uirum illum fortem ulciscabantur.

Quisquis hominum rebus iratus aduersis,

Vehementius ipso morbo remedium adhibet,

Is medicus est non peritus nature malorum.

Age uero. Quid facies anime? consulta bene,

Priusquam pecces, & charissima tibi

Reddas insensissima. Quo tandem exis miser?

Reprime uoluntatem, & uim impiam.

Sed quid hæc lugeo, cum animam meam

Videam deseri atq; negligi,

A quibus id minime oportebat? Molles scilicet,

Et timidi sunt, huiusmodi qui mala tolerant.

Ne te ipsum anime relinquant in malis.

Hei mihi, stat sententia. O pueri ab oculis

Discedite. Iam mihi eruent a magnum

Subijt rabies animum. O manus manus,

Ad quale facinus armamur. Heu

Quid tandem infelix audebo, que breui diuturnũ laborẽ

Perditura meum pergo tempore?

Non primum nunc uideo, sed sæpius antehac

Asperam iram quantæ sit molis ferre.

Grauis est & incurabilis ira,

Cum inter amicos nascitur contentio.

Tempus requirit, animum ut ira superiorem habes.

Consilia mea uincit iracundia,

Que mala maxima gignit hominibus.

Animus commotus atq; dolens nihil habet tuti.

Si cognati adfuerint male fortunato,

Eiusdem in  
Hippolyte.

Nephronis

Euripidis  
in Medea.

Ibidem.

Euripidis  
in Telepho.

Asperi



Asperi & irati, imprudenter faciunt.

Hom. Iliad. 9.

Reprime tuam iracundiam Achilles: haud te decet

Eiusd. Iliad. 15.

Animi crudelis esse. Mutabiles sunt etiam superi.

Siccine tuo nomine, o qui terrâ cingis cærule comâ,  
Hæc uerba Ioui nunciabo tam seua durâq;?

Platonis.

An placet mutare? mutatur sanè bonorū quoq; animus.

Antiphonæ.

Plato quondam iratus cuiuspiam è famulis, gratiam cum  
dijs habere iussit, quod succenseret: alioquin enim non eua-  
surum fuisse sine castigatione, si non succensisset.

Nihil quicquā homo iratus rectè potest cognoscere: ul-  
ciscendi enim auiditas iudicium eius corrumpit.

Herodoti.

Opprobria in hominè coniecta, iracundiâ excitant.

Eiusdem.

Hominum animus in auribus habitare uidetur: bonis  
enim auditis, corpus gaudio repletur: contrarijs autem,  
ira inflatur.

Aristotelis.

Nōne uides quod ab omnibus quæ per iram commit-  
tuntur, ratio recedit, fugiens iracundiam, tanquam acer-  
bum tyrannum.

Ariani.

Sunt quidam leniter magnanimi, tranquillè facientes  
absq; iracundiæ motu æquè magna, ac alij uehementer im-  
petuosi & iracundi. Sed cauendum est à remisso illorū in-  
genio, ut quod sit deterius, quàm magno iracundiæ nixu in-  
tensum. Hoc enim statim ultione saturatur: illud uerò in mul-  
tum temporis extenditur, quemadmodum exilis febricula.

Apo. Ionijs id.

Macedonijs.

Eiusdem ad

Democratijs.

Insania flos est iracundiæ.

Affectus iræ nisi curentur et castigentur, in naturalem  
morbum abeunt.

Qui propter leues errores uehementissimè succenset,  
non sinit authorem peccati discernere, quando minus, &  
quando maius admiserit crimen.

Quamuis

Dionysij  
Hallicarn.

Quamuis iram uincere tum magna res uideatur, tum  
reuera sit, maius tamen est cauere & prouidere, ne in ip-  
sam incidamus.

Sapientibus iræ loco, Heraclio quidem lachrymæ, De-  
mocrito autem risus oboriebantur.

Sotiſſis serm.  
2. de ira.

Quemadmodum nauigia præclara iudicantur, nō quæ  
in tranquillitate nauigant, sed quæ tempestatibus obsistunt  
& euadūt: sic & homines qui iræ & perturbationibus res-  
sistere ualent, magni fortesq; habentur. Histrones quidē,  
licet solum simulent, hominis irati faciem representant: Vi-  
ri autem uirtutis studiosi, etsi reuera irascantur, uultu ta-  
men & gestibus irati abstinēt.

Vt fumus mordicans oculos non uidere sinit quæ pedi-  
bus adiacent: sic iracundiâ oboriens rationem offuscatur: &  
quod bonum habitura mens fuerat à ratione, eo non sinit  
ipsam iracundiâ sine labore ac molestia potiri.

Aristotelis.

Iracundiâ impugnare quidē est difficile: sed uiri præ-  
diti ratione bona, est ipsam uincere.

Democriti.

Plato iratus olim in familiâ, assistente Xenocrate: Ac-  
cipe, dixit, & hunc flagris affice: ego enim irascor.

Platonis.

Aristoteles inquit, Satyri Samij aures amicos eius cera  
obstruxisse in causa agenda, ne omnia per iracundiâ con-  
funderet, auditis aduersariorum conuitijs.

Plutarchi.

Serui nuper empti nō querunt an superstitiosus aut in-  
uidus sit dominus, sed an iracundus.

Eiusd. in lib.  
de calumnijs.

Hoc in primis est opus naturæ, ut cohibeat & modere  
tur imaginationis impetū ad decori & utilitatis regulam.

Ruff.

Ignobilis & imprudentis hominis est, ideo se facillè con-  
temptum iri à ceteris existimare, quod primos hostes non  
modis omnibus offenderit. Afferimus enim aliquem extra

Eiusdem

contem-

contemptum esse quidem, eo quod nocere queat: sed multa magis non contemni illum, qui beneficijs iuuare potest.

Aristot. in lib.  
de uirtutibus.

Iracundia uitium est partis animosæ, qua homines facili ad iram commouentur.

Ibidem.

Iracundiæ autem species sunt tres, excandescencia, seuitia, & indignatio. Est autem iracundi, non posse ferre ne modicos quidem sui contemptus, neq; sortem inferiorem: promptum ad uindictam & inimicem esse, & de facili ad iram factio uerbouè quouis moueri. Affectatur autem iracundiam ingenium præceps & inconstans, & sordida liberalitas. Item poenitentia, & paruus ob res dolere uel quædere: atq; ita temerè, subito, & per breue tempus affici.

Democriti.

Imprudens est omnis contentio: dum enim hostem quo pacto ledat, respicit, propriam utilitatem negligit.

Aristippi.

Aristippus Cyrenensis philosophus cū succensere quendam uidisset, ac uerbis indignari, dixit: Ne uerba per iram proferamus, sed uerbis iram compefcamus.

Naucrates sapiens iracundis simile quid accidere dixit quod lucernis, quæ copioso oleo magis inflammantur.

Aristoreth.

Iracundia est perturbatio immanis affectione, dura & uiolenta potentia cædium causa, calamitatis socia, iacturæ concilians, & dedecus, pecuniarum perniciēs, & ad hæc perditionis origo.

Antiphontis.

Ceterum sapientem uirum non rectius alium iudicaueris, quam illum qui sese contra momentaneam iræ titillationem munierit, & potuerit ipse frenare, ac uincere seipsum. Contra, qui iræ uoluerit indulgere, huic sanè deteriora præ melioribus placent.

Epicteti.

Si quem cum minis & impetu uolueris aggredi, memento præmeditari, humanum esse tibi mansuetumq; ingenium.

Et quod poenitudo damnumq; te sequutura sint, si quicquam immane commiseris.

Iratum ab insano, tempore tantum distare puta.

Catonis Maioris.

Apparet iram parere maledicentiam: itaque mater est inciuilis.

Aristonis.

Quæcumq; ira commoti faciunt homines, ea necessum est cæca sint, & imprudentia, & omnino errata. Non enim fieri potest, ut concitatus ira, ratione utatur. Omne autem quod sine ratioe fit, inartificiosum ac peruersum est. Proinde rationem oportet agendorum ducem constituere, ac ita demum actiones uitæ aggredi, iram interca contingentem semper castigando, ac cui-tando, ut naucleri fluctus aduoluendos. Est enim sanè nõ minor metus, ne ira nimium aduersa, ceu proræ fluctus, & sui autorem, & familiam funditus perdat, cuertatq; nisi quis per industriam præternauiget, &c.

Plutarchi.

## DE COGNOSCENDO SEIPSVM,

Sermo XXI.



Momo cum sis, id fac semper intelligas, & melius mineris.

Philemonis.

Cognosce teipsum: non temerè, crede mihi, Hoc dictum celebre apud Delphos est.

Eiusdem.

Nosces teipsum, si negocia Inspereris tua, & quid faciendum tibi.

Menandri in

Carazon.

Diphili.

Antiphontis.

al. Antiphantis.

nis.

Menandri in

Thralysonæ

Iucundius uiues, si noueris quid homo sit.

Si mortalis es uir optime, mortalia sapito.

Multis sanè modis non bene dictum est,

Cognosce teipsum: foret enim utilius si diceretur,

Cognosce alios homines.

Aeliani in uaria historia.

Cum in Charonea Philippus Athenienses uicisset, animum elatum ratione compefcuit, ne quid per contumeliam & factum committeret. Ideoq; sibi consuluit, ut quotidie in aurora ab aliquo puerorum se hominem esse commemoreretur.

Ex Aristophani Tomar.

Heraclitus adhuc iuuenis omnium erat sapientissimus, seipsum enim nihil nosse cognoscebat.

Demonax interrogatus quando cepisset philosophari, tum dixit, cum cognoscere meipsum incepi.

Socrates roganti cur nihil scriptum ederet: respondit, Quia uideo chartam multo preciosiore, quam scribenda forent.

Theocriti.

Theocritus querenti quare poemata non scriberet, dixit: Quoniam ut libet, non possum: ut uero possum, non libet.

Biantis.

Contemplare uelut in speculo tuas actiones, ut honestas quidem magis ornas, turpes uero abscondas.

Prouerbium.

Nosce teipsum, Theophrasto teste in libro de Parmijs, prouerbialiter usurpatur. Multi Chilonis hanc sententiam faciunt: Clearchus autem diuinitus ipsam Chiloni dictatam scribit.

Chilonis.

Chilo quid difficilimum interrogatus, seipsum agnoscere respondit. Vnumquenque enim multa ex cæco sui amore sibi attribueret.

Alexander postquam ex diurno morbo conualuit, nihilo se deterius affectum dixit: admonuit enim nos ægritudo, ne altum saperemus, ut pote mortales.

Phtarchi ex libro de animi tranquillitate

Potatio quidem uini, & ingestio carniū, ualidum corpus efficiunt ac robustum, sed animum imbecillum. Item assiduum pecunie studium, & conseruatio, auget quidem

quidem opes: sed animi moderatio & temperantia, magnum sunt ad philosophiam uaticum. Itaq; nō quiduis unicuiq; conuenit, sed oportet sententiæ Apollineæ modererum seipsum agnoscere, deinde unum aliquod aptū ingenio suo studium sequi, non aliud aliās uitæ genus amalandō, distrahere naturam, eiq; uim facere.

Nulla debes aliena præstantia gloriari. Equus quidē clatus si de seipso iactabundus diceret, Quam sum egregius: foret utiq; tolerabile. At si tute dicas, Ne equum egregiū possideo: nihil aliud quam de bono equo superbis. Tuum autem quid est? Nempe solus opinionum usus, quem si secundum naturam habueris, tum gloriare: ita demum enim de propria excellentia gloriaberis.

Oportet expectare bona, deosq; rogare ut ea nobis conferant: omnia autem humana existimare.

Equidem rerum cœuentus omnibus hominibus sunt obsecuri, & momenta occasionum parua ad res maximas cause existunt: ideo in secunda fortuna moderatos nos præstare, futurisq; prouidos oportet.

Nunc uero cum homo quispiam existens ignoret bonos homines & malos, nonne suipsius etiam ignarus erit, bonusne sit an malus? Admit. Seipsum ignorare, sapere an desipere est? Desipere. Seipsum itaq; nosse, sapere est? Est, inquit. Hoc igitur, ut uidetur, & inscriptio quæ in Delphis est, præcipit, prudentiam scilicet & iustitiam colere. Apparet. Hac eadem & recte cohibere scimus. Admit. Quæ ergo recte cohibere scimus, ea utique iustitia est. Quæ uero & nos ipsos, & alios dignoscere possumus, prudentia. Videtur. Eadem igitur est iustitia atq; prudentia. Apparet, Quin etiam ciuitates tunc

Ex Epicteti Enchiridio.

Demosthenis ad Lepunens.

Ibidem.

Platonis in a-matoribus.

optime gubernatur, cū iniusti dāt poenas. Vera narras.

Xenophontis  
lib. 4. de di-  
as & factis  
Socratis.

Tum Socrates: Dic mihi ô Euthydeme, ait, fuisti ne unquā apud Delphos? Et bis, inquit, mehercle. Considerasti itaq; ait, in templo scriptam illam diuinam sententiam, Cognosce teipsum: Ita, inquit, Vtrum, ait, nihili illā fecisti, an conatus fuisti teipsum qualisnam sis, considerare? Non, inquit, mehercle: putabā enim bene hoc scire. Nam si meipsum ignorarem, quid aliud scirem? &c.

Eusebium in  
Charmide.

Neq; me pudebit fateri aliquid aliud non recte dixisse, potius quā consentire, ut qui seipsum ignorat, sit temperatus. Fere nāq; hoc ipsum temperantiam esse arbitror, seipsum cognoscere: illiq; assentior, qui præceptum hoc templo Apollinis ipsius inscripsit. At qui uideatur hæc inscriptio, tanquam Dei salutatio quædam ad homines, qui templum ingrediuntur, eius loco quæ gaudere iubet: quasi non probe dicatur, Gaude: Neque iubere nos inuicem deccat, sed temperatē potius uiuere. Ita homines templum ingrediētes, singulari sententia Deus alloquitur, aliterq; quā homines, nos salutat, ut sensit ille, meo iudicio, qui inscripsit. Et ingredientī nihil præcipit aliud quā uiuere temperatē. Verum obscuris hoc præceptum uerbis tanquam uates interserit. Quippe cognosce teipsum, idem est quod temperatē uiue, ut literæ testantur, egoq; interpretor, &c.

Porphyrus ex  
sermone. 1. de  
hoc dicto,  
Nosce teip-  
sum.

Quale nam fuit, & à quo profectum sacrum illud Pythicum præceptum, quod Deo supplices futuros, cognoscere sese iubet? Neq; enim Deum, ut par est, culturum: neq; noti compotē fore eum, qui ignorantia sui laboret, significare uidetur, &c.

Ibidem. Sed forte hæc Apollinis sententia accipienda fuerit

hæc.

tanquam dicentis σοφός τις, id est temperans esto: uel secundum Græcam etymologiam, σοφία τὴν ἡσέμεσιν, id est, prudentiam serua σοφονεύων enim, id est, temperantia, nomen apud Græcos habet quasi σοφονοία diceretur, hoc est integritas prudentiæ. Ita uerò nimirū ad animā prudentiæ capax de præcipua causa, qua prudentes efficiuntur, sermocinaretur, seruare seipsum admonens, &c.

Porro studium admonitionis cognoscendi seipsum ad beatitudinis consequutionem pertinet, quæ quidem ex affectu circa sapientiam confisit, & ex speculatione boni circa sapientiæ comparationem, & uerè entium cognitione. Speculari igitur & cognoscere iubet Apollo unumquēq; suam uerè essentiam, non ut philosophemur, sed ut sapientes effecti beatitate fruamur. Nanque consecutio essentiæ nostræ ueræ entis, cuiusq; uera cognitio, sapientiæ consecutio est. Siquidem sapientiæ proprium est, ueræ essentiæ rerum uera scientia: per sapientiam autem perfectæ beatitudinis possessio comparatur.

Eusebium ex  
libro. 4.

Est autem omni ex parte ignoratio sui mala, siue quis intus suæ dignitatis amplitudinem ignorans, diuinam in se partem neglectam humiliet: siue extra humilitatē natura sibi appositam ignorans, ob extrinsecā extollatur, nesciens omnem naturā mortalem ita se habere prorsus, Ut puer accumulans multum per litus arena. Vnde sibi fingit permultū, sed omnia statim Confundit manibus ludens, pedibusq; repulsi.

Hæc sententia, Nosce teipsum, pertinet ad omnem existimationem, quæ de præsentī aliqua facultate concipitur, modumq; cognosci præcipit ubiq;.

Diuinum hoc & primū homines præceptū discimus,

Agapeti ad  
Iulianum.

ut noscat quisq; seipsum. Nam qui sese nouit, Deum cognoscet, qui Deum nouerit, Deo assimilabitur. Similis autem fiet Deo, qui Deo dignus fuerit. Deo autem dignus fit, qui nihil Deo indignum committit: sed cogitat res diuinas, & quæ cogitat loquitur, & quæ loquitur facit.

## DE SUPERBIA,

## Sermo XXII.

Euripidis.



Rauis fastus ex improbi hominis opinione nascitur.

Eiusdem in Glauco.

Quicumq; ciuium uir arrogans fuerit, Is nec amicis, nec toti ciuitati familiarem se præbet, ac affabilem.

Sophranidis.

O infelices ut plurimum, minimum uero felices Mortales, quid gloriamini propter potestates, Quas una lux uel dedit, uel abstulit? Cùm primùm aliqua fortuna affulserit, homines nihili illico Ad cælos caput erigitis, interea dominum Orcum, seu Plutonem astantem non uidetis proximè.

Euripidis.

Cùm uideris in sublime quempiam elatum, Splendidis gloriantem opibus, ac genere, Supercilioq; supra sortem suam fastuosum, Illius celerem diuinitus expecta breui uindictam.

Eiusdem.

Quis aliquid magni de homine sibi polliceatur, Quem quælibet occasio totum abolet? Vbi, aut quomodo latebis? Quis nobis est fidus amicus? Quæramus. Opinio malum est hominibus, Et magni conatus ut plurimum aberrant.

Mortalibus morbos parit quicquid mediocritatem superat.

Homi

Homines deorum decus usurpare non conuenit.

Menandri.

Quàm stulti sunt superciliosi homines, Qui dicunt, considerabo: Quasi si quis hominum Infortunium incidit, aliquid consilio tuo efficere queat. Quin res sua sponte in utilio rem partem Eluunt: & si dormierit aliquis, itidem in contrariam.

Chæremonis Menandri in Gubernatoribus.

Omnino pars superior non sinit superbire. O miserimi terq; quaterq; Omnes, qui de sese magnifice sentiunt inflati. Ignorant enim illi hominis conditionem.

Eiusdem.

Omnis insipiens, Arrogantia & plausibus capitur. Videte tyrannum, ut orbis senex

Euripidis in Alcæone.

Eugit: Mortalem autem non decet altum sapere. Tacere sapientem potius est, quam uerbis Contendere. Ceterum huiusmodi ne mihi contingat amicus,

Euripidis in Acæolo.

Neq; contubernalis, qui satis multa sapere se Sibi persuadet, & pro seruis amicos æstimat. Qui ualde sunt inflati, superiores sermones Aegre ferunt ab inferioribus audire.

Eiusdem in Andromache Demonactis. Euripidis in Baccho.

Mortales cùm nati sitis, ne supra deos uos crexeritis. Nimis sapere non est sapientia, Et non secundum mortalem sapere naturam. Aeuum est breue, in quo Qui magna sequitur, Præsentem conditionem non bene sustinet. Huiusmodi sunt mores insanientium, Et stultorum hominum, ut ego iudico.

Iupiter nimis superbos castigat.

Nimirum tibi uidetur argentum, adolescens,

Menandri.

Non modò rerum necessariorum indies  
Precium exhibere posse, ut panis, polentæ,  
Accti, olei, sed quippiam hisce maius.  
At immortalitatem nunquam tibi conferret, neq; si col  
legeris  
Copiosa illa, ut fama fert, Tantali talenta.  
Sed cum obieris mortem, aliquibus post te relinques.  
Ad quid hæc dico? Videlicet tu quoq; & si fueris ditif  
simus.

Nihil argento crede, neq; etiam pauperes  
Nos spreueris, sed felicitate tua semper  
Exhibeas teipsum spectantibus non indignum.

Sophoclis in  
Aiace flagelli  
fero.

Video enim nos aliud esse nihil, præter  
Simulacra quedam, quotquot uiuimus, aut umbrã leuẽ.  
His igitur consideratis, fastuosum  
Nullum unquam dixeris in deos uerbum,  
Nec aliquo modo superbieris, si quopiam amplius  
Aut polles manibus, aut copia diuitiarum.

Ibidem.

Magna etenim & inuutilia corpora  
Labefactari grauib; à numine calamitatibus  
Vates dicebat: ut si quis humana conditione  
Natus, deinde non secundum hominem sapiat.

Eiusdem.

Mortalia sapere oportet mortalem naturam, istud  
Scientes, quod non est quisquam præter Iouem  
Futurorum dispensator, quæ conuenire oportet.

Eiusdem in  
Colchidib;  
Eurypidis in  
Alcinæone.

Decet mortalem pro hominum sorte sapere.  
Oportet eos quibus aspirauit aura fortunæ sinistra,  
humiliter

Hippothenis

Loqui, non fastum superioris usurpare sortis.  
Homo cum sis, fortunam meminere communem.

Quam.

Quamuis rex natus fueris, audi tamen ut mortalis. Sotatis.  
Quid tum, quod procul expuis? multa abundas pituita.  
Vestem elegantem fers? at hanc ouicula prius habuit.  
Aurum geris: hæc fortuna inconstans est potentia.  
Opibus affluis: hæc uis est iniqua temporis.  
Superbis: huiusmodi est stultitiæ iactantia (uel hinnitus).  
At si temperantiam seferis, diuinum donum est.  
Eit autem temperantia, si teipsum metiaris.

Cum suis mortalis, operam da, ut quæ retro sunt, ididol.  
uideas.

Quo tibi maxime places, id ipsum te pessundabit: Menandri in  
Nepc opinio, qua tibi aliquis esse uideris: perdidit enim Empiriz  
alios etiam infinitos. menec.

Humilitas tua, si qua grauitas accesserit, pulchra  
Apud alios uidebitur, o charc uir: sin tute feceris  
Abiectum teipsum, & pro nihilo duxeris,  
Domesticus esse contemptus, & ludibrium apparebit.

Quod non gnauiter laborauit, bonam fortunam na- Menandri in  
ctum est. Canephora.

Felicitas solet excitare superbiam.

Concede necessitati, & deos non impugna.

Quin aspicer: me sustineto, & elationem animi

Remitte. Maxima quæq; persæpe numen

Humilia reddidit, iterumq; contraxit.

Socrates Alcibiadem intutus ob diuitias inflatum, & Ex historia  
superbientem opibus, prædijsq; in quendam ciuitatis lo Acliani.

cum duxit ipsum, in quo suspensa erat tabula terræ cir-  
cuitum complexa. Iussit igitur Alcibiadem Atticam in  
ta requirere: quam ut inuenit, sua etiam prædia inspice. Socraten  
re præcepit: quæ cum Alcibiades nusquam esse picta di-

M 5 ceret:

ceret: Cur igitur, Socrates inquit, ob illa superbis, que circa nullam terræ partem existunt?

**Demosthenis** Tantum abest, ullum illorum qui solide docti sunt, quicquam de sese gloriosius dicere, ut alio etiam dicente erubescant. Qui uerò longius à uera, quàm sibi ueniant dicant, doctrina absunt, propter inscitiam uerba molestissimè audienda de seipsis proferunt.

**Socratis.** Apud superbiam ceu apud malum figulum aut statuarium, peruersas rerum imagines uidere est.

**Eiusdem.** Superstitio superbie tanquam parenti est morigera.

**Eiusdem.** Utres quidem inanes spiritus distendit, stultos autem opinio.

**Eiusdem.** Socrates interrogatus mechanici qui essent: qui sui similes spernunt, respondit.

**Phavorini.** Nunquam quidem de te superbam opinionem concipies: neque contra nimium de te humiliter senties.

**Diogenis.** In arrogantia, quemadmodum in armis inauratis, non similia sunt interiora exterioribus.

**Eiusdem.** Fastus tanquam pastor quoquo libet uulgus hominum ducit.

**Democriti.** Desinit in malà infamiam, qui cū superiore cōtendit. Democrates iam senex ascendens in arcem Athenis perquam anhelosus, idem se facere dixit, quod uniuersa ciuitas Atheniensium soleret, nempe se magnum quidē spirare, parum autem ualere.

**Xenophontis** Arrogantis nomen usurpari mihi rectè uidetur, in illis qui se simulant esse ditiores & fortiores quàm sint, & ea se facturos promittunt, quæ prestare nequeunt, idq; manifesto facere uidentur, accipiendi quippiam & lucrandi gratia. Caterum ij qui risum moliantur inter conuer-

conuersantes, neque suum ob quæstum, neque auditorum iacturam, aut ullum aliud damnum, quo pacto illi non urbani potius & faceti, quàm arrogantes nominabuntur?

Uidetur autem mihi, ô Domine, difficilius inueniri Eiusdem lib. 8. de pædia Cyri. uir, qui secundam fortunam bene ferat, quàm qui aduersam. illa enim in plerisque contumeliam, hæc autē temperantiam in omnibus gignit.

Vides eximia animalia ut fulminet Deus, neque suis Herodoti ll. 1. historia. opinionibus uti sinat: exigua uerò facile fert. Vides etiam ut in edificia maxima semper, & celsissimas arbores cœlestia tela ingruant. Solet enim Deus eminens uia queuis castigare. Ideoque magnus quoque exercitus ab exiguo sternitur, cum Deus inuidens aut metum ipsis intulerit, aut tonitrua, unde condignam se perditionem incidunt. Non sinit enim Deus alium præter se alium sapere.

### DE AMORE SVI, Sermo XXIII.

**Intolerabile est, cum quis inspiciens sibi sapere uidetur.** Euripidis al. Critæ.

**Lynci sumus aliena uidendo mala:** Socratis.

**Quod si quid ipsi committimus, non agnoscimus.**

**Quam nullus in se sua mala uidet Pamphile** Menandri.

**Euidenter: est alius si quid indecês egerit, facile uiderit.**

**Qui ea solū inspicit & expectat, quæ sibi cordi sunt,** Euripidis, al. Menan. in Aspide.

**Ne ille ueritatis absq; ratione iudex est.**

**Omnes in admonendo sapimus.** Euripidis.

Sed

Sed cum ipsimet aberramus, haud aduertimus.

**Aesopi.** Aesopus unumqueng nostrum duas ferre peras ait. bat: alteram ante nos, alteram à tergo: et in anteriorem quidem alienos errores condere, in posticam uero nostros, i deoq; non uideri à nobis.

**Ex Aristony mi Tomarijs.** Nonnulli non secus sibi philosophari uidentur, quam ebrii homines esse sobrii. Socrates dicebat, si quis in theatro coriarios surgere iuberet, eos solum surrecturos: similiter si fabros ararios, textores, aut alios generatim. Si uero prudentes aut iustos, hic omnes exurreturos fore. Est autem hoc in primis in uita damnosum, quod cum hominum pars maxima stulta sit, sapere tamen sibi uideatur.

**Demosthenis** Quare facillimum est omnium, seipsum decipere: quod enim quisque cupit, id etiam animum inducit, & sibi persuadet. Res aut ipsa frequenter nõ ita se habent.

**Diogenis.** Diogenes dixit, hominum aliquos opportuna loquentes non intelligere seipso: sicut lyra egregie resonantes non sentiunt.

**Herodoti.** Si quis omne genus legum proponeret hominibus, & optimas sibi consideratis omnibus deligere iuberet, singulis suas recepturi essent. Ita quilibet omnium longe praestantissimas suas esse leges existimant.

Ambitio improba res est.

Ne malum malo medicare.

Multi iam dum materna quaerunt, amifere paterna.

**Platonis.** Plato consulcbat, ut cum aliquos irridere uoluermus, conuertamur ad nosipso, & uideamus, ne ipsi eisdem uitij laboremus. Amor enim sui multa celat, & circumoperit in illd qui magis irridere solet alios.

Pleriq;

Plerique homines propria peccata defendunt, accu-  
sant aliena. Apostonij ad Saryum.

Multi cum seipso amare uideantur, non uere amant. Eusebij.  
Quare sibi ubiq; indulgentes, perperam gratificant, in maxime contraria desideratis incidunt.

Plurimi cum uelint haberi quam consultissimi, si qua Eiusdem.  
in re familiarissimi, & beneuoli ipsis homines eos dehortentur, nolunt à cõfirmato semel intra se proposito recedere, sed ne redarguantur à consilio suo tanquam prauo desistere, permanent in proposito, donec tandem inde profecta incommoda sentiant.

Ipsam sese falli à seipso, res est omnium pessima. Cum Platonis in Cratyl.  
enim impostor ipse ne minimum quidem discedat, sed semper adsit quo pacto non graue foret?

Omnium uerò maximum quoddam malum in multorum hominum animis est innatum. Cuius quidem cum facile sibi ignoscant, remedium nullum excogitant. Est autem hoc quod dicere solent, quod natura sibi quisque amicus est: recteq; est, ita id se habere. Sed reuera nimius in seipsum amor omnium peccatorum omnibus semper est causa. Occacatur quippe circa occacatũ, qui amat. Quapropter qui se amat, cum seipsum magis quam ueritatem honorandum putet, quid iustum, bonum, & pulchrum sit, male iudicat. Decet sane cum qui magnus uir futurus est, neque seipsum, neq; sua diligere, sed iusta semper, siue à seipso, seu ab alio quouis gerantur. Ex hoc ipso delicto accidit omnibus, ut ignorantiam suam esse sapientiam opinentur: hinc fit, ut quamuis nihil, ut ita dicam, sciamus, scire tamen omnia arbitremur. Cum uerò nec alijs committamus facultatem agendi quae ipsi facere

Eiusdem ex 5. legum.



cere ignoramus, facientes ipsi errare cōpellimur. Quā obrem nimium sui ipsius amorem fugere quisq; debet, et meliores sequi, nullo rubore uerecundia impeditus.

## DE CONSCIENTIA,

## Sermo XXIII.

Diphili.



Vis quis enim ipse non seipsum ueretur, Conscium sibi quod mala commiserit, Quomodo apud nescientem pudefieret?

Pythagore.

In primis autem reuerere te ipsum

Menandri.

Qui aliquid sibi conscius est, etiam si fuerit audacissimus,

Conscientia tamen facit ipsum timidissimum.

Sophoclis.

Si quis in furto palam deprehendatur, illum tacere necessum est, licet eloquentissimum.

Euripidis in Oreste.

O miser Oreste quid morbi te perdit?

Or. Conscientia: sum enim mihi conscius de malis perpetratis.

Sophoclis.

Magna profecto res est, si quis de innocentia sua sibi conscius sit.

Antiphon.

Conscium esse sibi in uita sua Nullius criminis, multum uoluptatis parit.

Pythagore.

Vir iniquus plus mali patitur afflictus conscientia, quā ille qui in corpore castigatur, & flagris caditur.

Isocratis ad Demonicum.

Nunquam sperare debes, si quid turpe feceris, te latiturum. Quamuis enim lateas alios, tute tamen tibi conscius eris.

Eiusdem in Nicocle uel Cyprijs.

Nihil calandum est prorsus illorum, quæ quis possidet, aut facit, aut facturus est. Siquidem circa res latentes necessario multum timoris & metus contingit.

Bias

Bias interrogatus, quænam res in uita metu careret: Biantis. Bonæ conscientia, respondit.

Periander interrogatus, quid esset libertas: Recta Periandri conscientia, dixit.

Socrates rogatus, qui nam tranquille uiuerent: illi, Socratis. inquit, qui nullius absurditatis sibi conscij sunt.

Quis enim minime timidus, animosus autem maxime Diogenis. fuerit, quàm ille, qui nullius mali sibi conscius est?

Facinorosa conscientia, instar ulcers in corpore, poenitentiam relinquit in anima lancinantē iugiter ac peruellentem. Nam cum alias omnes tristitias tollere ratio solita sit, poenitentiam hæc eadē cum pudore, quasi modicus impetentem sese atq; excarnificantem promouet.

Quemadmodum porrò qui rigente febre perfrigescunt, aut aestuante exuruntur, acrius infestiusq; afficiuntur, quàm qui aestu rigoreue exteriori hæc eadem patiuntur, sic obtusiores tristitias habent fortuita & temeraria, ut pote aduentitias. Atqui illud,

Nemo mihi alius inculpandus est, sed ego ipse: cum sceleribus perpetratis succlamari flebiliter solet, graue suapte natura uulnus, grauius etiam facit, atque altius adigit.

Aemulemini non opulentissimos, sed de nullo crimine sibi conscios. Cum hac enim fortuna suauissime quis uitam agere poterit.

Isocratis in Nicocle uel Cyprijs.

## DE MEMORIA,

## Sermo XXV.



Memoria uel nomine suo Græco cuius ostendit, Platonis in Cratylō. quod mansio quædam sit, non autem motio. Ex Aristotele de Memoria matum

matum

matum memoriam nominari, ac eorundem ruminatio-  
nē, reminiscentiam esse. Caterum non eosdem qui memo-  
ria præcipue pollent, reminiscentia quoq; ualere: sed plu-  
rimum accidere solēt memoria præcellant, qui tardo in-  
genio sint: reminiscentia, qui uigore animi, celeritate, do-  
cilitateq; præstant. Præterea memoriam à phantasia dis-  
ferre, quod hæc sit motio sensus aut cogitationis agen-  
tis. Vtrunq; enim similiter appellare nos phantasmata.  
Illam uerò ceu picturam animæ quandam esse. Mol-  
tum enim à sensu factum in anima quodammodo signare  
& imprimere formas, quales ab annulis & signaculis  
imprimuntur.

Ex Platonis  
epistola ad  
Dionysium.

Maxima studiorum est conseruatio, si non scribantur,  
sed ediscantur. Fieri enim non potest, quin scripta nobis  
excident, &c.

## DE OBLIUIONE,

Sermo XXVI.

Sophoclis in  
Syndipno.  
Locus appa-  
ret correptus.  
Euripidis in  
Oreste.



Obluio Pieridum odiosa & inamabilis,  
Misere uitæ breuem isthmum continens.  
O uenerabilis obliuio malorum, quam sa-  
piens es,

Et infortunatis exoptata dea.

Et obliuionem rebus omnibus priuatam, surdam, mi-  
tamq;.

O quam iucundam est infortunatis uel parum  
Temporis obliuisci præsentium malorum.

Est enim obliuio, exitus memoriæ.

Quod enim dicitur meditari, quasi exierit scientia di-  
citur. Obluio nanq; scientiæ exitus est.

Sophoclis in  
contiuencia  
Sæyri.  
Eiusdem in  
Mytis.  
Platonis in  
Philebo,  
Eiusdem in  
Symposio.

## DE IUREIURANDO,

Sermo XXVII.



Iureiurandum nec iustum, nec iniustum usur-  
pandum est.  
Iuramenta non fidem afferunt uiro, sed uir  
iuramentis.

Chæcili in  
Pesticide.

Æschyli.

Firmum est iuramentum, si solum annuero.

Quisquis enim iuranti nihil credit,  
Ille met facile peierare scit.

Amphiclis.

Antiphantis.

Hæc, cum aliquis contemnit iurantem,  
Cui antea unquam commissi periurij non est conscius,  
Tum ille mihi deos ipsos contemnere uidetur,  
Ac prius aliquando iurans ipsemet peierasse.

Apposito iureiurando cautior & diligentior  
Animus fit. A duobus enim sibi tum cauet,  
Et ne ledat amicos, & ne peccet in deos.

Sophoclis in  
Hippodami.

Præsentem flagello non postules amplius iuramentū.

Apollodori:  
Antiphantis  
al. Antiphani.

Qui iuramentum à malo uiro postulat, insanit.

Contrarium enim nunc dii faciunt.

Nam si quis peierarit, continuo

Ille qui postulauit iuramentum, fit attonitus.

Merito nimirum, quia credidit improbo homini.

Sapientem non oportet iurantibus,  
Sed ipsis rebus semper habere fidem.

Alexidis in  
Olynthijs.

Eatenus amicis & familiaribus auxiliandum est, qua-  
tenus periurium non admittitur.

Lycurgi.

Sacramentū oblatū tibi, duobus de causis iurato, uel ut te  
ipsum turpi suspitione liberet, uel ut amicos ex magnis pe-  
riculis eripias. Pecuniarū uerò gratia, etsi uera diciturus sis,  
nullū deū iuraueris: sin minus, alijs periurus, alijs auarus  
uideberis.

Iococrati ad  
Demonicum.

Ex enchirid.  
Epicteti.

Iuramentum deprecare, si quidem fieri potest,  
Omnino: sin minus, saltem quoad eius potest.

Eusebij.

Multi homines adhortantur, ut in iurando probi sint  
& fideles. Ego uerò ne principio quidem facile iurare/  
ligiosi uiri officium existimo.

## DE PERIURIO,

## Sermo XXVIII.

Sophoclis



Iuramentis enim & mulier fugit acerbam  
Parturiginem liberorum: ast ubi malum abiicit,  
Eisdem in retibus capitur,

A presenti cupiditate uicta.

Venerum iusiurandum non constitutam habet  
poenam.

Callimachi

Iurauit quidem, sed ut aiunt, amatoriam  
Iuramenta deorum non subeunt aures.

Diphili.

Idem est iuramentum meretricis, & popularem  
captantis auram.

Uterq; enim iurat apud illum, qui cum loquitur.

Sophoclis.  
Euripidis.

Nullum iusiurandum graue est furi & impostori.  
Lingua iurauit, sed iniurata mens est.

Menandri.

Aetate nostra fides omnis confunditur.

Hesiodi in  
Theogonij.

Et iusiurandum, quod quidè plurimū terrestres homines  
Lædit, si quis ipsorum sponte peierauerit.

Democriti.

Iuramenta, quæ iurant adactū necessitate, non seruant  
mali homines, postquam periculum euaserunt.

Euripidis.

Non enim intellectu caret  
Numen, sed potest intelligere quenam sint male  
Facta iuramenta, & necessitate coacta.

Euphronis in  
cōcione deo.

Nonos tibi confinge deos,

Vt ne sepius antiquos offendas periurij.

Faciles mihi ad laudam ueniam dii uidentur,

Euripidis.

Si quis iurando mortem effugere cupiat,

Aut uincula, aut malam hostium uolentiam.

Aio unumqueng; qui uoluntatem peierandi habere ui/  
detur, aut qui peierat uerbis, etiam si factum quod comita/  
tur periurium non contingat, siue per fortunā aliquam, siue  
quod noluerit ille, cuius erat postulare: nihilo secius periur/  
um esse animo, & non minus meritū esse poenam periuris  
prescriptam, quā ille qui re ipsa peierauit.

Eusebij.

Cleantes dixit, iurantem eo ipso quo iurat tempore, ue/  
rè iurare aut peierare: nā si ita iuret tanquā facturum, quod  
iusiurandum attinet, uerè sancteq; iurare: sin proposito dis/  
sentiente, tanquam non facturum, peierare.

Cleantes.

Chrysippus differre dicebat uerum iurare, & fideliter  
iurare: itè peierare, & falsum iurare. Id quod iuratur enim,  
quo tempore iuratur, aut res uera, aut falsa sit necessum est.  
Siquidem ipsa iurandi forma cum axioma, id est pronuncia/  
tum constituat, uera sit oportet, aut falsa. Ipsum uerò iuran/  
tem quo tempore iurat, nō statim aut periurū esse, aut fide/  
lem necessariū est, quādo nondū adest tempus, ad quod ceu/  
terminū iusiurandum refertur. Nam sicut aliquis dicitur be/  
ne uel male pæisci, nō cum pactū committitur, sed cum præ/  
scriptū præstandi cōuenta tempus accessit. Itidem quis aut  
fideliter aut perperā iurare dicitur, cum adfuerit tempus,  
quo iuramento se satis facturum pollicitus est.

Chrysippi.

Hoc primum & præcipuū est, quod deorum sacramen/  
ta nos hostes inuicè esse prohibet. Ea uerò si quis neglecta  
sibi conscius est, illum ego nequaquā beatū existimaucrim.  
Diuinitus enim illatū bellum, haud scio qua quis aut celeri

Xenoph. lib.  
2. de expediti/  
one Cyri.

tate effugere possit, aut quib. in tenebris latere, aut in quò munimèto arcere. Etenim omnia dijs ubiq; sunt obnoxia, et æquali potentia reguntur ab ipsis omnia ubiuis gentiū.

Herodoti lib.  
1. Histor.

Ibidem.

Sine firma necessitate nō potest firma fides permanere. Aurum quidem homines arte Lydio lapidi affricantes, quod præstantius est cognoscunt. Hominem uerò probum nemo potest secum animo perpendens discernere. Talis ni mirum olim deorum uoluntate constitutio nostra facta est. Oportet autem fideles in amicitia esse; non duplici sententia inquinatū cor possidere, nec periuurium sancto iuramento præferre. Nam qui talis uir fuerit, diuinam quidem uindictam differt, interim uerò præsentium acerbā fruitione se stultus oblectat. Quis enim ignorat, quòd omne malū uindicta sua manet? Quamuis enim nō præsens poenā sit: nullum tamen lucrum affert dilatio temporis, sed tarditas poenæ grauitate tandem compensatur, &c.

DE ASSIDUITATE ET DILIGENTIA: & quòd ignauiā sit inutilis,  
Sermo XXIX.

Sophoclis in  
Thieste.



Amus quàm celerrimè. Non potest enim iusta diligentia unquam reprehendi.

Hesiodi in  
Operibus.

Sic quis ociosus respexerit alterum locupletem, is festinabit ut aret, plantetq; et rem domesticam ritè disponat: Aemulatur enim uicinus uicinum

Ditescentem. Est autem hæc æmulatio mortalibus utilis.

Ibidem.

Operando uiri pccuniosi fiunt & dites, Atq; laborans multo magis amatur à dijs. Non est autem dedecori laborare, sed ociosi.

Quòd

Quòd si labores, statim & ociosus aliquis æmulabitur te Ditescentem: diuitias uerò uirtus & gloria sequuntur.

Ibidem.

Verecundia inutilis uirum egenum occupat, Verecundia, quæ uiris multum obest, rursumq; prodest. Verecundia facit infortunatos: animositas fortunatos.

Ibidem.

Pecunie nō raptæ, sed diuinitus datæ plurimū præstât, Virtus autem per labores incedit.

Eiusdem in  
Heraclicis.

Boni uiri subire labores

Audent, & nusquam ulla in re sunt timidi.

Eiusdem in  
Iphigenia.

Labor enim, ut aiunt, bonæ fæmæ pater est.

Laboribus uendunt nobis omnia bona diui.

Eiusdem in  
Lycymnio.

Necessum est ut laborent, qui uolunt feliciter uiuere.

Epicuram.  
Critiæ.

Plures studio boni sunt, quàm natura.

Bona per labores augentur hominibus.

Euripidis in  
Erechtheo.

Labor assiduus omnia uincit.

Eiusdem in  
Archelaë.

Tibi dixi, ô fili, ut fortunam laboribus

Indages Honorari enim tuum patrem uides.

Nullus est, qui dum molli uitæ studet,

Gloriam adeptus sit: sed laborandum est.

Præstantes enim, & qui faciunt aliquid eximum,

Honoramus, ac uiros in ciuitate nominare dignamur.

Hesiodi.

Nunc sum ignauius, quia præteritos labores frustra tuli.

Genitos oportet quoad uixerint laborare.

Ignauia enim non alit frugalem uitam.

Menandri.

Nam si uel modicum modico coniunxeris,

Idq; frequenter feceris, statim fiet hoc quoq; magnum.

Omnia enim assiduitate conficiuntur negocia.

Euripidis in  
Andromeda

Gloriam affectus sum non sine multis laboribus.

Solet laborantem Deus pariter adiuuare.

Eiusdem in  
Brechtico:

Bona per labores augentur hominibus,

Voluptuosa autem uita, & mala timiditas

Nec domui, nec uictui quicquam profunt.

Haud poteris felix absq; labore degere,

Et iuuenem laborare nolle, turpis res est.

Pulchrum est etiam senem sapientie studere.

Nulla res magna sine labore ueniet.

Necessum est ut laborent, qui uolunt esse fortunati.

Omnia pulchra laborans consequitur.

Nihil non desiderium inquirentis inuenit.

Omnia possunt inueniri, si modo non laborem

Fugerit aliquis, qui rebus indagandis adheret.

Arsiduitate quælibet assequi datur.

Quantum delector ob exhausta mihi præterita mala,

Nisi enim tum laborassem, in præsentia non gauderem.

Nemo sibi laudem comparauit ex uoluptatibus.

Nullus enim focors celebris uir est,

Sed labores generositatem pariunt.

Laborantem pariter deus adiuuat.

Inueniuntur omnia quesita,

Nisi prius desistas, laboremq; fugias.

Cum enim homines quidam inuenerint

Partem aliquam in diuinis tanto spacio

Distantes, nempe siderum ortus, occasus, solstitia,

Defectum solis: quidnam ex rebus communibus

Et familiaribus hominem fugere possent?

Laborantem enim deus pariter adiuuat.

Multum oportet illum laborare, qui gloriosam laudem

consecuturus est.

Negligentia uero præsentis uoluptate

Fruens, dolores asserre solet in posterum.

Eiusdem in  
Cresis.

Æschyli.  
Sophoclis in  
Varibus.

Philemonis  
in Carapæu  
domeno.

Eiusdem.

Euripid. in  
Cæcro.

Eiusdem in  
Archelao.  
Alexidis in  
Orchestra.

Euripid. in  
Hippolyto.  
Theopæstis.

Sine fortuna enim, ut in prouerbio est,

Labor relictus, haud amplius grauis est hominibus.

Nulla enim ratio præteriti laboris habetur.

Laboris cum iam abiere dulces sunt.

Vias peculiare scrutantur, qui industrio sunt ingenio.

Non licet, o stulte, cum inertia

Ociosos eadem nancisci, quæ laborantes.

Non ab initio statim dii cuncta mortalibus ostenderunt,

Sed illi progressu temporis inquirentes singula, melius in/

ueniunt.

Nullum tibi tempus ociosum elabatur.

Si tibi sat temporis ad negocia sumpseris,

Perficiuntur, & domabuntur omnia.

Quæ pulchra sunt, infinitis laboribus comparantur.

Nulla in re oportet

Recte facientem omnino desperare.

Comprehendi possunt industria & labore

Omnia quæ inquiruntur.

Indigere cura dicunt sapientes.

Quod queritur, comprehendi potest: effugit autem

quod negligitur.

Requirit autem hæc res uirum animi patientis, &

laboriosum, qui singula

Cupidus experiatur, desideretq; & laboret,

Et qui discat, & à scientibus inquirat.

Non enim absq; labore finem dictis & factis

Altisonans Iupiter dare uult: sed etiam ipsi

Ad occasum anhelantes per æthera splendidum

Solem in curru lucentem equi perducunt.

Ante uirtutem dii sudorem posuerunt.

Euripidis in  
Siheneboæ.

Sophoclis.  
Eiusdem in  
Lacoonte.  
Agathonis.  
Philisci.

Xenophanis.

Hippocratis  
Apollodori.

Euripidis.

Menandri in  
Dyscolo.

Menandri in  
Banucho.  
Sophoclis in  
Oedipo.  
In præfatione  
Orphei de la.

Hesiodi in;  
Operibus.

Epicharmi. Conuenientib. laboribus uendūt nobis omnia bona dii.  
Tua enim patria laboribus proficit,  
Quietæ uerò ciuitates in obscuro sunt statu,  
Et obscure uident sibi metuentes.

Autiphanis. Omnia diligentia subijciuntur.  
Ex numerosa gutta, ut aiunt, perpetuo stillante,  
Excavaatur etiam lapis in scissuram.

Nō decet, amice, propter quod uis negociū adire fabrū,  
Neq; es alienum in omni re conflare. Quin tute  
Fabricato fistulam: fuerit enim tibi facile factū.

Epicharmi. Ceterum diligens industria  
Plus donat amicis, quā bonum ingenium.

Kuriadis in Telepho. Non enim Ulysses solus est disertus,  
Necessitas docet, & si quis tardus fuerit, esse sapientem.

Eiusdem in Androni. Nulla res necessaria turpis est hominibus,  
Sed iucundum est superstitem meminisse laborum.

Æliani. Solon Atheniensis Execestidæ filius, cum eius nepos ex  
fratre inter pocula carmē quoddā Sapphus cecinisset, dele-  
ctatus est illa cithilena, et iussit adolescentē ut eā se doceret.  
Cum aut quiddā interrogasset, quā ob causam hoc desidera-  
ret, respondit: Ut postquam ipsam didicero, moriar.

Eusebij. Voluntarij labores necessarij sunt laboribus in poste-  
rum euenturis, quos facilius tolerabit ille, qui sponte sua  
preexercitatus in ipsis fuerit.

Æliani. Demosthenes Demosthenis filius si postridie concio-  
nem ad populū habiturus esset, totam noctem præceden-  
tem uigilabat, scilicet ad meditando ac ediscendum que  
dicturus erat. Hanc igitur ob causam Pytheas, ut mihi uide-  
tur, torquebat in ipsum dicteria, inquit, sententias eius el-  
lychnia redolere.

Natura comparatum est, ut presentes absentium bonis  
fruantur, & ignauorum gnauū. Demosthenis  
contra Philip-  
pum

Diuturnum in operibus exercitium plus confert, quā  
pulchre instructi sermonis breuis adhortatio. Thucydidis.

Voluntarij labores inuoluntariorum patientiam leuior-  
rem efficiunt. Democriti.

Labor continuus consuetudine fit seipso leuior.

Voluptates uenari conuenit, quæ labores sequuntur, Antisthenis.  
non illas que præcedunt.

Plures sunt exercitatione boni, quā natura.

Democriti.

Perpetua cunctatio reddit actiones imperfectas.

Eiusdem.

Socrati in senectute citharam pulsanti & aberranti, di-  
xit quidam. Tūc adeo senex cithara ludis? Respondit So-  
crates: Atqui præstat sero quā nunquam discere.

Ferunt animum quandam cum quotidie paruū uituli sub/  
latum gestaret, & nullum diem intermitteret, tandem adul-  
tum quoq; bouem gestasse. Phauorini.

Tassus Hermioneus quidnam sapientius esset præ cate-  
ris, interrogatus: experientiam, dixit. Talsi.

Nullam gloriam diligebat, pro qua non laborasset.

Ex Christi

Victus autem non statim deserebat ea, in quibus uince-  
batur: sed modis omnibus experiebatur, ut aliās melius fa-  
ceret.

Aristotelis,  
Xenophon-  
tis Agestao  
in Xenophon-  
tis lib. 1. de  
Cyri institu-  
tione.

Cyrus regis est ex fratre nepos, ac filius, & magnæ re/  
gioni imperat: non tamen aut prandium aut cenam sume-  
re solet, antequam sudauerit.

Atqui nulli uirtuti, meā sententiā, operam dant homines, Ibidem.  
quo nihilo plus habeant uiri probi quā improbi: sed &  
hi qui præsentibus abstinent uoluptatibus, non id agunt, ut  
latentur nunquam, sed ut per hanc continentiam multo

maiore in posterum lætitiã fruuntur: & hi qui dicendo student cæteris antecellere, non hoc exercent, ut à bene dicendo nunquam cessent, sed quod existimant hac orationis præstantia, dum reddunt homines persuasos, fore ut & multa & magna bona ipsi consequantur. Et item hi qui hæc bellicas res exercent, non hoc laborant, ut à prælijs nunquam uacent, sed quia sperant, si rerum bellicarum gloria excellerint, futurum ut multas opes, multam felicitatem, maximosq; honores & sibi comparent & reipublicæ. Quod si qui uersati bellicis in rebus prius quàm fructum inde ullum susceperint, senectutem sibi imbecillam obrepere patiantur, simile quid mihi uidentur pati, ac si quis bonus agricola esse studuerit bene serendo, & studiose plantando: cum autem fructus recipiendus est, cum non conuehat, sed sinat rursus in terram desfluere. Item si quis pugil post multos labores exhaustos, & iam dignus uictoria redditis, sine premio tandem deficiat, nec hic quidem mihi uidetur amentia crimen effugisse.

Ut facilius & promptius labores illos sustineamus, quos uirtutis & honestatis gratia subituri sumus, hæc animo reputare secum utile fuerit: uidelicet quàm multa tolerant alij qui propter malas cupiditates: ut qui amant luxuriose. Et quantum sufferant alij lucrandi causa. Item quanta patiantur nonnulli, dum gloriam uenantur. Et quòd omnes isti spontè tolerant ærummas omnes. An non igitur iniquum foret, illos quidem huiusmodi pro nulla re honesta sustinere: nos uerò honestatis gratia, & declinandæ causa malitiæ (quæ planè pestis est uitæ nostræ) tum comparandæ uirtutis (quæ nobis bonorum omnium dux est) non quosuis labores promptè subire? Atqui uerbis exprimi non potest,

test, quanto præstantius sit eniti, ut cupiditates propriæ castigentur, quàm laborare ad uxore potiendum aliena: item frugalitatem exercere, quàm in comparandis pecunijs laboriosum esse, & operã dare ne sis ambitiosus, quàm gloriæ conquirendæ causa multis negotijs molestari, prætereã se ab omni inuidia immunem præstare quanto sit satius, quàm modum querere quo quis illi noceat, cui inuidet, & amicos sibi ueros conciliari potius laborem sumere, quàm quibusdam nomine solum amicis seruire, ut adulatores faciunt. In summa, cum labor omnibus hominibus necessarius sit, tum his qui præstantius aliquid, tum illis qui uilius quidpiam desiderant, absurdissimum est, eos qui præstantioribus operam dant, & magna præmia sperant, non multo in laboribus promptiores esse. Circumforanei quidem mirabilium autores per quàm difficilia negotia sustinent, & de uita sua periclitantur, alij quidem saltantes supra gladios præcipitati, alij supra funem ambulantes in sublimi, alij tanquam aues per ærem uolantes in quibus si contingat error, mortis periculum est. Omnia tamen ista mercedis exigue causa faciunt: nos uerò nihil sustinebimus laborum pro uniuersa simul felicitate? Nullus enim alius finis est bonitatis morum, quàm bene beateq; in posterum uiuere. Ad hæc merito natura quorundam animalium consideranda est, quæ nos plane potest ad capeffendos labores hortari. Coturnices enim & galli cum neque uirtutis, ut homo, nec honesti iustiq; notitiam habent, neq; laboris quicquam hisce comparandis insumant, pugnando tamen inuicem & mutuari sustinent, & mortem potius obeant, quàm superari se permittant.

At.

At quanto magis nos conuenit patientes ac tolerantes esse, cum honestas ob causas arumnis & laboribus fatigamur, uel ad opem ferendam amicis, uel iuuandam ciuitatem, uel pro uxoribus & liberis pugnandum. Ceterum ut boni, iusti, & temperati sint, quæ res omnium est maxima & præcipua, nullis mortalium citra laborem datur. Hinc inducor ut dicam, quod is qui laborem recusat, ferè seipsum condemnat tanquam bonus omnibus indignum: quicquid enim est ubiq; boni, labore cõparatur. Huiusmodi tum ille dicebat, & alia his similia, ad excitandum instigandumq; presertim ne laborem contemnerent.

Xenophontis  
in lib. de Ve-  
natione.

Hactenus de his, quæ in uenatione geruntur, cuius studio dediti magnam ex eo utilitatem capient. Nam corporibus bonam ualitudinem comparant, hinc uident audiuntq; magis, senescunt minus. Hæc ad bellum præcipue instituit. Primò quidem si uias difficiles sub armis ambulant, minus lassantur: nam labores sustinent quibus feras capere cõsueuerunt. Deinde poterunt humi iacentes quiescere, ad imperatoris edictum præsto esse, in aduendis hostibus inuadere simul, & imperata facere, cum feras ipsi hoc modo uentur. Nec uero in fronte locati deserunt acies, quia paratissimi sunt. At in hostium fuga ubiq; illos propter locorum peritiam rectè ac tuto persequuntur. Quod si exercitus suus infelicitè pugnauerit in syluosis, abruptis, iniquisq; alijs locis, seipsos cum cæteris nõ turpiter seruare poterunt. Nã consuetudo uenandi nonnihil eos peritiores reddit. Et hi plerumq; magna cõmilitonum turba fugiente, uictores hostes propter locorum difficultatem errantes, suo ipsi robore & audacia repugnando, terga dare coegerunt: nã fortuna ferè corporis & animi fortitudinem comitatur.

Dicitur

Dicunt uero nonnulli uenationibus delectari non oportere, ne res familiaris negligatur, nescientes qui de rebus & amicis bene merentur, eos omnes rei familiaris diligentiores esse. Quod si studiosi uenationis ita se comparant, ut patriæ utilissimi sint: hi certè nec priuata neglexerint: nam sua cuiusq; una cum rebus seruantur, & pereunt. Itaq; priuatas res suas & aliorum pariter tales uiri conseruant. Sed eorum multi, qui hæc sine ratione dicunt, præ inuidia delingunt suo ipsorum uitio perire potius, quàm aliorum uirtute incolumes esse. Nam uoluptates multæ sunt & prauæ, quibus uicti peiora dicere uel facere compelluntur. Deinde ex inanibus dictis odia sibi comparant: ex improbis facinoribus morbos, damna, mortes: nec sibi solum, sed liberis quoq; & amicis, qui sine sensu malorum suorum, uoluptates plus etiam quàm cæteri sentiunt.

libid. pau-  
lò post.

Virtus est scientia non contemplatiua solum, sed etiam actiua, sicut & medicina & musica. Quemadmodum igitur oportet medicum & musicum, non solum contemplationes suæ artis utrunq; percepisse, sed in ipsis etiam actionibus iuxta cõtemplationes exercitatum esse: similiter qui uir bonus est futurus, non præcepta solum ad uirtutem pertingentia edidicisse debet, uerũ exercitari quoq; secundum ipsa diligenter ac enixè. Etenim quo quis pacto statim temperans euaderet, si solum nouerit, quod à uoluptatibus uinci dedecet, repugnandi uero nullum exercitium habeat? Aut iustus quomodo fieret aliquis, sciens quidem æqualitatem esse diligendam, non autem circa potioris partis cupiditatem fugiendam se exercuerit? Item fortitudinem qui cõparauerit sibi ille, qui quamuis intelligit non esse terribilia, quæ hominum uulgo metuenda uidentur, ut tamen intrepidum

Musonij ex  
lib. de Exer-  
citatione.



dum aduersus ipsa se præstet, exercitio nullo confirmatum est: Præterea quo pacto prudentes fieremus, cognoscentes quidem quæ bona, quæ mala sint reuera, non exerciti uerò contemnere ista, quæ boni speciem solum referunt? Quam obrem necessarium est omnino ad doctrinam præceptorum unicuique uirtute conuenientium usum & exercitationem accedere, si quam modo utilitatem affore nobis ex ipsa doctrina expectamus, &c.

Plutarchi in opere de animi tranquillitate.

Ille qui dixit ad uitam tranquillè agendam non multa agere oportere, nec priuatim, nec publicè, hic primò magno nobis parabilem animi tranquillitatem facit, ut pote inertia uenalem & tanquam agrotum unumquenque hortans uersu illo tragico:

Mane miselle tuis in lectis immotus.

Siquidem cum noxium est medicamentum corpori sepulta illa segnities, tum nihilo melior animæ medicus est egritudinis & turbulentie torpor & mollitia, socordiaque amicorum necessariorum, patriæque desertrix.

Idem. paulo post.

Itaque ne Epicurus quidem hominibus ambitiosis auis disque glorie, ut se ocio dedant, autor est: sed ut ad gerendam rempublicam natura duce accedant: tales enim haudquaquam æquo animo inturbidoque laturos, se ea re orbatos esse, quam in primis concupierint. Sed ille ineptus, qui ad remp. asciscat eos, qui sibi ab ea temperare nequeant, & non eos potius, qui gerende reip. facultatè habeant. Neque uerò multitudine paucitateque negotiorum securitatem animi anxietatemque metiri conuenit. Honestà enim ommittere, non minus quam turpia agere, molestum est & turbulentum.

Protagoræ.

Protagoras asserbat, nec artem sine exercitio quicquam esse, ne exercitium sine arte.

Primum quidem illum qui rem aggreditur non oportet assiduitate claudum esse, ita ut dimidia quidem sui parte sit assiduus, altera uerò ignauius. Fit autem hoc, ubi quis gymnasia laboresque diligit, & omnia quæ corpore peraguntur absoluit: discendi uerò, audiendi, inquirendique studio sus non est, sed in omnibus hisce laborem exosum habet. Contra qui exercitijs quidem animæ dat operam, ignauius autem est corpore, hic quoque claudus est.

Platonis.

Non esse natum, nihil est: natum autem esse, labor est.

Res ipse dum peraguntur, non fatigantur.

Sciendum, quod homo non facile ullum sibi dogma comparauerit, nisi quotidie eadem dicat, & audiat, & simul ad uitam accommodet.

Apollonius

Dioni.

Idem ad

Danaum.

Ex libro de memorabilibus Epicteti.

Nicias tamen erat assiduus, ut famulos sæpe rogaret an lasisset, aut pransus esset.

Archimedem incumbentem abaco, et figuras quasdam ducentem, famuli per uim abstractum ungebant: ille uero figuras in corpore uncto ducebat.

Lampius nauclerus interrogatus, quomodo nactus esset diuitiam, magnas quidem, respondit, non difficulter, exiguas uerò, laboriose.

Omnes labores ocio iucundiores sunt, quando illa consequuntur homines, quorum gratia laborant, aut consequuturos se sciunt. Frustrationi uerò, cum spei non respondet euentus, unum est remedium, si omnia reliqua similiter ærumnosa sint & laboriosa.

Democriti.

Aeschylus cum certamen in Isthmo constitutum uideret, & quodam percusso spectatores exclamassent, dixit ad Iouem: Viden qualis res sit exercitatio? Qui ictus est, tacet: spectantes uerò clamant.

De/

Demosthenis

Demosthenes interrogatus, quo pacto sibi oratoriam facultatem comparasset: plus olei, dixit, quam uini mihi consumptum est.

Demades.

Demades rogatus, quo præceptore fuisset usus: tribuna li, respondit: Atheniensium, insinuans, quod in ipsis negotijs experientia, quauis institutione sophistarum melior sit.

Diogenis.

Diogenes Medeam dicebat sapientem non ueneficam fuisse. Acceptis enim mollibus & effœminatis hominum corporibus, confirmasse ipsa gymnasijs ac exercitijs, & robusta uigentiaq; reddidisse, hinc famam emanasse, quod colquendo carnes in iuuentutem restituerit.

Xenophontis  
in lib. 4. de factis  
& dictis  
Socratis.

Socrates asserbat operarium esse utile ac bonum homini, ociosum uero esse damnosum & malum. Itè operari, bonum: ociari uero malum. Præterea boni quippiam facientes operari dicebat, & opifices bonos esse: aleatores autem, uel aliud quidpiam prauum & noxium agentes, ociosos nominabat. Quare Hesiodus rectè dixisse uideri debet: Nequam dedecet operari, sed ocia probrosa sunt.

Ibidem lib. 1.

Quemadmodum ea quæ per corpus fiunt, non queunt benefacere illi qui non exercent corpora: sic etiam qui non exercent animum, minimè posse animi opera agere. Nec enim quæ faciunda sunt facere, nec à quibus abstinendum est abstinere possunt. Quocirca patres etsi sobrios sciant liberos suos, prauorum tamen hominum colloquia eis prohibent, quasi bonorum hominum conuersatio exercitium sit uirtutis, prauorum uero destructio. Testatur autè hoc etiam qui dicit Poëta:

Bona quidem discas à bonis: quod si te misceas  
Pruis, amittes etiam insitam mentem. Quisq; ait:  
Vir autem bonus, modo fortis, modo ignauus.

Sybarita

Sybarita quidam cum peregrinatus in Lacedæmonem uenisset, moribus eorum perspectis, & patientia qua statim à pueris educantur, nihil ipsos mirum dixit præstare, quod facile mortem obeant in bello, ne ita uere cogantur.

Platonis in  
Theæteto.

Corporum habitus quiete ac ocio corrumpitur, gymnasijs & motibus magna parte conseruatur. Itidem animæ habitus, institutione ac meditatione, qui motus quidam secundum disciplinas sunt, seruiatur, euaditq; melior: ocio autem, quod ab omni meditatione disciplinæ que uacatio est, neque discit quicquam: & si quæ didicerit, obliuiscitur.

Cephalidorus dicebat neminem opes à se conquistas obligurisse, sed ab alijs acceptas.

Cephalidori.

Pythagoras familiares suos hortabatur, ut optimum uiuendi genus sibi deligerent: quamuis enim laboriosissimum esset, consuetudine tamen iucundum fore.

Pythagoræ.

Dionysius emptum Laconicum coquum parare iussit Laconicum iusculum: paratum autem non comedit, sed interrogauit quid nam eius delectaret Lacones, cum insuauissimum esset. Tum coquus, hoc iusculum non habere condimenta illi dicebat quod Laconicum habet. Interrogauit Dionysius quanam essent illa, se enim imperasse promo ut omnia affatim ipsi suppeditaret. Respondit coquus, huiusmodi condimenta apud te non sunt, nempe labores ante cibum, & balneum in Eurota flumine.

Sæpius audiui te dicentem, quod in eisdem bonis unusquisq; nostrum sit, in quibus sapiens est: contra malus, ubi rudis & imperitus.

Ibidem.

DE OCIO, SER-  
mo XXX.

Euripidis.



Visquis enim uictum abunde possidens,  
Rem quidem domesticam socordia sua ne-  
glexcrit:

Cantibus autem delectatus, id unum sequutus fuerit.  
Vir ille in domo quidem & ciuitate ociosus erit,  
Amicis uerò nullus. Perit enim natura,  
Vbi quis à dulcedine uoluptatis uincitur.

Eiusdem in  
Hippolyto  
coronato.

Quæ bona sunt, scimus & cognoscimus,  
Sed opere non facimus: alij propter pigritiam,  
Alij uoluptatem honestati præponentes  
Aliquam aliam: sunt enim multæ uoluptates uitæ,  
Et longæ confabulationes, ac ocium, iucundum malum.

Eiusdem in  
Hecuba.

Quisquis non assuetus est experiri aduersa,  
Fert ille quidem, sed dolet imposito iugo ceruice.  
Et sane mortuus multo felicior foret,

Philemonis.

Quam uiuus. In malis enim uitam a gere, labor est ingens.  
O Cleon, desine nugari: si discere distuleris,  
Vitam tuam omni ope destitutam imprudenter efficies.  
Neque enim nauta, si non per undas uictus apprehende-  
rit terram,

Unquam seipsum seruare poterit. Neque uir pauper,  
Qui nullam didicit artem, tuto uiuere potest.  
Sed pecunias possidemus. At illæ citò pereunt.  
Sunt nobis prædia, et domus. An ignoras fortunæ uices,  
Quæ diuitem hodie, mendicum facit in crastinum?  
Quòd si nostrum aliquis ad portum fortunæ appulerit,  
Demittit anchoram securitatis gratia:  
Sin temere iactatus inepto statu feratur,

Nullum

## De Ocio, Sermo XXX. 211

Nullam in senectute paupertatis auxiliarem habebit sa-  
lutem.

Sed fortè dices: 'sodales, amici, & familiares mihi, per  
Iouem,

Collationem conferent: Quin tu potius opta non peri-  
culum facere de amicis:

Sin minus, nosces te ipsum aliud nihil esse quam umbram.

Illi pariter indignantur & dii & homines, quisquis  
ociosus

Hesiodi in  
Operibus &  
diebus.

Vixerit, facis absque aculeis similis studio,

Qui apum opus sine labore comedunt.

Nihil boni parit ocium inane.

Deus enim ociantibus haud assistit.

Homo sanus ociosus, quam febricitans multo

Miserior est: bis enim tantum comedit inutiliter.

Nam qui gaudet edere

Quotidie semper, ac facere cibis

Nullum opus dignum: sed circuire in ocio

Ferians, insensissimum est uitæ malum.

Multi mortaliū hoc uitij habent,

Ut quamuis mente sapiant, nolint tamen obsequi

Animo suo, plurimum ab amicis uicti.

Multa uiro ociosus uana spe ductus,

Dum eget uictu, mala secum ipse meditatatur,

Spes autem inutilis indigentem uirum fouet

Sedentem in conuenticulis, cui non satis uictus suppetit.

Idem est ociosus & malus ciuis:

Nullus enim ociosus, quamuis deos ore prædicans,

Colligere uictum sine laboribus potest.

Anaxarchus inquisbat, si quis alterum audire im-

Sophocles in  
Iphigenia.Menandri in  
Epitrepusi,  
Alexidis.Euripidis in  
Antiope.Hesiodi in  
Operibus.Euripidis in  
Melanippe.

Anaxarchi

precantem sibi manus & pedes inuitiles, iratum illi proculdubio fore. Diuites autem cum re ipsa manus suas pedesq; faciant inuitiles, interim ob hoc ipsum se beatos existimare.

Demothenis  
Olynthiac. 1.

Quis tandem adeo stupidus est per deos, qui non uideat bellum illinc huc aduenturum, si negligentes fuerint? Quod si fiat, timeo uiri Athenienses, ne similiter ut illi qui pro magnis usuris facile mutuam pecuniam accipiunt, postquam breue tempus abundarunt, postea ipsam quoq; sortem amittunt: ita nos etiam, si diu fuerimus solcordes, & omnia uoluptatis gratia fecerimus, multa tandem difficilia præter uoluntatem nostram facere cogamur, & de ipsa regione nostra periclitemur.

Eusebij.

Ociū tabefacit corpus, animam uerò socordia: Exercitatio uerò ad speciem deo simillimam, ipsam cuehit.

Xenophontis  
3. lib. de factis  
& dictis So-  
cratis.

Cum uerò de ocio, quid nam sit, consideraret, ut plurimum dicebat se deprehendere omnes aliquid facere, etenim qui tesseriis, quicq; risui excitando uacant, aliquid faciunt: nihilominus huiusmodi omnes ociosos dicebat. Liceret nanq; eis, istis dimissis, meliora agere: à melioribus uerò ad peiora migrare, nulli ocium esse. Si quis autem migret, hunc id male facere negotijs implicitum.

Platonis 3. de  
Legibus.

Certe omnibus turpe illud & illiberale uideri debet, ut ciuium aliquis per totam dormiat nocte, nec primum excitetur & surgat, ita ut hoc toti familie pateat. Quam etiam ut domina ab ancillis, non ancillæ ab ipsa primum excitentur, turpe dicendum apud seruos, ancillas, pueros, & domum denique si possibile sit, uniuersam. Nole igitur exurgant, & magistratus publicum aliquid, patres uerò matresq; familie in domibus proprijs rem suam

suam curent. Somnus enim multus, nec corporibus, nec animis, neque rebus gerendis, natura conducit. Nemo quidem dum dormit, alicuius precij est, nō magis quam si non uiueret. Quare quicumq; uiuere & sapere cupit maxime, quam longissimo tempore uigilet, sola sanitatis commoditate seruata. Ad hanc uerò non multo opus est somno: si bene assueueris somnis. Magistratus profecto nocte in urbibus uigilantes malis hominibus tum hostibus tum ciuibus terrori sunt, amadi honorandiq; iustis, & temperatis, sibi & ciuitati utiles uniuersæ.

### DE VERECUNDIA, ET PVDORE,

Sermo XXXI.



Verecundia plus iuuat homines, quam ira. Volo te reprehendere iuste, & paucis, non ualde sursum

Euripidis.

Eiusdem in  
Iphigenia in  
Aulide.

Palpebris impudentius reductis: sed moderatius utpote fratrem. Vir enim turpis neminem uereri solet.

O ueneranda uerecundia, utinā omnibus hominibus conuersans, impudentiam animorum exemisses.

Eiusdem in  
Hippolyto.  
Hesiodi in  
Operibus.  
Menandri in  
Homopatrijs.  
Mufonij.

Verecundia, quæ uiros multum lædit, & iuuat.

Omnis erubescens probus esse mihi uidetur.

Verecundia dignus apud omnes habebis, si primum teipsum uereri inceperis.

Malum, etiam si solus fueris, neque dixeris, neque feceris. Discere autem teipsum multo magis quam alios reuereri.

Pythias Aristotelis philosophi filia interrogata, qui Pythiæ color esset pulcherimus, dixit: Qui per uerecundiam ingenuis oboritur.

Theophrasti.

Catonis.

Stasimi in  
Cypriacis.Homeri.  
Buidem.  
Euripidis in  
Cresphonte.

Theognid.

Agathonis.  
Plaronis in  
Eutyphrone.

Reuerere teipsum, & non erubescere coram alijs.  
In primis existimato oportere unūquēq; reuere-  
ri sese ipsum. Nihil enim a seipso separari unquā posse.  
Iouē autem qui fecit, & qui isthæc omnia plantauit  
Non uis eloqui. Vbi enim timor, ibi pudor.

Reuerendus mihi chare socer uideris, atq; grauis.  
Sed uercor metuōq;.

Pudor in oculis nascitur, ô fili.

Nullum thesaurum recondes intus meliorem  
Reuerentia, quam bonis uiris Cyrne tribuis.

Cum peccare me puto, faciem uercor amicorum.  
Contra enim statuo quam Poëta qui dicit,  
Scribere cur me uiam, cum scribo de Ioue summo?  
Nanq; metus secum socium trahit usque pudorem.

Ego autem à Poëta hoc discrepo, uis quo discrepo  
tibi dicam? Prorsus. Non uidetur mihi ubicunque timor  
est, ibi etiam pudor existere. Nam multi paupertatem ac  
morbos cateraq; huiusmodi, ut mihi uidetur, metuunt,  
neque tamen pudore ullo in ijs afficiuntur: tibi uero non  
ne idem? Et mihi. At ubicunque pudor, ibi & timor. An  
quispiam est qui pudore afficitur, atq; erubescit opinio-  
nem prauitatis, non formidans? Formidat certe. Haud  
igitur rectè dicitur, ubi timor, ibi pudor: sed ubi pudor,  
& ibi timor: neque tamen uice uersa, ubicunque timor,  
ibi etiam pudor. Amplior enim, ut arbitror, est timoris  
quam pudoris natura: siquidem pars timoris est pu-  
dor, quemadmodum numeri pars est impar.

Ideoq; non ubicunque numerus, ibi  
impar: ubi tamen impar,  
& numerus est.

## E E I M P U D E N T I A,

## Sermo XXXII.



Mnes perfricta sunt fronte, nec ullus amplius Menandri  
erubescit.

Qui uerò nec erubescere scit, neq; metuere,  
Ille primas uniuerse tenet impudentiæ.

Homine impudente nullum animal est confidentius.  
Malus enim est pudor, ubi uincit impudentia.

Nunc uerccundia quidem inter homines perijt,  
At impudentia terram peragrât ubiq;.

Hæc non est animositas, neq; fortitudo.  
In faciem intueri amicos male à se affectos:  
Sed maximus morborum inter homines  
Omniū impudentia. Bene autem fecisti quod adueneris.

Omnes humanæ res natura consensescunt,  
Et ad finem temporis ueniunt,  
Præter solam, ut uidetur, impudentiam.  
Hæc enim quanto magis genus augetur mortalium,  
Tanto fit maior quotidie.

O maxima deorum  
Hoc temporis impudentia: si modo te deam uocare  
oportet.

Sed oportet, nam quod imperat, pro Deo nunc habetur.  
Quantū progredieris? Quousq; peruertura mihi uideris.  
Mulier simul cum ueste pudorem etiam exiit.

Ingratitudini uerò potissimum impudentia uide-  
tur esse comes, quæ ad omnem turpitudinem maxima  
dux est.

Impudentia (ut breuiter diffinitione illam circum-  
scribam) gloriæ contemptio est, sordidi questus causa

Diphili.

Theognid.

Euripidis in  
Medea.

Theodecti.

Menandri in  
Carine.Herodoti li. v.  
Xenophontis  
in lib. de Pæ-  
dia Cyri.De impuden-  
tia, etc Chara  
seribus Theo-  
phra.

inducta: Impudens autem ille, qui quem frustraturus sit, ab eo aliquid mutuatur: quicq; ubi dijs immortalibus sacra maclaucrit, apud alium cœnat, ipse carnes suas sale conditas recondit: & ministro accersito panem & carnem largitur e mensa, ac audientibus cunctis, uescere, ait, honoratissime. Dumq; obsonium emit, lanijis commemorat, si qua illis in re unquam emolumento fuerit, & ubi ad stateram constitit, carniū, uel saltē ossium aliquid ingerit in lancem supra pondus: quod si acceperit, rectē habet, sin minus, ex mensa arrepto intestino aliquo cum risu discedit, & quum hospitibus suis carnes emit, in spectaculis aliquamdiu immoratur, priusquam debitam eis partem det. Ad conuiuia postridie etiam unā cum liberis & pædago go recit. Iam si quis aliquid emerit, deseratq; sibi quoque iubet impartiri. Ex aliena domo mutuatus hordea, interdum & paleas, cogit eos, à quibus mutua accepit, ad se domum deportare. Nec balneas petens ueretur ad aliena accedere, & seipsum hausta aqua persundere, exclamāte balneatore, & abies se se lotum dicit, subdens, nullam tibi habeo gratiam.

DE TACITVRNITATE,  
Sermo XXXIII.

Carcini.



Mortis enim hominibus pharmacum malorum

Est taciturnitas, quæ peculiaris est frugimoribus.

Menandri.

Nihil utilius est quicquam silentio.

○ puer tace. Multa continet bona silentium.

Charetis.

Linguam in primis ubiq; moderari coneris.

Nam tum seni, tum iuueni conciliat honorem

Compos silentij lingua tempestiui.

Silentij præmium periculo uacat.

Nihil est quicquam præstantius quàm tacere.

Satius est tacere, quàm temere loqui.

Quidam ad tacentem Cleanthem dixisset: Tu quid taces? At qui iucundum est cum amicis confabulari. Iucundum quidem, respondit Cleanthes: sed quo iucundius est, eo magis in hoc amicis oportet concedere.

Præter hoc, continentia linguæ, non exigua uirtutis pars, rationi subijci & morigera fieri non potest: nisi quis multo studio, cura, & industria, pessimos affectus qualis ira est, deuicerit.

Zenon ab Antigoni legatis Athenas missis unā cum alijs philosophis ad conuiuium uocatus est: & cum reliqui inter pocula suam quisque eruditionem ostentarent, ipse tacebat. Cum autem legati interrogarent, quid Antigono deberent de ipso renunciare: Hoc ipsum, dixit, quod uidetis. Oratio enim omnium est difficillima moderatu.

Xenocrates singulas diei partes certis negotijs assignans, silentio quoq; suam partem dabat.

Simonides aiebat nunquam se poenituisse silentij, di-  
etorum autem sæpius. Apostolis ad familiares.

Amitendum est sedulo, ut nihil indecens eloquamur. Est enim uiri planè imperiti, non posse tacere, sed quæ non deceat efferre.

Diogenes ad quendam, qui se philosophum profitebatur, interrogabat uerò contentiose: Vah miser, dixit, cum id quod optimum, est in uita philosophi corrupas,

uerbis tamen audes te philosophum iactare.

**Theocriti.** Theocritus à blaterone quodā interrogatus, ubi eras uisurus esset ipsum: illic, dixit, ubi ego te non uideam.

**Dionis, alijs Demosthenis** Ne me existimetis Athenienses ignorare quā tutum sit silentium.

**Platarchi.** Quantum commendauerit Homerus taciturnitatem, per hæc luculenter ostenditur, inquit enim,

O Thersita loquens sine iudicio, & si uehemens conuersionator sis,

Desine: ac solus contendere cum rege noli.

Et cūm Telemachus dixisset:

Nimirum deorum aliquis intus est, qui cœlum incolunt amplum.

Reprehendens pater subiicit:

Tace, animūq; contine, nec interrogaueris.

Hic equidem mos est diuorum cœlicolarum.

Hoc interpretationem Pythagorici nominantes, nihil respondebāt de diuinis rebus, quoquo modo interrogarentur.

## DE TEMPESTIVA ORATIONE,

### Sermo XXXIIII.

**Euripidis al. Dionysij.**

**Euripidis in Archelao.**



Ut dic aliquid silentio melius, aut file.

Simplex est oratio: ne dixeris.

Nam dicere

Bene, malum est, si quid incommoditatis afferat.

Nisi continueris linguam, mala tibi contingent.

Nulla est oratio, quæ longa uideatur, quando

Ad ipsam rerum naturam uerba accommodantur.

Potius mordendum os est, quàm hæc dicenda.

Duo tibi tempora dicendi præscribe, ut uel de rebus

indubiè

indubiè tibi perspectis, uel necessarijs uerba facias. In istis enim solis oratio præstat silentio: in alijs uerò tacendum potius quàm loquendum.

Pythagoras dicebat, aut oportet silere, aut afferre Pythagoræ meliora silentio.

Aut silentiū tempestiū, aut orationē utilem habecas.

Verba silentio, silentium tempestiuitate claudas.

Aeschines Socraticus reprehensus de silentio: cū Socratem præceptorum habuisset: Non loqui solum (dixit) à Socrate, sed etiam silere didici.

Optabilius tibi sit, lapidē temerè proijcere, quàm sermone ociosum. Pythagoræ

Tacēs ne? At silentiū obscurus est interpres sermonis. Euripidis in Andromeda.

Sapientem inter stultos multa loqui, indecorum est. Theognid.

Et rursus semper tacere, impossibile.

Præfige tibi certum modum & characterem, quem obserues tum solus tecum, tum alijs conuersans. Silentiū ut plurimum esto, aut necessaria dicātur, idq; paucis. Rarenter autem interdum per occasionem ad dicendum uenimus, sed nulla de re leui, non de athleticis, aut gladiatoribus, aut equis, aut cibus, uel potionibus, quæ in singulis regionum habentur: neque de hominibus uituperando, laudandoue ipsos, aut inter se conferendo.

Deinde operam da, ne in colloquia plebeia descendas, sed siquidem fieri potest, orationem transfer ad aliquid decorum: sin minus, silentium age.

Solon inter pocula tacitus interroganti Periandro, Periandri an propter uerborum inopiam, aut ob stultitiam taceret, respondit: Atqui nullus stultorum in conuiuio silentium præstare potest.

Ado.

Ex Christi  
Dionis.

Adolescens quidam ex illis, qui cum Diogene uersa-  
bantur, interrogatus ab ipso, tacebat. Tum Diogenes:  
Non putas, inquit, eiusdem esse, quæ dicenda sint scire,  
& quando, & quæ tacenda sint, & apud quem?

Cleostrati.

Cleostratus ei qui dixerat, non te pudet ebrietatis?  
Respondit: Te uero non pudet ebrium admonere.

Ridiculo sermone tanquam sale, parce utendum est.  
Multarum rerum cognitio aut ualde iuuat, aut ual-  
de lædit hadentem. Iuuat quidem uirum dextrum &  
commodum: Lædit uero illum, qui facile quemuis sermo-  
nem, & apud quosuis eloquitur. Oportet autem oc-  
casionis modum nosse. Is enim sapientiæ terminus est.  
Qui uero intempestiue cantilenam musicam quamuis  
doctè cecinerint, illi non approbantur, sed crimen stul-  
titiæ subcurrunt.

## DE BREUITATE IN DICENDO, Sermo XXXV.

Hesiodi in  
Operibus.



linguæ thesaurus est optimus iter homines  
Parce, & plurimum gratiæ meretur, si  
fuerit moderata.

Relinquam ambages in dicendo,

Eupolidis in  
Domis.

Eloquar autem rem ipsam intra suos fines.

Euripidis in  
Aeolo.

O pueri, istud sapientis est uiri, paucis

Sophoclis.

Plurima posse uerba bene complecti.

Orationi breui multum inest sapientiæ.

Menandri in  
Epangelo,  
meno.

Impudentes sermones hoc solo iuuantur,

Philonidis.

Si fiant breues, & temporis modum habeant.

De omnibus contendis, licet ne unum quidem in-  
telligas.

Lite/

Literas oportet discere, ac insuper prudentem esse.

Non si quis multa dixerit, admiratione dignus erit,  
Sed potius qui pauca pronunciauit, si fuerint utilia.

Ne multis uerbis pauca comprehendas, sed paucis Pythagoræ  
multa.

Lycurgus interroganti, quamobrem Lacedæmonij Lycurgi.  
breui loquium usurparent: Quoniam silentio finitimum  
est, respondit.

In omni negotio nihil adeo prospicere debes, quam  
ut tutum securumq; sit, quod agis. Est autem tutius ta-  
cere, quam loqui. Ceterum ijs dicendis quæ mente &  
ratione carent, supersedeabis. Absit quoque nimietas in  
dicendo, & priorum facinorum aut periculorum  
commemoratio. Non enim similiter ut tibi mentionem  
de tuis periculis facere, sic & alijs, quæ tibi contigerunt,  
audire iucundum est.

Ex Epicuri  
Enchiridio.

## DE GARRVLITATE, Sermo XXXVI.



Multis hominibus nõ ulla ianua linguæ obditur Theognidis.  
Conueniens, & multa in ipsis occultanda  
comparent.

Sæpius enim latitans malum intrinsecus processit.  
Melius autem fuerit boni quippiam egredi, quam malum.

Nulla fides linguæ est, quæ alienos quidem  
Animos hominum admonere callet,  
Ipsa uero ex sese plurima mala possidet.

Non primum nunc mihi, sed sæpius, ô Creon,  
Lingua nocuit, & ingentia mala tulit.

Garrulitas est deambulatio linguæ.  
Nugas agis, dum philosopharis intempestiue.

Euripidis in  
Hyppolitō  
coronato.

Eiusdem in  
Medea.

Astydamiis.

Et uer/



- Homeri. Et uerbum aliquod protulit, quod melius fuisset in dictum.
- Eiusdem. Sed semper immodeste uerba fundis. Non te posthac oportet Intempestiuum esse loquendo.
- Nicostrati. Si continue, & multa, celeriterq; loqui Signum esset prudentia, tum hirundines Dicrentur multo sapientiores nobis.
- Euripidis in Penthea. Tu uero linguam quidem uolubilem habes, uti uir prudens, Sed in sermonibus tuis nulla mens inest.
- Eiusdem in Antiope. Decorum silentium corona est uiri boni, Loquacitas autem neq; iucundum aliquid habet, Et mala est conuersationi, & inutilis ciuitati.
- Sophoclis in Aleadis. Quid tibi uis amplius cum tanta garrulitate? Verba enim nimia molesta sunt ubique.
- Menandri. Turpe est cum quis disertus dicendo Inanes lingua sermones ei aculatur. (nium.)
- Euripidis in Bacchis. In frenis oris, Ac illegitima stultitia, Finis est infortun.
- Menandri. Neq; ex manu dimittentem ponderosum lapidem, Facile est cohibere, neq; ex lingua sermonem.
- Aeschyli. Tyrannicum quiddam est, multa scire loqui.
- Euripidis. Quisquis multa loquendo delectatur, Is non intelligit presentibus se esse molestum.
- Philemonis. Inani lingue damnum impingitur, Eum qui nihil opportunè dicit, Longum existima, licet duas tantum syllabas pronunciarit, At bene dicentem ne longum existimes, Et si permulta dixerit, & longo tempore. Huius indicium Homerum accipe. Is enim nobis myriades scribit uersuum,

Nullus

Nullus tamen Homerum appellauit longum.

Zenon ad uolentem plura loqui quam audire: adolefcentes, dixit, natura nobis linguam unam, aures uero binas dedit, scilicet ut duplo plus audiamus, quam loquamur.

Theocritus cum Anaximenes orationem habiturus esset: Theocriti. incipit uerborum quidam flumen, mentis autem gutta, dixit.

Diogenes aliquando à Platone tres ex eius horto Diogenes. carycas petijt. Cum autem Plato medimnum, id est, sex modios ei misisset: ita dixit, interrogatus quoque respondes innumera.

Plato cum Antisthenes aliquando in diatriba longam Platonis. orationem habuisset: ignoras, dixit, quod dicendi modus non penes loquentem, sed audientem est.

Adolescens quidam in Academia de stultis quibusdam negotijs loquebatur, cui Zenon dixit: Nisi lingua in mentem intincta differueris, adhuc multo amplius dicendo delinques.

Auaritia quedam est, omnia uelle dicere, & nihil audire. Isocrates orator cum locutuleius quidam nomine Careon in disciplinam eius recipi uellet, duplicem mercedem postulauit. Illi uero causam interrogati, dixit: Alteram quidem peto, ut loqui discas: alteram autem, ut tacere.

Zenon è discipulis suis aliquos aiebat esse studiosos: id est, uaria rerum cognitionis studiosos: alios uero non studiosos, id est, loquendi tantum studiosos.

Cum uir quidam litigiosus interrogaret eum, an uirtus utilis esset, renuit: non uolens uerbis respondendo ei occasionem dare litigandi.

Loquacitas multos errores habet: tacere autem tuum est.

Optimi

Apostonij ad Familiares.

Eiusdem ad  
Euphratem.

Optimi hominum in dicendo breuissimi sunt. Lingua  
ces uerò si tantum molestie caperent, quanta reliquos  
afficiunt, haud sanè longos sermones traherent.

Eusebij.

Homines magnum possident uallum dētium ad coē-  
cendos leues sermones. Verum enim uero in omni re iu-  
dicio mentis indigenus: quæ si uerba non direxerit, se-  
pius ante consultationem effugiunt: & tanto uallo ne-  
glecto citra iudicium ante tempus foras ruunt.

Xenophō. in  
Cyri pædia.

Quemadmodum ij iuuenes, qui quanquam corpori-  
bus supra atatem adoleuerunt, ostendunt tamen iuueni-  
le quiddam, id quod annorum paucitatem arguit: ita ex  
Cyri multiloquio non audacia promebatur, sed simplici-  
tas quædam atq; lenitas: quo fiebat, ut quis cuperet plu-  
ra etiam eum dicentem audire, quàm tacenti adesse.

De loquacita-  
te, ex Theo-  
phrastii Notis.

Loquacitas, si cui desuare libeat, nihil quàm sermo-  
nis incontinentia uidetur. Loquax uerò ille, qui cum ali-  
quo colloquens, quicquid alter attulerit, nihil illum di-  
cere asserat, & quod ipse rem omnem calleat, atq; illum  
si audire uelit intellecturum. Loquente altero, sepe in-  
terpellat, &c.

De importu-  
nitate dicendi  
ex Notis  
Theophrasti.

Importunitas est longæ & inconsideratæ orationis  
expositio. Importunus uerò is est, qui cum in hominem  
uel ignotum incidere, huic iuxta asidens primum con-  
iugis suæ laudes tollit: tum quæ per noctem somnia uide-  
rit, enarrat: deinde sercula quot in cœna habuerit, singu-  
gillatim percurrit. Deinde in progressu, addit quàm no-  
stri temporis homines sint ueteribus illis uirtute inferiori-  
res: & ut in foro annonæ cara est, quàm multi peregrini  
in ciuitatem ueniunt, &c.

DE

DE BONITATE,  
Sermo XXXVII.



Nillus bonorum malum facinus committit.  
Quàm iucunda res est bonitas prudentiæ  
iuncta.

Menandri.

Eiusdem.

O Cyrene uir quidem bonus animum semper habet con-  
stantem,

Theognidis.

Et animosus est tum in malis, tum in bonis constitutus.  
Cum uerò Deus homini malo uictum & opes largitus est,  
Insipiens uictum non retinere potest.

Nullus bonorum malè uiuendo bonam de se famam de-  
honestare uult.

Sophoclis.

Tu quidem admones oīa, quæ tui sunt officij monuisse:  
Me uerò ad faciendum quod decet, non oratio tua,  
Crede mihi planè, sed proprii mores persuadent.

Menandri.

Vir bonus multis in locis salutaris est.  
Res bonas facere, hominis est officium ingenui.  
Maximum bonum est probitas cum prudentia.

O quàm felix res est prudentia bonis cōiuncta morib.  
Illis qui boni censentur, certum est uaticum

Diphiti.

Menandri.

In omni tempore, & quauis inclinatione fortune.

Hominum bonorum aliquã curã suscipit etiã Deus.

Eiusdem.

Et in rebus perplexis uir bonus utilis est.

Iusti mores peculium sunt preciosissimum.

Antiphanis.

Propter artem quidem familiares mihi comparauī

Multos: propter mores uerò plurimos amicos.

Posidippi.

Mos bonus stabilior est lege.

Pitithi.

Illum enim nullus unquam peruertere  
Posset orator: at legem sursum ac deorsum  
Verbis turbatam sepius corrumpit.

P

Ipsum

Epicharmi. *Ipsum hominibus ingeniu uel bonus, uel malus demō est.*

Theognidis. *Viros bonos sequitur prudentia & uerecundia,  
Quorum nunc inter multos exiguus est numerus.*

Menandri. *Beata res est bonitas, per Mineruam,  
Vbiq; & mirum uitæ uiaticum.*

*Ego enim cū illo homine modicā diei partem colloquutus,  
In beneuolentiam eius nūc perueni. Ipsa persuadet oratio.  
Sic enim fortè quispiā, præsertim sapientium, mihi dixerit:  
Cur igitur aliquos loquentes non prosequimur odio?*

Menandri. *Mores dicentis, non sermones persuadent.  
Probitas & moderatio utilis est in calamitatibus.*

Euripidis in Auge. *Boni paucis legibus indigent. Non enim res ponuntur  
ad leges: sed contrā, leges secundum ipsas res feruntur.*

Theophrasti. *Probum esse, res est multis pecunijs utilior.*

Demosthenes. *Bonum aut esse oportet, aut simulare.*

Democriti. *Lycurgus legislator dixit dignitatem siue autoritatem  
istam qua mouemur ad facilius mutuo dandum aliquid, in  
opibus hominum sitam esse: illam uerò, quæ nos ad facilius  
fidem habendam inducit, in moribus.*

Aristippi. *Aristippus interrogatus, quid esset admirandum in uita:  
ta: Vir probus, respondit, & moderatus, quoniam & si in  
ter multos improbos agat, non tamen peruertitur.*

Democriti. *Quibus bene compositi sunt mores, illis etiam tota uita  
bene constituta est.*

Socratis. *Vestis quidem corporis inconcinnitatem, beneuolentia  
uerò peccatum obtegit.*

Xenophon, in Oeconomico. *Vir qui egregius atque bonus uocaretur, perscrutatus  
sum quidnam potissimum ageret, quamobrem hoc sibi me-  
ritò nomen usurparet: ac primum sum periclitatus, si quem  
adspicerem egregium, an eundem etiā bonum inuenirem:*

*quæ me ratio longè sefellit. Nam & quosdam egregios for-  
ma, improbos tamen animo aduerti. Itaq; statui mecū ipse,  
dimissa pulchritudine formæ, adire aliquem ex illis, qui  
boni & egregij nominantur.*

*Etenim egregia & bona, inquebam ego, non propter  
pulchritudines, sed propter uitæ uirtutes hominibus incre-  
mentum capiunt.*

*Themistocles prædium uendens preconem diuulgare  
iussit, quod uicinum quoq; bonum habeat.*

*Probitatē morum habere debes, quæ plus fidei merea-  
tur, quàm iusurandum.*

*Aristoteles philosophus rogatus à quodam improbo,  
liquid pecuniæ ei dedit: propter quod reprehensus à quo-  
dam, ut qui homini nequam dedisset: non homini, dixit, sed  
humanitati.*

*Bonus existimandus est, qui perfectissimam actionē iux-  
ta mentem separabilem conseruat, & participationē in-  
telligibilis pulchritudinis suscipit, ac essentiæ potentiaq;  
Dei particeps est.*

*Demosthenes cū aliquando concionaretur, & Pho-  
cionem accedentem uideret, dixit: Orationis mea malleus  
& bipennis aduenit. Adeo non tantum sermones, quàm  
mores persuadere possunt.*

*Scipio Polybij præceptum seruans, conuabatur nō prius  
ex foro domum reuerti, quàm aliquem sibi familiarem &  
amicum effecisset.*

*Bias dixit, boni faciles sunt decepti.*

*Phocion cū ei centum talenta Alexander dono misisset,  
adferentes interrogauit, quamobrem ex tanto Athenien-  
siu numero sibi soli ea mitteret. Illi responderūt, quoniam*

*Solum ipsum existimaret honestum egregiumq; uirum.*

*Quin igitur, dixit, me talem tum uideri, tum esse sinat.*

Ex Nicolai  
collectaneis  
de Moribus

*Parisi j uicinos si fa: me premantur, alunt. Thyni nauis: i  
gos humaniter suscipientes in amicitiam recipiunt. Hopsi:  
tes qui sponte uenerunt, ualde colunt: qui inuiti, puniunt.*

### DE INUIDIA, Sermo XXXVIII.

Philemonis



*Inuidia in sese hoc solum probè facit,  
Quod qui mores ipsius diligit,  
illum in primis lædat semper conuersans ipsi.*

Dionysij.

*Deinde hoc etiam non cognoscis, quòd  
illis qui nihil sunt, nemo profus inuidet?  
Semper omnia præcellentia comitem habent inuidiam.*

Charetis.

*Omne quod intellectu præstat, inuidiosum est.  
Noli inuidere fortunatis, ne uideare malus.  
Inuidia, res est omnium iniustissima.*

Diogenis.

*Ceterum ego inter homines tamdiu mihi uideor  
Esse fortunatus, quamdiu inuidiosus fuero.*

Agathonis

*Pauper existens habentibus non inuideto.  
Sunt hodie quidam, quos alit inuidia.*

Euripidis

*Pereat, quisquis inuidet bona possidentibus.  
Quenam genitrix, aut quis genitor ingens malum  
Produxit hominibus infaustum inuidiam?  
Vbi tandem, & quam corporis nacta partem habitat?  
In manibusne, aut uisceribus, aut oculis  
Est nobis? O quantus esset labor medicis  
Excindere ipsam, uel potionibus uel pharmacis expellerè,  
Vtpote morborum omnium, quibus capiuntur homines,  
multò uaximum.*

Euripidis in  
Oedipo.

*Inuidia, quæ multorum animos corrumpit hominum,*

*Perdidit*

*Perdidit ipsum, & me quoq; pariter.*

*Difficile fuerit in hac degentem uita,  
Omnes inuidientium oculos latuisse.*

*Inuidus, hostis est sibi ipsi:*

*Spontaneis enim semper tenetur molestijs.*

*Haud ulla foret in uita hominum inuidia,*

*Si omnium esset æqualis conditio.*

*Inuidet, utpote sortis ipsi deterioris.*

*Solet enim inuidia ad res illustres profilire.*

*Inuidiam non probo: uelim tamen propter bona mihi  
ab alijs inuideri.*

*Inuidia dea est pessima, & iniustissima,*

*Malisq; gaudet, & bonis tristatur.*

*Nullus hominum illi uiro malè dicere posset,*

*Neq; si ipsa fuerit inuidia maleuolentior.*

*Oportet aut aliquid boni dicere, aut bene dicentibus*

*Non inensum esse inuidia uictum.*

*Gaudeo te inuidentem aspicerè, sciens quòd*

*Vnum quiddam peculiare sibi facit inuidia.*

*Ipsa enim possessio possessorem suum offendit.*

*Iam enim aliquando uidi etiam iustitiæ defensores*

*Bonos uinci ab improba inuidia.*

*Hei mihi, moriar propter excellentiam ingenij,*

*Quæ reliquis hominibus salutaris est,*

*Quis est qui cuperet amicos sibi non inuidere?*

*Proculdubio enim nullus est hominum, cui nemo inuideat.*

*Conspiciens aliquis cæcū misericordia hominis, nullus au-  
tem inuidia mouetur.*

*Inuidia misericordiæ præstat.*

*Sapientiæ causa potius quàm diuitiarū inuidere decet.*

Nicomachi  
in Nauma-  
chia.  
Menandri.

Agathonis.

Hippothon-  
tis.

Carcini.

Euripidis.

Epickarmi.

Pindari.

Agathonis.

- Philemonis. *Multa me doces abundè propter inuidiam,  
Ut audiens quàm plurima, ne unum quidem addiscam.*
- Hesiodi in  
Operibus. *Et figulus figulum æmulatur, & faber fabrum,  
Et mendicus inuidet mendico, & poeta poetae.*
- Sophoclis in  
Grecia. *Nec uxorem amice, neq; diuitias immensas  
Optarim habere domi. Sunt enim occasiones inuidie.*
- Eiusdem in  
Epigonis. *Infamia solet propter quæ inuidia tangitur,  
In turpibus uincere potius, quàm honestis.*
- Lucilij  
Inuidus Diophon iuxta uideret, contabuit.
- Incerti. *Inuidia ipsa suis telis conficitur.*
- Incerti. *Pessima res inuidia, hoc unum in se boni habet,  
Quòd inuidorum oculos & cor tabefacit.*
- Palladae. *Inuidia, teste Pindaro, magis optanda est quàm miseratio,  
Qui patiuntur inuidiam, splendide uitam degunt.  
Valde infortunatorum aut nos miseret. Utinam ego sim  
Nec admodum fortunatus, nec etiam miserabilis:  
Optima est mediocritas. Summus enim status solet  
Periculosus esse, infimus uerò contumelia non caret.*
- Eiusdem. *O maximam inuidie improbitatem.  
Inuidus odit fortunatum, quem Deus amat.  
Adeo stolidi per inuidiam erramus;  
Adeo facile seruimus stultitiæ.  
Nos Græci homines sumus nihili,  
Mortuorum sepultas spes habentes.  
Res enim omnes peruersæ iam sunt.*
- Eiusdem. *Si quis odit hominem, quem Deus amat,  
Maximam stultitiam sibi inducit.  
Manifestè enim contra ipsum Deum pugnat,  
Maximam iram ex inuidia recipiens.*

- Amandus enim est ille, quem Deus amat.  
Ad habentem enim inuidia serpit.
- Ne inuideas bona socijs, ne crimen incurras.  
Sine inuidia cœlestes etiam inter se sunt.
- Non inuidet luna multo præstantioribus solis radijs,  
Non tellus altitudini cœlesti, cum ipsa sit infima:  
Non flumina mari, sed concordiam agunt perpetuam.
- Per paucis hominum hoc ingenium est,  
Ut amicum fortunatum sine inuidia colant.
- Adolescens haud uideris mihi intelligere, quòd  
Res singulæ ab insito aliquo uitio pereunt,  
Et omnes corruptionis cause ueniunt intrinsecus,  
Ut ferrugo, si consideres ferrum:
- Si uestes, tinea: teredo, si lignum spectes.  
Inuidia uerò malorum omnium pessima  
Tabidum fecit hominem, & faciet, & facit,  
Propter impias animæ prauæ cogitationes.
- Theophrastus dixit improbos homines non tam pro-  
prijs bonis gaudere, quàm alienis malis.
- Inuidiam aliqui fumo comparant. Cum enim ab initio  
abundet, mox illustratis illis quibus inuidetur, euanescit. Plutarchi in  
libro de ca-  
lumnia.
- Proinde senioribus minimè inuidet.
- Hippias dicit duplicem inuidiã esse: iustam quidem cum  
quis inuidet improbis honoratis: iniustã uerò, cum bonis. Hippia.
- Et inuidi duplo magis quàm ceteri calamitosi sunt: non  
enim solum proprijs malis grauantur, ut alij, sed alienis  
quoq; bonis.
- Bono uiro nunquã ulla quauis de re inuascitur inuidia. Platonis in  
Timæo.  
Socratis.
- Pulchritudo fama citò marcescit ex inuidia, ceu morbo  
quodam.

Ex Aristony  
mi communi-  
bus diatribis.

Iter facientes per solē, necessario comitatur umbra: in-  
cedentibus uero per gloriam, comes est inuidia.

Inuidia tanquam malus demagogus (id est ambitiosus  
administrator reipub. popularis) honestis actionibus ob-  
fistit.

Tristitia non maximum est malum, quod inuidiā sequi-  
tur: sed aliud multo maius, nempe quod in familiares etiam  
extenditur affectus inuidiæ. Quod cum turpe sit ac impro-  
bum, meritò maius habetur malum, quàm tristitia.

Eusebij Si quis inuidet bono uiro fortunato, is etiam patria ac  
toti reipubl. deniq; sibi ipsi inuidet. Nam uir bonus feliciter  
agens, cōmunis est prosperitas et ciuitatis, & unius cuiusq;  
qui felicitatis eius particeps fieri potest.

Inuidia ociosa & inefficax est aduersus homines pul-  
cherrimis rebus claros: probos uero & aliquid ex seipsis  
boni producere idoneos, penitus non attingit.

Isocratis Non inuidete primis obtinentibus apud me: sed conten-  
dite prestando uos bonos uiros illis adæquari.

Thucophrafi. Inuidia resistit uiuis. Defunctus uero ut qui neminē im-  
pediat, beneuolentia constanti & libera colitur.

Eiusdem Horum causa est inuidia, cui hoc unum adest boni, quod.  
maximo malo se possidentibus est.

Euagoræ. Inuidi hoc sunt reliquis infeliciores, quod alij suis so-  
lum calamitatibus dolent. Inuidi uero præter sua mala, bo-  
nis etiam alienis contristari pergunt.

Anaximenis. Nam qui cum inuidia iudicant, principatū pessimis at-  
tribuunt, non optimis.

Nam qui bene dicta facta uerba propter inuidiam uerbis  
non laudant, quomodo illi re ipsa iuuarent?

Democriti. Malos reprehendentes uir bonus non curat.

Inuidus

Inuidus seipsum tanquam hostem esse sentit.

Socrates inuidiam dixit ulcus esse animæ.

Cum uero pax iam esset, & ciuitas in præto habet / Platonis in  
tur, contigit ipsi (quod fortunatis hominibus euenire solet) / Menexeno  
primum emulatio, deinde inuidia.

Bion sophista cum uidisset quendam inuidiam uultu pror-  
sus in terram deiecto, dixit: Aut huic magnum malum con-  
tigit, aut alteri cuiquam magnum bonum.

Nemini inuideas.

Quemadmodum rubigo propria est frumenti ægritu-  
do, sic inuidia amicitia est infirmitas.

Ut ærugo ferrum, sic inuidia animam illius, cui inest,  
conterit.

Quo magis utiq; inuidebis, tanto maiorū fiet causa bo-  
norum illi cui inuides.

Minimè inuidere decebat illis, qui fortuna sua bene ac-  
moderate utuntur. Non enim nobis homines, sed rebus no-  
stris inuident.

Telchinum gens originem ex Creta sumpsit, habitauit  
autem etiam in Cypro, & inde migravit in Rhodum, quam  
insulam ipsi primi occupauerunt. Erant autem per quā ma-  
ligni & inuidi. Cum uero artifices essent, ac imitare nentur  
opera præscorum, Mineruæ Telchinie simulachrum primi  
constituerunt, quasi quis dixerit, inuidiæ Mineruæ.

Leges non prohibuissent singulos pro arbitrio suo uiue-  
re, nisi alter alteri fuisset iniurius. Etenim inuidia seditio/  
nis parit initium.

Nemini inuidendum est. Boni enim bona fortuna digni  
sunt, mali uero in eadem male uiuunt.

Vir multis quidem scientijs eruditus, sed ob animi mali-  
tiam

Democriti.

Socrati.

Platonis in

Menexeno

Biontis.

Periandri.

Eiusdem.

Eiusdem.

Eiusdem.

Eiusdem.

Catonis

Maioris.

Ex Nicolai

historia de

moribus gen-  
tium.

Democriti.

Apollonij ad

fratres.

Eusebij.

tiam inuidiamq; nolens alijs desiderantibus cōmunicare, similis est malo uasi, quod in se multa & bona recondit, sed antequam usum sui præbeant, corrumpit.

Considerans aut quid inuidia sit, dolorē quandam re-  
periebat eam esse, non tamen nec in aduersa amicorū, nec  
in secunda fortuna inimicorū: sed illos inuidere aiebat, qui  
in amicorū prosperitate doleant. Cum uerò quidā miraren-  
tur, si quis alterū amans eiusdē prosperitate doleret: osten-  
debat multos esse ita erga quosdam affectos, ut eos aduersi-  
tate laborantes non possint negligere, sed pro uirili succu-  
rant, successu uerò eorum doleant. Hoc autem prudenti ui-  
ro minime, sed stolidis contingere asserebat.

Quoniā cuius quidē ciui prosperē uiuenti inuidet, &  
cīā in sensus est. Neq; consuleti ciui alius ciuis, quæ sibi in-  
dicentur optima suggeret, nisi multum in uirtute profecerit,  
quales vari sunt. Peregrinus autem feliciter agenti peregrino  
omnium maximē beneuolus est, & petenti quādam opti-  
ma dabit consilia.

Ceterū inuidus apparebit gaudere malis propinquo-  
rum Valde sanē.

Nihil inter omnia bona tam firmum est, quod inuidia  
perpetuo resistat.

### DE PATRIÀ, Sermo XXXIX.

**O**nuenit omni ratione & arte  
Amarites patriam, salutem eius moliri.  
Ne fatigeris, dum patriam recuperare studes,  
Natale solum, ut conuenit, gratissimum est hominibus,  
Neq; uerbis eius dulcedinem exprimere possim.  
Multo enim auro & opibus antecellit patriam

Ad inhabitandum prudenti uiro.  
Nam quod natura cognatum est et familiare, nescio quam  
sui dulcedinem mortalibus in uita præstat.

Veruntamen miserandum est tempus, quo patriæ fines  
relinquuntur.

Quid enim paterna charius esset uiro tellure?

Quod si non esses pessimus, nunquam ciuitate  
Tua contempta, regionem istam laudasses.

Meo quidem iudicio non rectē sapit,

Qui spretis patriæ terre finibus,

Alienam laudat, & moribus gaudet alienis.

Tu uerò mea tellus, & genitorum patria

Vale. Nam uiro, licet plurimis malis obruatur,

Nullum est suauius solum, quā quod nutriuit eum.

Spartiam fortitus es, istam orna:

Nos uerò ex nostra parte Mycenæ ornabimus.

Domi manere oportet, ac permanere liberum,

Aut non amplius uiuere illum, qui rectē beatus est.

Beatum existimo te ob uitam tuam plurimum.

Est autem optimum, si terram nunquam expertus es  
alienam.

Beatus ille, qui fortunatus domi manet.

Domi manebit uir uerè fortunatus.

Patriā ornabo pulchram ciuitatē, neq; inter populum

Excellentem, neq; malis uiris morigerans.

Nunquā equidem inimicū patriæ uirum in amicitiam

Receperim meam, hoc sciens, quod

Patria est quæ nos seruat: & dum in ipsa

Fortunata degimus, confabulamur inuicem.

Huiusmodi legibus hanc ego ciuitatem promoueo,

Xenoph. lib.  
3. de factis &  
dict. Socratis.

Herod. lib. 7.  
stor.

Platonis in  
Philebo.

Isoppi in ope-  
re de captiui.

Euripidis.



Euripidis.

Eiusdem in  
Telepho.

Menandri.

Sophoclis in  
Tereo.

Euripidis in  
Philoctete.  
Sophoclis.  
Theogni.

Sophoclis.

Eurip. in  
Polynicc.

Quid aliud est patria priuari, quàm malum maximum. Re ipsa autem maius est quàm uerbis. Quomodo istud fit? Quid exilibus adeò malum euenit? Vnum sane maximum, quòd exilium non habeat dicendi libertatem.

Homeri.  
Eiusdem.

Vnum auguriū optimū, pugnandum esse pro patria. Vos age ad naues confertū pugnate, donec uestrum Ictus aut uulneratus, mortem aut fatum quilibet sequatur. Moriatur, non enim indecorum est ei defendenti patriam mori.

Eiusdem  
Odyssi.

Ceterū Vlisses Cupidus uel fumum exeuntem uidere patriæ suæ, sic mori optat.

Ibidem.  
Eurip. in  
Phœnissis.

Quam nihil est: patria suauius, atq; parentibus. O mater ego prudens simul, ac imprudens perueni. Ad uiros inimicos. Verū necesse est Cunctos amare patriam: quòd si quis secus, ait, Verba funditare gaudet, animū tamē in patriā conuertit.

Platonis in  
Critoac.

An sic es sapiens, ut te latuerit, & patri, & matri, & progenitoribus omnibus patriam esse anteponendam: cui que esse uenerabilius quiddā sanctiusq;? & in superiori sorte tum apud deos, tum apud homines mentis compotes esse patriam collocandam, colereq; eam oportere magis, eiq; obedire, ac rigidius se gerenti mitius assentiri, quàm patri, & si quid iubeat, uel dissuaderi illi quantum liceat, uel facere, & patientissimè sustinere quicquid iusserit patiendum. Ac siue mandarit uerberari te, siue in uincula conijci, siue in prælium miserit ad uulnera excipienda, mortemq; subeundam, obediendum est omnino. Ius enim ita dicitur, & neque tergiuersandum, neq; fugiendum, neq; ordinē deserendum: sed & in bello, & in iudicio, & prorsus ubiq; ea sunt

quæ re publica patriaq; iusserit, facienda: aut certè uerbis quatenus iustum est, uti licet ad persuadendum illi, eamq; placandam. Vi autem uti nefas est, uel contra matrem, uel contra patrem, maximè uerò omnium contra patriam.

Butebij.

A morte patrum filios esse supersites, fortunatum & à fortuna petendum est: itemq; ut ipsorum liberorum singuli eodem ordine natura, minores natu maioribus succedat. Communis hæc petitio iustissima est, & summo omnium studio suscipi digna, ut patria, quæ semper suscipit & alit omnes, & quæ nobis maiores nostros exhibuit, tum ipsa, tum deorum indigctum honores, magis ac magis semper augeantur.

Pythagoræ.

Pythagoras interrogatus, quomodo oporteat se gerere erga patriam ingrati: ut erga matrem, respondit.

Timotheus dux Atheniensium cum audisset unū è collegis dicentem: An putas, o Timothee, gratam nobis futuram patriam? Modò nos, respondit, patriæ dignas referre gratias queamus.

Ex Serini  
scriptis.

Lacones qui ad regem Persarū uenerant, ut poenas darent propter legatos, dimisi sunt: & insuper uirtuti suæ gratia à rege rogati, ut secum manerent. At quomodo, dixerūt, huiusmodi patriam relinquere possemus, cuius gratia tantum itineris morituri consecimus?

Aristidis.

Aristides interrogatus, qua de re in exilio maximè tristatus fuisset: respondit, propter dedecus patriæ malè audientis sui causa exilij.

Seriphij.

Seriphus quidam cum ei ciuitatis suæ paruitas ab Atheniense quodam obijceretur: Mihi quidem, dixit, patria dedecus est, tu uerò patriæ.

Aristidis uxor administranti re publica ei dixit: Vt/ nam



nam priuatas quidem res putares esse publicas, & contra publicas priuatas.

Chrysermi in  
2. hist. Perfic.

Cum Persæ uastarent Græciam, & indigenæ omnes perturbati essent, Pausanias Lacedæmoniorum dux quintæ gentis auri talentis acceptis à Xerxe, Spartam proditorus erat. Caterùm interceptis epistolis Hegesilaus eius pater, cum rem intellexisset ab illis qui in epistolas inciderat, persecutus est filium ad templum usq; Mineræ, quæ Chalciæcos, ab æde ænea cognominatur. Ibi foribus templi obstructis per lateres, unâ cum uxore sua Pausaniæ matre introitum custodiuit, & proditorem fame neccauit, quem mater mortuum sublatum, extra fines Spartæ proiecit.

Demarati Ar-  
cadiorum 2.

Cum Tegeatis bellum esset contra Pheneatas, & acies utrinque diu starent instructæ, consultatum est de mittendis trigeminis fratribus, qui pro uictoria pugnarent: qua sententia recepta utrinque, Tegeatæ quidem Rheximachi filios miserunt, Pheneatæ autem Demostrati. Itaque commissa pugna, duo Rheximachi filiorum occisi sunt, tertium autem nomine Critolaus hoc strategemate uicit aduersarios. Simulata fuga, singulos persequentium, seorsim omnes occidit, ita potitus uictoria, letabundus ad suos rediit. Cum autem omnes eum perquam humaniter amplecterentur, sola soror ipsius Demodice non congratulata est ipsi. Occiderat enim desponsatum sibi maritum Demodicum. Hoc agrefrens iuuenis, uirginē occidit: unde cædis à matre accusatus, absolutus est crimine.

Huiusdem  
libro. 3.

Cum Athenienses contra Eumolpum regem Thracum belligerarent, Erechtheus Atticæ rex oraculum accepit se uicturum hostes, si maximam natu filiarum Proserpinæ immolaret. Reuersus igitur Athenas, exposuit uxori Thra-

theæ.

theæ Pythicum hoc oraculum, deinde filiam ad aras ductâ occidit, & commisso prælio potitus est uictoria.

Est patria, per Iouem, uelut alter quidam deus, & prius maximusq; parens. Quare qui nomen ei imposuit, à re ipsa non temerè patriam nominauit, uocabulo quidem à patre deducto, pronunciato tamen foemina terminatio, ne, ut ex utroque parente mixtum esset. Atq; hæc ratio insinuat patriam unam ex æquo duobus parentibus colendâ esse. Præferenda igitur omnino est patria utrius parentum seorsim: & ne simul quidem parentes ambos maioris fieri, sed æquali honore dignari. Est autè & alia ratio, quæ non tantum æquali, sed maiori etiam quàm simul ambos parentes honore patriam afficere monet, neq; solum ipsis eam præfert, sed etiam uxori, & liberis, & amicis, & absoluto sermone rebus alijs omnibus post deos.

Quemadmodum igitur stultus quidem fuerit, qui digitum unum pluris facit, quàm simul quinque: prudens uerò qui maioris quinque, quàm unum æstimat. Ille enim cum toto partem quoque eius negligit, hic uerò simul cum alijs quinque unum quoq; conseruat. Similiter qui seipsum præ patria seruare uult, tum iniuste facit, tum stolidus est, insuper impossibilia desiderans. At qui patriam sibi ipsi præponit, is & dijs charus est, & mente prudentior. Quinetiam dictum est, quòd & si quis nõ connumeretur multitudini, sed seorsim consideretur, decere tamen propriae salutis multitudinis salutem præferre. Nam si tota ciuitas pessum ierit, unius utpote ciuis salutis cõsistere nõ poterit: sicuti manus corrupta, nõ saluus permanere potest unus digitus, ut pars manus. Sic igitur paucis sermone nostru cõcludamus, quòd communis utilitas non seiungenda sit à priuata, &c.

Oportet

*Ibidem.* Oportet etiam leges patriæ tanquam alteros deos obseruare, ac seipsum perfectum reddere secundum ipsarum præscriptum. Si quis uerò leges aut uiolare, aut innovare conabitur, hic omni studio prohibendus, & modis omnibus oppugnandus est, &c.

*Ibidem.* Caterum ego Zaleucum probo Locrensiū legislatorē, qui sanciuit, quòd quisquis legem nouam introduciturus esset, circumpositò ceruici laqueo id facere deberet, ut auctor eius mox suffocaretur, nisi eximiam utilitatem nouæ legis ad antiquum reipublicæ statum comparatè declararet. Porro consuetudines quoq; reuera patriæ, & fortassis ipsis legibus uetustiores, nihil minus quam leges obseruandæ sunt. Quæ uerò heri tantum, ut aiunt, & nudius tertius in totam ciuitatem recepta sunt, neq; patriæ censenda sunt, & fortè ne consuetudines quidem omnino: quoniam consuetudo lex non est, optimi legislatoris inscriptum nomen habens, uidelicet utentium omnium comprobatione: fortassis autem & naturali iustitiæ proxima fuerit patriæ consuetudo.

## DE EXILIO, Sermo XL.

*Euripidis in Philoctete.*



Atria feliciter agens fortunatum semper  
Altius prouehit, infortunatū uerò humiliat.  
Vbicunq; terrarum, quæ nutritrix tellus, ea  
patria est.

*Eiusdem in Phæronte.*

*Ex Plutarcho lib. de exilio.*

Hinc rectè Hercules interrogatus,  
Argiuus an Thebanus? haud unam curo  
lactare, Græcia omnis est mihi patria.

*Eiusdem paulo post.*

At nos quasi formicæ uel apes, si ex una cauerna ad  
ueari exciderimus, hospites externiq; nobis esse uidemur.

Quod

Quod idcirco fit, quia omnia propria & familiaria ut certè sunt, facere ignoramus. Atqui stultitiam eius irridemus, qui lunam Athenis meliorem nitidiorēq; esse dicat, quam quæ Corinthi: & tamen in idem quodammodo uitium mentis incidimus, cum peregrinantes terram, mare, aërem, cœlum, ut diuersa aliaq; à consuetudine esse contendimus. Liberi quidem & soluti à natura in lucem emittimur, ipsimet autem nos ipsos colligamus, locorumq; coarctamus angustijs. Paulo post: Amisissæ enim diuitiæ breui facileq; reparari nequeunt: patria uerò qualibet ciuitas fit illi, quæ nouerit uti.

Si uana falsiq; opinio remota ueritatē ipsam consideres, qui unam duntaxat ciuitatem habet, hospitem a leniūq; cæteris omnibus inuenias.

Aristoteles oriundus erat à Stagiris, Theophrastus ex Epheso, Straton à Lampsaco, è Troade Glycon, Ariston à Ceo, &c. Quos si queras, quisnam insectatus exulare cogent, inuenias neminem, sed ipsi sponte quietem & studia secuti sunt, quorum participare nequeunt, qui domi nominis aliquid, uel potestatis obtinēt. Itaq; cum cætera suis nos doceant libris, hæc professio reipsa etiā docent. Et nūc quoq; optimus quisq; & probatissimus peregrè uiuit, nō pulsus, sed sponte aliò transgressus; nec fugatus, sed fugiens ipse molestias, occupationes, negotia, quæ patria asserre solet.

Empedocles animi huc aduentum aliunde ad generationem blandiusculo nomine mitigans, peregrinationē uocat. Quod uerissimum autem est, uagatur exul diuinis legibus & decretis agitatus, & sic quasi in insula multo maris æstu circumflua, ut Plato inquit, more ostræ corpori annexus, quod non recordetur, nec recolat, & quantis opibus, quali & translatus honore,

*Ibidem prope finem libri.*

Quod Corpore

Corporeis animus uinclis religatus inhaeret.

Non Sardibus cum Athenis, nec Corintho cum Lemno Scyrois, sed ipso caelo lunaq; cū terra ac terres in fragilib; uita permutatis. Si uerò hic ex loco in locum minimi interualli transierit, grauissimè fert quasi peregrinus et hospes, & modo degeneris plantæ immarcescit. Quamquā plantæ quidem regio alijs alia cōmodior est, ubi melius alatur & germinet: homini autem felicitatem locus nullus, sicut nec uirtutem, nec animi prudentiam aufert.

**Democriti.** Peregrinatio uitæ frugalitatē docet: offa quippe & thorus herbaceus, famis ac laboris dulcissimæ medela sunt.

**Eiusdem.** Quælibet terra homini sapiētī est peruia: animæ namq; fortis uniuersus mundus patria est.

**Teletis de exilio.** An non contra eum qui exilium reddere imprudenter res putet comparari queant recte quæ in alijs artibus eueniunt: Ut enim tibia canere, aut in theatro agere hypocritam non obstat etiā in terra peregrina, sic neq; consultare. Sin autē aliquis existimet quadā alia in re noxiū esse exilium, ad illum nihil dicetis, quam quod Stilpo nuper fertur dixisse. Quibus tandē, & qualibus bonis priuat exiliū, animæ an corporis an fortunæ? An iudicandi agendiq; dextera, tem aut felicitatē aufert: Haud sanè. At fortitudine, iustitia, aut alia quapiā uirtute priuat? Ne id quē. Sed nec illo fraudat corporis bono: an non a quē licet in aliena terra bene ualere, uiribus polleere, acuti cernere, & audire acute, interdū uerò multo magis, q̄ si in sua terra quis maneat? Fortuna uerò bonis neminē exiliū exiit. An nō uisum est multos tum demū cū exules sunt facti, potitos fortunæ bonis splendidioribus? An non Phœnix expulsus terra Dolopū ab Amyntore in Thessaliam exulatum concedit?

Ad Peleū deueni, & me opulentū reddidit, multū prætereā mihi dedit populū. Themistocles ille, o fili, perimus, exclamabat: Nunc uerò magna huiusmodi rerū ipsi est copia. Quibus ergo bonis spoliatur exiliū, aut quorū malorū est causa? ego enim nō uideo. Quin nos sæpe defodimus & et exules facti, et domi manētes. At nō magistratū gerūt, inquit, at nō habetur eis fides, nō habet dicēdi libertatē. Imò aliqui præsidio tenēt oppida apud reges, & populi fidei ipsorū cōmittuntur, et prætereā cogitaria stipēdiāq; accipiūt. Lycinus ille nōne apud uos præsidū tenebat, & exul cū esset ex Italia, summæ apud Antigōnū fidei? Nosq; in patria agentes faciebamus quod Lycinus imperasset: Hippomedō ille Lacedæmonius, nunc Thraciæ præfectus à Polemæo. Chremonides & Glaucon Athenienses, nōne assessores regis & cōsiliarij sunt, ne prisca tibi referā, sed præsentia? Et postremò innumera cū classe, & pecunia grandi fidei sua creditis dimissus est, potestatē habēs utēdi ijs pro libito. At in patria nō imperiū tenēt proscripti. Nam neq; mulieres, quæ domi remanēt, nec pueri, nec adolēscētes ibidem, nec etiā grādē ui imperāt. Si tamē hoc illis graue molestumq; esset, & moueret dolorē, nōne essent stulti? Et quid refert, magistratū ne geras, an priuatus sis? Tu multis aut paucis, ijsq; uigentibus. etate imperabis, ego uerò paucis & impuberibus pædagogus, demiq; mihi quoq; ipsi ero. Par enim est adhibēda experiētia in multis & uno, in rep. & re familiarī administrāda, in peregrino orbe, & in patria agētī: atq; eadē bona consultatione, & magistratu bene, et re priuata licet uti. Quid ergo mea refert, etiā si non imperē, sed agā priuatus? Sed non habebis potestatem ueniendi in tuam patriam. Nec nūc fas est intrōcundi sacra arcana Cereris,

Homeri  
Iliad. I. 12.

nec mulieribus templum Martis. Nec habemus potestatem  
adeundi inaccessa per religionem loca. Sed si quis id mole  
ste ferret, nonne puerilis uideretur? Nec in gymnasium lu  
cet ingredi quandoq; sed ingressus balneum unxi me, usus  
ea ipsa arte palestra, qua ante sepe in gymnasio. Sic hic  
quoq; putat ins meam terram inaccessibilem, transiens aliud inco  
lo. Quare nec mea calamitas ulla, nec probrum, nisi cum  
malis habitem. Possum autem perinde ut ex nauis in alteram  
transcendens feliciter nauigare, itidem ex ciuitate una in al  
teram migrans beatè degere. Nunquid meum istud pro  
brum est, ac non potius eorum qui eiecerunt me æquum iu  
stumq; existentem? Non ille pèdè Philemon. Cum enim alii  
quando uertisset solum, quidam occurrentes ei ciuilibus di  
xerunt: Mi Philemon, quam bene tibi successit. Vos quidè,  
inquit, putatis, qui non rectè rem contemplati. Atqui ego  
bonus semper perseuero. Quid? an nò contumelia est à det  
terioribus proscribi? Tu uerò uelles à bonis probisq; po  
tius? An non tum quidem culpa tua fuerit? nam neminem  
temerè & iniuste exilio multant: alioqui iusti non essent.  
Reprobari igitur præ talibus suffragio & calculis, nonne  
est probrum? non, inquam, tuum, sed eorum qui tales suffra  
gijs suis & calculis elegerunt. &c.

Musonij.

Exule quodam lugente quòd exularet, sic ferè consola  
tus est eum: Exilium enim, inquit, quomodo quis non am  
grauiter ferret? Quòd aqua quidem, & terra, & aère, ad  
de etiam sole, & reliquis astris, non arceat nos ullo pacto,  
sed nec hominum conuersatione: ubiq; enim & passim bo  
rum est còmercium. Si aut parte aliqua terræ excludimur,  
& quorùdam hominum consuetudine, quid hoc indignum  
Necq; enim domi dum sumus, terra tota utebamur; mepe

cunctis

cunctis hominibus conuersati fuimus. Amicis quippe etiã  
nunc conuersari possumus, ueris saltem, & quorum ali  
quam habere rationem conuenit: nam hi nunquã prodent  
nec deserent nos. Si uerò sunt ficti quidam nec sinceri ami  
ci, his liberatos esse melius quàm conuersari. Quid autem,  
an non communis omnium hominum patria est mundus ip  
se, quemadmodum censeat Socrates? Itaq; non putandū re  
uera te exulare à patria, si migres inde ubi natus & enutri  
tus es: sed tantum te quadam urbe esse priuatum, tum aliã,  
tum si existimari uelis bonus & æquus. Talis enim regio  
nem quidem nullam uel colit, uel despicit, tanquam beatitu  
dinis causam, sed ipse in sese omnia collocat, & putat se ci  
uem urbis Iouis, quæ constat ex hominibus & dijs. Consen  
tientia his & Euripides dicit, ubi ait:  
Omnis quidem aër aquila penetrabilis,  
Omnis uerò terra uiro forti patria.

Quemadmodum autè si quis in patria agens, aliam ta  
men domū inhabitans, non eam in qua natus erat, sese ma  
ceraret, & ob eam rem lugeret, nihili homo & ridiculus  
esset: pari ratione is qui inhabitans aliam ciuitatē quàm in  
qua natus est, calamitatem putat: talis meritò stultus habe  
ri queat & uecors. Atqui ad curam uel studium nostri, &  
ad comparandam uirtutem quomodo exulare obstat, quam  
do nec à discendo, nec ab exercitatione, breuiter nullis ne  
cessarijs prohibetur quis propter exiliū: quin potius non  
potest nò exiliū promouere huiusmodi suppeditas ocij, &  
facultatē tum discēdi pulchra, tum agēdi magis quàm antea:  
utpote cum exules nec à patria existimata distracti sint ad  
munia ciuilia: neq; ab amicis existimatis aut cognatis diue  
xati, qui quidè ad impediendū uehementēs sunt, et ad abstra

Q 3

hendum

bendum à studio in res præstantiores. Iam uerò quibusdam omnino exilium profuit, sicut Diogeni, qui ex idiota quidem philosophus euasit exulans: pro eo autem quod desideret Sinopæ, cõmoratus est in Græcia: studio uerò quod impendit uirtuti, philosophos antecelluit. Alijs uerò male quoad corpus dispositis præ mollitiæ & luxu exilium uolubustos effecit, coactis ratione uiuendi sequi uiro magis congruam. Ac nouimus quosdam à morbis diuturnis dum euolarent solutos esse, quemadmodum Spartiacus ille Lacedæmonius, qui diu laborans ex latere, eoq; sepius egrotas, benescio exilij, ubi desijt delicatè uiuere, desijt etiam esse letudinarius: tũ alios molliter sese curantes podagra liberatos esse aut: antea enim morbo admodum intento ex ista causa, simul ac exilium assuescit durius uiuere, per hoc ipsum sanos fieri effecit. Ad eò ut nobis ipsis tum corpore, tum animo meliores euadamus, plus confert quàm obest exilium. Sed neque necessarijs rebus omnibus exules destitui contingit. Qui enim ociosi, inertes ac parum uiriles sunt, hi uel in patria ut plurimum inopia & penuria laborant: contra qui animo sunt generoso, industrij & prudentes, ubicumq; gentium quod satis est possident, nec egestatem ullam experiuntur. Etenim haud adeò multis indigemus, nisi uoluerimus deliciarì.

**Memorandi.**

Nam quid est quod desiderent homines, præter duos solum,

Nempe Cereuis fruges, & aque potionem,  
 Quæ in promptu sunt, & nutrire nos possunt?

Certe ego uiros memorabiles noui, qui in peregrinatione non modo rebus in primis ad uictum necessarijs facile abutuntur, sed etiam multas sepe pecunias acquisierunt. Vi-

delicet

delicet Ulysses cum esset quouis exule miserior, solus, nudus, & naufragus: ubi tamen ad Phæacas homines ignotos peruenit, pecuniarum abunde colligere potuit. Themistocles autem cum exularet, ac peruenisset ad Persas, non solum ad non amicos, sed & hostes atq; barbaros homines tres ciuitates dono accepit, Myuntè, Magnesium, & Lampscam, ut ex ipsis uiueret. Porro Dion Syracusanus à Dionysio tyranno bonis omnibus spoliatus, eiectusq; patria, tantam exul pecuniæ uim habuit, ut etiam exercitum conductum aluerit, quo cum in Sicilia rediens à tyranno ipsam liberauit. Quis igitur prudens hisce consideratis, exilium egestatis esse causam exulibus sibi persuadere pergat? Caterum neq; exilij causa infamia notari exulantes omnes, necessariũ est. Nemo enim est qui nesciat, quod & iudicia multa perperam pronunciantur, & multi à patria eiciantur iniuste, quodq; iam antehac aliqui boni uiri à ciuib; expulsi sint, uti Athenis Aristides ille iustus, ac Epheso Hermodorus, propter cuius exilium Heraclitus Ephesios per omnes atates se strangulare iussit. Non desunt qui in exilio quàm clarissimi euaserint, quales sunt Diogenes Sinopeus, & Clearchus Lacedæmonius, qui cum Xerxe aduersus Artaxerxen militauit, & alij multi, quos in presentia præterimus. Quomodo igitur infamiae causa hoc fuerit, in quo multi clariores quàm prius essent euaserunt: & c.

Si quis patria nos priuauit, tolerandi tamen exilium sibi uidebitur. Porro quibus mecum ipse rationibus utar, quo minus exilio dolere, tibi quoq; comunicabo. Exilium mihi uidetur homines non omnib; priuare, & ne istis quidem quæ uulgas bona censet, ut paulo ante ostendi. Quod si tamen aut aliquo illorũ, aut pariter omnibus priuet, uera

certe bona non adimit. Nam fortitudinem & iustitiam ab exule possideri, nihil prohibet, quatenus exil est: neq; temperantiam aut prudentiam, nec ullas deniq; uirtutes, que presentes ornare & adiuuare hominem, laudabilemque & gloriosum reddere possunt: absentes contra ledere ac dedecorare solent, malum ingloriosumque relinquendo. Hæc cum ita se habeant, si tute bonus sis, & uirtutes possideas, haudquaquam te laeserit exilium, neq; humilem & abiectum esse fecerit, cum id tibi adsit quod te adiuuare ac plurimum extollere potest. At si malus fueris, tua tibi prauitas, non exilium nocet, & dolorem molestiamque tibi malitia, non exilium infert: quare ut ab illa soluaris, festinandum tibi citius est, quam ab exilio. Hæc & ego mecum semper reputauit, et nunc eadem tibi propono: quod si sapias, non exilium inter mala censabis, ut quod alij facile ferant: sed animi prauitatem, que quamdiu inhaeret, miserum reddit omnem a quo possidetur. Etenim è duobus alterum necessum est, ut uel iure uel iniuria exules. Quod si iure, quomodo decet & conuenit, ut quod iustum est molestè feras? Sin iniuria, id non nostrorum, sed illorum qui nos expulerint, malum est. Quippe per Iouem iniuriã facere, quod in ipsis contigit, res est dijs omnium maxime exosa, impiissimisque iniuriã uerò pati, quod in nos cecidit, tum apud deos, tum apud homines æquos, auxilium & curam, non odium comereri existimatur.

## DE ARCANIS, Sermo XLI.

Euripidis  
in Ino.

Illius ea resciscat, que conticere decet,  
Parua enim facula Idæ cacumen  
Incenderit aliquis, Et si quid uel uni aliquando  
aperueris.

Id ciues

Id ciues audient omnes, quod celandum fuerat.

Qui commissum sibi instar depositi sermonem  
Euulgat, aut iniustus est, aut admodum incontinens.  
Iniustus quidem, si lucri causa id faciat: sin absque lucro,  
Incontinens: ex æquo autem utriusque mali sunt.

Ne mihi uerbum arcanum efferas ullum:  
Seram enim nullam habeo: uel ut facilius intelligas,  
Nihil non secreti per linguam meam diffluit.

Ne scruteris omnia: multa sunt que diuulgare malum est.  
Socrates dicebat carbonem ignitum facilius in lingua  
contineri posse, quam sermonem arcanum.

Euripides cum ei grauecolentia oris obijceretur a quodam:  
dam: multa enim, dixit, secreta in eo computruerunt.

Sermones arcanos ne efferas.  
Aristoteles quidnam in uita difficillimum esset interrogatus,  
dixit: Tacere que dicenda non sunt.

Canam prudentibus, profani claudite fores.  
Sermonum deposita fidelius quam pecuniarum custodia  
dito. Oportet enim uiros bonos in existimatione esse, quod  
mores & uitam uel iureiurando fideliores constantioresque  
praesent.

DE CALVMNIA,  
Sermo XLII.

Non est continenda calumnia, etiamsi propter  
sus fuerit  
Falsa. Aliqui enim ipsam extollere norunt,  
Propter quos huiusmodi cauere conuenit.

Nihil ferè tam est malignum, quam calumnia.  
Hæc enim ubi clam aliquem a se persuasum decepit,  
Odium excitat aduersus eum qui nihil est commertus.

Q 5

Domine,

Euripidis in  
Alexandra.

Domine, uehemens est malum inter homines calūnia.  
Sæpe autem aliquis eloquentia superatus,  
Licet iusta dixerit, posthabetur tamen eloquenti.

Menandri.

Nihil est grauius quàm calūnia.  
Nam quod alteri inest peccatum,  
illummet qui calūniam patitur, ut potè proprium crimen  
suscipere necessarium est.

Eiusdem.

Suspiciones maiorem pariunt calūniam quàm ipsi  
facta.

Eiusdem.

Quisquis est qui calūnijs statim fidem habet,  
Aut moribus improbis præditus est,  
Aut ingenium prorsus habet puerile.

Hocraçtis ad  
Demonicū

Caue tibi à calūnijs, & si falsæ sint. Pleriq; enim uerū  
tatem ignorant, respiciunt autem opinionem.

Demosthenis

Calūnia aliquantisper quidem audientium opinio-  
nem confirmat, progressu uerò temporis nihil ipsa imbec-  
cillius est.

Thucydidis

Non decet calūnias neq; alijs narrare, neq; audien-  
do suscipere.

Plutarchi in  
libro de ca-  
lūnia.

Hippias grauiſſimam rem calūniã esse dicit, quia nul-  
la pœna lege sancita sit calūniatoribus, ut furibus, quam-  
uis amicitiam, quæ optima est possessio, furentur. Quam-  
obrem contumelia licet malefica sit, iustior tamẽ est quàm  
calūnia: quæ quia latet, nocentior est.

Rhegini in  
Amicitia.

Multi hæctenus plus mali per calūnias, quàm per ho-  
stes acceperunt. Et multis iam iniuria maior facta est pro-  
pter aurium infirmitatem, quàm inimicorum insidias.

Dionis de  
Oeconomi-  
co.

Faciemus autem initium ab eo, quod in primis utile est  
familie: id autem est increpatio calūniæ.  
Est enim calūnia malum, idq; insidiosissimum.

Pelopida

Pelopidas cum fortis quidam miles per calūniã apud  
ipsum deferretur, ut qui ei conuiciatus esset: Equidem, di-  
xit, facta eius respicio, uerba autem non audiui.

Calūnia res est grauiſſima, in qua duo sunt qui iniu-  
riam faciunt, unus qui afficitur. Calūniator enim iniuriã  
facit, non præsentem accusans: & similiter qui accusanti fi-  
dem habet, antequam uerè rem cognoscat. Qui autem ab-  
est, iniuriã patitur, tum à calūniatore, tum ab illo qui  
ipsum aures calūnianti præbens pro malo reputat.  
Omniem beneuolentiam & naturam frangit calūnia.

Pelopidæ.

Herodoti  
libro 7.Iosippi in  
historia ca-  
pitulatis.

## DE RE PVBLICA,

## Sermo XLIII.



Iunusquisq; accepto quantum posset,  
Bono accederet, idq; in commune conferret  
Patriæ, pauciora mala ciuitates  
Experientes in posterum fortunatæ forent.

Euripidis.

Stultum equidem illum esse iudico,  
Cum uel pater filijs, uel non sapientibus aliquis  
Ciuitas tradit potestatem.

Eiusdem in  
Phæontæ.

Anchora unica nequaquam ita nauim seruat,  
Ut tres demissæ: & unus princeps urbi  
Periculosus est, adiungi uerò & aliū, non malū est ciuitati,  
Ciuitates enim uiri sunt, non solitudines.

Euripidis in  
Phryxo.  
Sophoclis in  
Phædra.

Nunquam sanè tuta & secura potest esse ciuitas,  
In qua ius & modestia omnis  
Pedibus calcantur, & loquax aliquis accipiens  
Malignos manibus stimulos regit urbem.

Haud scio quid ad hæc dicendum sit.  
Nam cum boni ab ignobilibus superantur,

Eiusdem in  
Alæadis.

Que

Quæ nam ciuitas id ferre possit?

**Eiusdem in**  
**Eriphylic.** Vbi autem quæ optima sunt non libere loqui  
Licet, & in urbe deteriora uincunt,  
Tum peccata pessundant salutem.

**Ex Bucoli-**  
**cis Bionis.** Ne me reliqueris in honoratum: Nam & Phœbus pro  
cantu

Mercedem dedit: honor autem res meliores efficit.

**Eupolidis.** Equidem ego de plurimis non habeo quid potissimum  
dicam.

Tanto cum dolore rempubl. nostram aspicio,

Hactenus enim ô senes nequaquam sic habitabamus:

Sed erant in urbe nostra primum quidem Imperatores

Ex præcipuis familijs, opibus & genere præstantes,

Quibus tanquam dijs uota faciebamus: erant enim digni.

Itaq; securi debebamus. Nunc uero quoslibet

Duces improbos eligentes militamus.

**Euripidis in**  
**Supplicibus** Tria sunt ciuium genera. Quidã diuites sunt, Inuidentes  
& plura semper appetunt.

Alij uero nihil possidentes, inopesq; uictus,

Miseri, nimium tribuentes inuidie,

Malos aculeos in ditiores emittunt

Lingua, improbis chari ducibus.

Ceterum è tribus, quod medium genus est, urbem serua,

Modum illum custodiens, quem ciuitas approbauent.

**Sophoclis.** Nam ubi custodes à pueris uincuntur,

Non est sapientium uirorum ciuitas.

**Euripidis.** Ciuitas male affecta in malis excogitandis callidior est.

Nihil est inter humanas res æquale.

Deceret enim fortunas temere errantes

Nihil ualere, manifesta autem euehere.

Scilicet illum, qui uiribus præstaret,  
Aut arcu iaculando, aut hastarum pugna præcellens,  
Alijs inferioribus se imperare par esset.

Atqui mali hominis indicium est, si quis de populo  
Nulla in re magistratum audire dignetur.

Nunquam enim aut leges in ciuitate bene  
Se habebunt, ubi metus abest:

Aut exercitus cum moderatione persistet,  
Qui nullum timoris aut reuerentiæ obstaculum habet.

Tria enim sunt hec, Per quæ fiunt omnia, Videlicet aut  
legibus,

Aut necessitate, aut tertio consuetudine quapiam.

Quandoquidem ipse læsus sum, nunquam post hac alteri  
cuiquam

Filijs imperium tradere consuluerim,

Priusquam eius oculos tenebræ occupauerint:

Sin minus uitam agere à liberis obedientem oportebit.

Vbi iniuriari, & quæuis pro libidine facere licet,

Illam ciuitatem existimandum est tandem

Ex bono statu recedentem in profundum ruituram.

At mihi tempestiuus aliquis metus constituatur,

Et ne putemus si quid libentes fecerimus,

Non luituros nos poenam olim dolentes.

Est his in rebus uicissitudo.

Ad habentem enim repit inuidia,

Atqui parui sine magnis

Imbecillæ turris munimentum sunt.

Paruus enim cum magnis optime

Agit, & magnus à minoribus prouehi poterit.

Sed non fieri potest, ut stolidi illorum animi hæc edoceantur:

**Sophoclis**  
**in Aiace.**

**Menandri in**  
**Empipramene.**

**Euripidis.**

**Sophoclis**  
**in Aiace.**

**Ibidem.**



Euripidis in  
Hecuba. In hoc enim multæ ciuitates laborant,  
Cum qui bonus & strenuus uir est,  
Nihilo plus, quàm deteriores, accipit.

Eiusdem in  
Holo. Putatisne uos terram habitare posse, si totus pauper  
Populus rempub. absq; diuitibus institueret?  
Haudquaquã seorsim bona & mala subsistere possent,  
Sed est aliquod temperamentum, quo recte coniunguntur.  
Nam ea, quibus pauper caret, diues  
Largitur: quæ uerò nos diuites non possidemus,  
Illorum gratia pauperibus utentes colimur.

Euripidis in  
Antigone. Intestinum hominibus oboriri solet  
Bellum inter ciues, si ciuitas dissenserit.

Eiusdem in  
Atene.  
Menandri.  
Eiusdem.  
Sophoclis.  
Eiusdem.  
Heniochi.

Optimum est ueritas in iusti uiri ciuitate.  
Hoc commune bonum est, si uir bonus felicitate fruatur.  
Id quod recte habet, etiam lege præstantius est.  
Honestum est, leges sequi patrias.  
Nullum est maius quàm inobedientia malum.  
Ego nomen singularum statim  
Dicam. Vniuersæ autem uariæ sunt urbes,  
Quæ longo iam tempore desipiunt.  
Forsan aliquis interrumpet, dicens: Cur nam hoc in loco  
Nunc sunt? Hic interrogans à me audiet.  
Omnis quidem hic in circuitu locus est  
Olympia: sed scenam illam inspicite illic,  
Quæ Pythica quidem scena aspectu existimari potest.  
Esto: Quid illic uerò ciuitates agunt?  
Aduenerunt immolatiū Eleutheria, id est, libertatis sacra  
Postquam à tributis semel propè liberatæ sunt.  
Deinde ab illo sacrificio perdidit  
Ipsas hospitio accipiens indies

Imprudencia, multo iam tempore ipsos occupans.  
Ceterum duæ quædam mulieres ipsam perturbabant  
Semper conuersantes, Democratia alteri  
Nomen est, alteri uerò Aristocratia,  
Quarum culpa iam frequenter deliquerunt, & debaccha  
tæ sunt.

Ciuium quos quidem scimus ingenuos, modestos,  
Iustos, honestos, ac probos uiros esse,  
In palastræq; & choris enutritos, & musica,  
Illos expellimus: fabris autem, & peregrinis, & Pyrrhijs,  
id est seruis,

Malisq; atq; malo genere natis, ad omnia utimur,  
Qui postremi aduenerunt, quibus ciuitas antehac  
Ne pro piaculis quidem temerè & facillè usa esset.  
At nunc saltem ostolidi, moribus immutatis,  
Utimini denuo bonis uiris. Nã etsi quid prosperè egeritis  
Hoc pacto, non absurdum erit: neq; si quid erratum fuerit.  
Ab arbore enim digna,

Et si quid patiamini, sapientibus pati uidebimini.

Desine. Tum enim saluæ sunt ciuitates,

Cum leges, ut decet, obseruantur.

Si iniuriarum autorem ulcisceretur  
Vnusquisq; nostrum, & unâ propugnaret,  
Aequè ac si propria sibi esset facta  
Iniuria: & ciues uehementi studio mutuam iungerent  
operam,

Non amplius nobis calamitas inciperet  
Improborum hominum: sed obseruati,  
Et meritam pœnam luentes,  
Vel admodum essent rari, uel profus desinerent.

Aristophanis  
in Ranis.

Menandri

**Menaandri.** Difficile est ò Patria, diuturnam consuetudinem breuitate  
pore dissoluere.

**Æschini cõtra Timarchũ** Illum enim qui in sua familia non bene uixit, in com-  
munibus quoque reipub. negotijs similiter uersaturum ex-  
stimabat.

**Democriti.** Lex hominum uitam demereri cupit beneficijs: id autem  
præstare potest, si ipsi ea suscipere uoluerint: obediendum  
enim uim & uirtutem suam declarat.

**Eiusdem.** Seditio intestina utrinq; nocet: etenim tum uictoribus,  
tum uictis perniciēs est æqualis.

**Æschini.** Malum ingenium magnam potestatem adeptum, ma-  
gnas calamitates efficit.

**Demosthenis contra Anastro-  
tionem.** Eum qui pro ciuitate aliquid agit, ciuitatis ingenium in-  
tari decet. Atque huiusmodi nobis ò Athenienses seruandi  
sunt: odio autem habendi, qui isti homini similes fuerint: si-  
quidem qualescunque amare & seruare uidebimini (quod  
forte scientibus uobis, dicam tamen) talibus esse similes ex-  
stimabimini.

**Xenophontis lib. 1. de me-  
morabilibus Socratis.** Regnum & tyrannidem, principatum quidem utrinq;  
esse putabat: at multũ inter se differre. illum enim principa-  
tum qui uolentibus, & non repugnantibus hominibus, ac  
secundum leges ciuitatũ imperat, regnum putabat: qui uel  
rõ inuicis, et non secundũ leges, ad principis uoluntate age-  
retur, tyrannidem. Et ubi quidem principatus ab optimatibus,  
legumq; obseruatoribus haberetur, hunc regendi modum  
Aristocratiã existimabat: ubi uerò à ditissimis, prin-  
cipatum ex censu: ubi autem ex omnibus, popularem.

**Herodoti libro. 6** Signa fere præcedere solent, quoties magna mala ad  
ciuitati, aut genti alicui imminēt.

**Democriti.** Concordiæ merito cum alijs magna facinorosa, tũ à ci-  
uitatibus

tatibus bella confici possunt: secus haudquaquam.

Nõ es nescius, si quis in publicis negotijs uel minimũ <sup>Polydct. al.</sup>  
quippiã abstulerit, occasione inde fieri maioris pniciei. <sup>Polyxni.</sup>

Paupertas in populari imperio tantum præstat felix  
citati dictæ inter potentes, quantum seruituti libertas.

Negotia publica ciuitatis omnium existimare oportet  
maxima, ut feliciter augeantur, neq; præter æquum  
contendere, neq; potentiam sibi comparare priuatam,  
præter publicum bonum: ciuitas enim prospere agens,  
felicitas est maxima. In hac insunt omnia: hac salua, cun-  
cta seruantur: hac pereunte, nihil non pessum it.

Bonis non expedit, rebus suis neglectis, alias agere:  
proprie enim interim male habent.

Si quid autem publicũ negligatur, infamia accedit:  
& si quis neq; furtum, neq; iniuriam ullam committat.  
Etenim tum negligenti, tum iniuriam facienti, male au-  
diendi periculum est, atq; patiendi aliquid necessitas. Fie-  
ri quidem non potest quin peccata admittantur, ueniam  
autem impetrare homines non facile fieri potest.

Improbi ad honores promoti, quo fuerint indigniores,  
hoc & negligentiores fiunt, imprudentiaq; magis  
& audacia pleni.

Vbi potentes pro tenuioris fortunæ hominibus sum-  
ptum facere sustinent, eisq; ministrare, & gratificari,  
ibi misericordiæ locus est, nullus ciuium deseritur, mu-  
tua societas, defensio, & concordia nascuntur, atq; alia  
bona tot tantaq; ut nemo uerbis exprimere possit.

Omnino existimandum putabant, nihil tam esse ma-  
lum, quàm est inobediencia: homines enim incolumes du-  
rare non posse, ubi nemo præest. De magistratu uerò, et  
subic-

**Aristotelis al.**  
**Aristoxeni.**  
**Pythagorico**  
**rum apophthe-  
gmatum.**

subiectis ita sentiebant. Magistratus quidem dicebant non oportere tantum prudentes esse, uerum etiam benignos: subditos uero non morigeros tantum, sed amantes quoque magistratum. Præterea singularium etiam curam habendam esse censebatur: ita ut pueri quidem in literis, alijque disciplinis exercebantur: iuuenes ciuitatis morum atque legum diligenter essent studiosi: uiri actionibus, publicisque munibus incumbere: senes autem in meditationibus, iudiciis et consilijs prudentissimè uersarentur. Sic enim futura, ut pueri non haberent mores infantium, neque puerilia uenes, neque uiri iuuenile retinerent ingenium, nec denique senes desperent. Ad hæc assuescendum atiebant, ut statim a puero alimenta certo ordine modoque sumerentur, docerentur ordinem atque modum, ubique decorem et utilitatem afferre: contraria uero, ut turpia, sic noxia esse.

Xenophontis  
in rep. Athe-  
niculum.

Necesse est principem a subditis odio haberi. Quod si diuites et potentes in ciuitate præualuerint, breuissimum tempus populi imperium durabit. Quapropter in nos quidem ignominij afficiunt, pecunijs exuunt, expellunt, et occidunt: malos autem promouent.

Ibidem.

Si uulgus quidem democratiam approbet, ueniam meretur: quæ danda est unicuique, qui ipse sibi gratificatur. At si quis non plebeie sortis homo, in populari imperio potius, quam a paucis administrato, degere cupit, is mihi iniuriu aliquid machinari uidetur, atque nouisse, quod uir improbus facilius in rep. populari, quam a paucis gubernata, latere possit.

Demosthenis  
in Philippicis

Per multa profecto sunt, inquit, ciuitatibus excogitata ad custodiam atque salutem, ut ualla, moenia, fossæ et alia huius generis: quæ quidem omnia manibus conficiuntur,

ficiuntur, et sumptus postulant ingentes. Inest autem unum quoddam commune munimentum cordatorum hominum animis a natura, quod cum cæteris omnibus bonum est ac salutare, tum plebi maxime contra tyrannos. Quod nã igitur istud est? Non facile credere: uel, si uno uerbo dicere licet, diffidentia. Hanc seruate, et amplectimini: hanc si habueritis integram, nihil graue uobis obueniet.

Manifestum est prauas consuetudines perpetuo a prauis inijs progredi: tandem neglectas maiorem uim acquirere.

Polyani de  
rep. Macedo-  
num.

Necessum est ut in artibus, ut sequentia semper præcellant. Et reip. quidem tranquille, leges fixæ quam optime sunt: coactis autem uaria negotia aggredi, multis etiam opus est machinaticibus.

Thucydidi,

Ignoras quod omnis inuolutio in rebus publicis maioris potentie initium existit: homines autem agriculturæ dediti non statim communes iniurias odorantur.

Polyani.

Cum a Medo hæc grauiora paterentur, sustinebant tamē. Nostrum uero imperium, durum uobis non immerito uideatur: semper enim præsens status subditis est molestus.

Thucyd. lib. 1.  
in concione  
Athenicorum.

Præterea enim inimicitie omnino multa in publicis negotijs corrigunt.

Aeschini cõtra  
Timarchum

Istud omnium est gratissimum, si nihil eorum, quæ uis a nobis decretæ fuerint, firmum et ratum futurum sit: neque cognouerimus, quod multo melior sit status ciuitatis, quæ licet deterioribus, firmis tamen legibus utitur: quam illius, quæ bonis quidem, sed irritis: et quod imperitia iuncta temperantiæ, quam industria proteruitati, non parum utilitate præset.

Thucydidi  
lib. 3. in con-  
cione Cleonis

Imperitiores homines prudentioribus comparati mul-

Ibidem.

tò melius ciuitates inhabitant. Hi enim plus legibus  
 pere uideri uolunt, & aliorum sententijs, quæ semper in  
 commune proferuntur, superiores esse, tanquam nulli  
 sit alia materia maior, ubi uim ingenij sui ostendant, ut  
 respublicæ multa damna accipiant. Illi uerò non freti in  
 iudicio & intellectu suo, tum legibus imperitiores habent  
 uolunt, tum imperitiores dicendo sunt, quàm ut sermo-  
 nem eius qui recte consuluit, reprehendat: itaq; ex æquo  
 potius iudices sunt, quàm concertatores, & res publi-  
 cas rectè disponunt.

Demosthenis  
 in Philippicis

Etenim cum ciuium ingenia bifariam affecta sint, alij  
 quidem nolunt cuiquam per uim imperare, neq; seruire  
 alijs, sed in libertate & legibus ex æquo rempublicam  
 administrare: alij contra ciues regere desiderant, nec ul-  
 li parere, atq; huius propositi quouis modo compotes  
 fieri contendunt. Hi sunt qui tyrannides & potentias ap-  
 petunt, & ceteros ubiq; uincunt.

Thucyd. id.  
 lib. 6. in con-  
 cione Nicias

Equidem æstimo aequè bonum ciuem esse, & illum  
 qui partem aliquam corporis, et qui possessionis aliquid  
 pro ciuitate amittere non dubitat: talis enim præcipue  
 ciuitatis negotia per seipsum instaurari uellet.

Aeschinis cõ  
 tra Timarchid.

Tres esse politias inter omnes homines cõfessum est,  
 nempe tyrannidem, imperium populi, & paucorum.  
 Administrantur autem tyrannides quidem, & paucorum  
 imperia, iuxta mores regnantium: ciuitates uerò popu-  
 laris imperij, constitutis legibus reguntur.

Platonis in  
 Ciuiti.

An nõ monarchia, id est, principatus unius, una qua-  
 dam est gubernationum ciuiliu? Post hanc paucorum  
 potentiam ponere possumus. Tertiam uerò multitudinis  
 gubernationem, quam popularem uocant.

IN M.

In rebus publicis omnino iniquissimum mihi uidetur, Ifoeratis ad  
 bonos & improbos in eadem reputatione esse. Nicoclem.

Communi opera bonorum ciuium administrati-  
 bus promoueri ciuitatem conuenit, & ab unoquoq; sem-  
 per quod optimum est factu, non quod facillimum, dici-  
 ad hoc enim uel ipsa natura progreditur: at istud uerò  
 rationibus edoctum bonum ciuem adduci oportet, ut  
 unusquisq; uestrum, ô Athenienses, cognoscat & sciat,  
 quod ignauia quotidiana & quies, quæ admodum in uita  
 priuatorum, sic in ciuitatibus quoq; non principio, sed  
 post summam præcipuamq; negotiorum partem occurrat.

Demosthenis  
 in Philippicis

Quæ admodum igitur singuli suos habent parètes,  
 sic etiam uniuersa ciuitatis cunctos communes ceu pa-  
 rentes esse, iudicandum est: eosq; decere, non solum ex ijs  
 quæ ciuias largitur auferre quippiam, uerum etiam si  
 nihil eorum adsit, aliunde prospicere, ut nulla in re ci-  
 ues penuria laborantes negligantur.

Ibidem.

Oportet communem inter nos reip. administrationem  
 iuste usurpare, quod fiet, si locupletes (qui quod uictum  
 attinet, securi sunt, & nihil eius causa metuumt) opes  
 suas aduersus pericula pro publica salute patriæ com-  
 municent: reliqui uerò, quæ communia sunt, pro com-  
 munitibus habeant, & pro se quisq; participant: singulo-  
 rum autem bonis, possidentium esse propria existiment.  
 Hac ratione & parua ciuitas magnitudinem acquirit,  
 & magna conseruatur.

Ibidem.

Viro tyranno, aut ciuitati principatum gerenti nihil  
 absurdum est, modò sit utile: neq; familiarem uilum, nisi  
 fidèlem, existimant: oportere autem singulorum amici-  
 tias aut inimicitias pro ratione temporis eligere.

Thucyd. id.  
 in concione  
 Euphemi,  
 lib. 6.

Tamblichi in  
adhortatione  
ad philoso-  
phiam.

Periculosum est insanienti gladium, ac improbo ui-  
ro magistratum committere.

Theophrastus interrogatus, quidnam uitam huma-  
nam conseruaret, dixit: beneficentia, & honor, & poe-  
na. Charillus rex, quamobrem Lycurgus tam pauca le-  
ges condidisset interroganti cuidam, respondit: illos qui  
paucis legibus utantur, non opus habere legibus.

Xenophonis  
lib. 1. Memo-  
rabitium So-  
cratis.

Ego censeo homines prudentie studiosos, & quæ  
idoneos fore putent ad erudicendum ciues de rebus ui-  
libus, minime uolentos esse futuros, eò quod cognoscant  
uolentiam comites habere inimicitiam atq; periculum:  
persuasionem autem & citra periculum & cum beneuo-  
lentiâ idem effici. Nam qui per uim coacti sunt, ceu ma-  
gna re priuati, odio prosequuntur illos qui coegerunt:  
qui uero suadela inducti sunt, ceu cum gratia inuitati,  
amant. Quamobrem uim facere non est prudentie su-  
dioforum, sed qui robur sine mente possident, uolentiam  
gaudeat facinoribus. Quinctiam socijs, qui uim inferre  
audet, non paucis indiget: pollens autem persuadendo, uili-  
lis eget, quippe uel solum se suadendi facultate uoti com-  
potem fore sperans. Ad hæc huiusmodi uiris eadem  
committere omnium minimè contingit. Quis enim ma-  
lit occidere quempiam, quam uiri obedientis opera ui-  
tæ.

Solonis.

Solon illam ciuitatem optimè habitari dixit, in qua  
uiros bonos honoribus affici: contra autem, improbos  
pœnis mos fuerit.

Eiusdem.

Solon quaesitus, quânam ratione nullum in urbe sceler-  
atius perpetraretur, dixit: si tam indignaretur illi, quibus  
non est facta iniuria, quàm quibus facta est.

Periander.

Periander interrogante quodam, cur imperium non  
depo-

deponeret, dixit: quoniam per uim imperanti, etiam ul-  
trò desistere periculosum est.

Pythagoras dixit: primâ luxuriâ ciuitates ingredi, Pythagoræ  
deinde saturitatē, postea contumeliâ, postremo exilium.

Socrates interrogatus quânam munitissima ciuitas Socratis  
esset, respondit, quæ bonos uiros habet.

Idem felicem illius reip. constitutionem esse dixit, in  
qua præfæcti societate coniunguntur.

Idem ciuitatem optimam esse pronunciauit, in qua  
plurima uirtuti præmia proposita sint.

Idem optimè habitari dixit ciuitatem, quæ secundum  
leges uiueret, & iniustos puniret.

Pythagoras ciuitatem optimam esse dixit, quæ uiros  
bonos habet. Pythagoræ  
at. Socratis.

Idem principes constitui iussit illos, qui à teneris be-  
nè educati sint, & iam adulti ætatem suam lucri gratia  
non prostituerint.

Respublica enim conuersatio est hominum, honesta Platonis in  
quidem bonorum: inhonesta uerò malorum. Menexeno.

Hoc etiam reputate, quod si munera paucis, eisq; con- Aeschinti.  
dignis, & secundum leges contuleritis, multos uos ha-  
bituros esse pro uirtute certantes: si autem cui libet ci-  
pienti, & ijs qui nihil egregium fecerint gratificemini,  
frugi etiam ingenia corrupturos.

Zenon dixit decorandas esse urbes non preciosis or- Zenonis.  
namentis, sed inhabitantium uirtutibus.

Solon rogatus, quomodo ciuitas in optimo statu de- Solonis.  
geret, dixit: si ciues quidem magistratui obediunt, ma-  
gistratus autem legibus.

Inter quos enim maxima uirtutis præmia proponuntur Thucydidis  
in Epit.

Arcefilai.

tur, apud illos optimi etiã uiri rempublicã gubernant. Arcefilaus dicebat, quẽadmodum ubi pharmaca multa, multiq; medici sunt, ibidẽ & morbi abundat: sic etiã ubi plurimæ leges fuerint, ibi et iniustitia uiget maxime.

Hippodami  
Pythagoræi  
in lib. de Re-  
pub.

Dico uniuersam rempub. in tres ordines diuisam esse: & unum quidem esse bonorum ordinem, publica negotia gubernantium: alterum ex uiris robustis consistit: tertium ex illis qui res necessarias explent, ac suppeditant. Nomino autem primum quidem ordinem, consiliarium: secundum, auxiliarem: tertium, mechanicum. Et priores duos proprios esse dicimus uitam liberã degentium: tertium uerò uictum labore quærentium. Ac consiliarium quidem optimum esse: mechanicum, deteriorẽ: auxiliarem, medium. Item consiliariũ imperare oportet, mechanicum parere: auxiliarem uerò, utrũq;. Consiliarius enim quid agendum sit, cõsilijs præfuit: at auxiliarius, dũ propugnat, totam mechanicã multitudinẽ regit: quatenus autẽ ei præscribuntur cõsilia, regitur, &c.

Diotogenis  
Pythagoræi,  
ex lib. de san-  
ctitate.

Leges non cellis inclusas esse oportet, sed hominum animis & moribus. Sed quodnam est fundamentum totius reipublicæ? Nimirum adolescentium educatio. Haec enim unquam uites utilem fructum protulerint, quæ non bene sint excultæ: nec unquam pulchri fient equi pollicorum educatione neglecta. Nam fructus etiam adhuc teneri, maxime similes sunt corpori, à quo contingunt, & cui insinuantur. Verum de uitibus quidem quo pacto putari & curari debeant, studium est hominibus: ingeniorum uero humanorum cultus negligenter & temere tractatur: quamuis uitis & uinum non regant ciuitates, sed homo, & hominis animus. At qui plantis quidem

CURIAN

curandis maioris præcij hominem præficere solemus, neq; minoris quàm duabus libris conductum, pueris uerò Illyrium aliquem, aut Thracem nullius præcij, &c.

Huc pertinet totus dialogus Platonis De iusto siue de repub. item de legibus.

Plato de rep.

Ciuitas profectò in qua ciues ad expetendos magistratus minime ambiciosi sunt, optimè & procul à seditionibus permanet: contra uerò, quæ aliter affectos habet ciues.

Et statim post

In ea siquidem sola uerè diuites dominabuntur: non auri dico, sed cuius oportet uirum beatum diuitem esse, uitæ probæ atq; prudentis. Sin autẽ inopes bonisq; proprijs uacui ad publica aduentauerint, bona illinc rapere cupientes, ciuitas illa felix esse non poterit. Nam ubi de principatu contenditur, cum proprium hoc sit & intestinum bellum, tum eos qui ita pugnant, tum reliquam ciuitatem perdit.

Nimia libertas tũ in priuato homine, tũ in ciuitate, nõ in aliud quàm nimiam seruitutem euadere uidetur. Eiusdem de uitijs reip.

Oportere dicimus ciuitatem, quæ pro humanis uiribus salua felixq; futura sit rectè honores & opprobria distribuere. Recta autẽ distributio est, ut prima & maxime honoranda censeantur animi bona, si adiuncta illis temperantia sit: secundo dignitatis gradu corporis bona ponantur: tertio, externa possessio & pecuniæ. Plato. 3. de legibus.

Hæc si quis legislator ciuiasue transgreditur, uel pecuniã præ cæteris honorando, uel posterius aliquid honore prius collocãdo, neq; sanctè neq; ciuilitè faciet.

Oportere dicimus, ut in ciuitate quæ summi morbi experts futura sit, quod disidium aut seditionem rectius

Plato. lib. 4. de legibus.

appellarim, nec extrema in aliquib. ciuū inopia sit, ut  
ingētes diuitiæ. Nā utraq; illa ab utrisq; his pariumur.

Ibidem.

Necesse est leges hominibus ponere, ut secundum leges uiuatur. Nam si absq; his uiuerent, nihilo à feris atrocissimis discreparent. Cuius rei causa est, quia nullius hominis ingenū ita natura institutum est, ut quæ ad publicum humane uitæ bonum conferunt, sufficienter cognoscat; & si cognouit, ut optimum id quod nouit semper agere possit ac uelit. Nam primum difficile est nosse quod ciuili ueracq; arti nō propriū sed publicum necessario est curandum. Publicum quippe ciuitates connectit atq; coniūgit, propriū dissipat: quodq; tā publicè quam priuatum præstat cōmune quā propriū bene dissonere.

Archytæ.

Aduersus improbos mores institutæ sunt deorum nō scriptæ leges, malam sortem multamq; non obedienti inferentes, parentes ac principes scriptarum legum, & constitutionum inter homines.

Diotogenis  
Pythagorici  
in lib. de san-  
ctitate.

Decet in principio cœnæ & prandij Deum inuocare, non quod precibus ipse indigeat, sed ut animus noster Dei recordatione illustretur. Quandoquidem enim à numine descendimus, & eo participamus, dii nos iudicant, & meritò omnia iuste nos agere uolunt. Quandoquidem causæ sunt quatuor, quibus efficiuntur & finem suum adipiscuntur uniuersa, scilicet natura, lex, ars, & fortuna. Lex quidem præses ac autor eorum est, qui iuxta humanos mores ad concordiam ciuilem perducunt. Operum uerò, quæ hominum prudentia efficiuntur, ars meritò mater ac princeps nominanda est. Temere autem & casu sortuito bonis & malis similiter ac inconuenienter conuenientium fortunam esse causam dicimus, quæ

neque modo aut termino ullo ordinata, neque sapiens quicquam, singula facit. Natura deniq; nasci & fieri ea dicimus, quæ ut quadam interna per se ipsa mouentur.

Septem sapientum apophthegmata de Republica, ex consilio Plutarchi.

1 Si nunc etiam, inquit Solon, de repub. audire libet, Solonis. optimus mihi eius ciuitatis status uidetur, & democratiam in ea seruari maximè, in qua iniuriarum autorem ad ius trahunt, accusant, & puniunt non minus illi qui iniuriam non passi sunt, quam is qui passus est.

2 Ad hoc Bias dixit, optimam esse democratiam, in qua legem omnes perinde ac tyrannum metuant. Biantis.

3 Tertius Thales, eam quæ ciues neq; prædiuites, nec admodum pauperes contineat. Thaletis.

4 Post hunc Periander, in qua cum reliqua æqualia existimentur, uirtute quod melius, uitio autem quod deterius est definiatur. Periandri.

5 Quintus Cleobulus illum populum maximè dixit bene compositum esse, ubi ciues magis infamiam quam legem metuant. Cleobuli.

6 Sextus Pittacus, ubi malis non imperare liceat. Pittaci.

7 Chilo autem optimam esse pronunciauit temp. quæ maximè leges, minimè autem rhetores audiat. Chilonis.

Omnis hominū cœtus, ut ego iudico, ex principibus ac subditis, & tertio legibus consistit. Lex alia animata, nēpe rex est: alia inanimata, scriptū: & hæc quidem lex partibus reip. ceteris præferenda est. Huius enim cōseruatione, rex legitimus erit: princeps seu magistratus officio suo satis faciet, populus erit liber, uniuersus autem cœtus felix futurus est. In eiusdem uiolatione, rex tyrannus

tyrannus fiet, magistratus officio suo decrit, populus ser-  
uus, totus deniq; cætus infelix euadet. Quippe ad om-  
nes in rep. res & actiones perficiendas tria requiruntur,  
imperij administratio, obedientia, & uictoria. Admini-  
strare imperium, ad meliores pertinet: obedire, ad detri-  
iores: uincere ad ambos. Etenim rationalis anima uis  
imperat: que ratione caret, obtemperat, simul aut è am-  
be uincunt affectus. Nam uirtus utrisq; ut decet coniu-  
elis inolefcit: & mox à uoluptatibus atque mœroribus  
tranquillum & serenum reddit animum.

**Ibidem.** Ad ciuilem cõmunionem conducet, si lex non mo-  
narchica fuerit, neq; ad priuatam quorundã, sed ad cõ-  
munem utilitatem instituta, & ex æquo ad omnes perli-  
uens. Oportet autem ut lex regionis & locorum ratio-  
nẽ habeat. Nam nec omne solum fert omnia, nec omnia  
hominum animi earundem uirtutum capaces sunt.

Plutarchi ex  
libro. Institu-  
endas esse mu-  
liceras.

Ne puero gladium, parcemia monet: at ego dixero,  
Ne puero diuitias, neq; homini imperito potentiam.

Aesopus res omnium tunc malè se habituras dixit,  
cũ omnes omnia sibi studia proponunt.

**Epicuri.** Leges sapientium causa posite sunt, non ut iniurijs  
abstineant, sed ne eis afficiantur.

Demosthenes orator leges ciuitatis animam esse di-  
xit. Vt enim exanime corpus procumbit: similiter ciui-  
tas, si leges absint, non consistit.

**Matebij.** In ciuitate studiosa felicitatis nunquam opes antepo-  
ni debent uirtuti: ne hanc ob causam omnibus diuitiarũ  
desiderio capitis, contemptus & neglectio uirtutis inma-  
scatur animis in republica. Nam ubi uirtus spernitur,  
unicum superest diuitiarum studium, ac præpõlet, que  
ut cont

ut contumeliæ & superbiæ subseruiunt: sic abeunte uir-  
tute, idq; irruocabili, quia potentes sunt, & metuunt  
neminem, omne malorum genus produciunt.

Ciuitatis decus custoditur & conseruatur, cùm ma-  
gistratui reuerentia & honor debiti, integri manent.

Nec mœnibus, nec nauibus, triremibusq; atq; nauali  
bus, ô Alcibiades, nec multitudine, nec amplitudine abs-  
que uirtute ciuitas ad felicitatem opus habet. Si rectè  
ciuitatem gubernaturus es, uirtute imbucendi sunt ciues.

Ergo uirtute prius ornatus ipse debet esse, quicumq;  
non sibi tantum ac suis, sed reipublicæ etiam, & ijs quæ  
ad eam spectant imperaturus est, & principatus neque  
licentia quodlibet faciendi aut tibi aut reipu. uerum iu-  
stitia potius & prudentia comparanda.

#### DE LEGIBVS ET CONSVETV- dinibus, Sermo XLIIII.



Vberuari oportet malos à bonis, & parere Euripidis.  
se melioribus.

Senex ne cùm regibus contenderis.

Venerandos enim esse principes, antiqua lex est.

Non omnino concedendum est malis,  
Sed resistendum: sin minus, sursum atq; deorsum  
Vita nostra inopinatio tota peruertitur.

Et improbos in ciuitate nunquam promoueris.  
Mali enim uel pecunijs ditati,

Vel aliquo reipublicæ magistratu aucti,  
Exultant, repente fortunatis ipsorum domibus factis.

Nusquam negligenda est consuetudo.

Nihil est ciuitati præstantius, quàm leges

Plato in Al-  
cibiade.

Eiusdem in  
Ditæe.  
Menandri in  
Adelphis.

Euripidis in  
Erechtheo.

Menandri in  
androgyno.  
Euripidis in  
Supplicibus.

Rectè



Rectè posita. Nam & inferioris homo fortis,  
Et qui ditior est, æquale ius experiantur.

Vincit autem minor maiorem, si iustam causam habeat.

Sophoclis in  
Atace.

Proinde in posterum quidem scimus dijs  
Cedere, & Atridas colere discemus

Principes, quare concedendum est ipsorum dignitati.

Nam & terribilia, & fortissima quæq;

Locum dant honoratioribus. Idcirco ð ninales

Hyemes loco cedunt sæcundæ æstati:

Et ambitus atræ noctis concedit

Albis equis iunctæ diei, ut luce sua splendeat.

Ac uehementium spiritus uetorum quiescere permittit

Gemitus agentem pontum. Item uincens omnia somnum

Sua quandoque uincula soluit, nec semper occupat.

Menandri.

Leges per quæ egregia res sunt: sed is qui legibus uitium  
Nimum exacte, sycophanta esse uidetur.

Stoicorum.

Et legem dicunt orationem esse grauem & rectam,  
quæ faciendâ imperet, non faciendâ prohibeat. Cum au-  
tem lex ciuilis sit, legitimus etiam ciuilis erit. Legiti-  
mum enim uirum esse, qui legem & sequatur, & quæ  
præcipiuntur ab ea, faciat. Legisperitum uerò, cum qui  
legem interpretari calleat. Nullum autem malorum uel  
legitimum, uel legisperitum esse.

Aeschinis cõ  
tra Timarchũ

Legislator existimabat oratorẽ pulpitu aditurũ, nõ  
orationis prius curam habuisse debere, quàm uitæ sua.

Democriti.  
Eiusdem.

Imprudenter regi satius est, quàm regere.

Iustitia est ea facere, quæ fieri oportet: iniustitia au-  
tem, faciendâ non facere, sed declinare.

Interficiendâ sunt omnia omni studio quæ præter se  
iniuriam inferunt: & qui ipsa occiderit, is cupiditate sua

sua, causa uel iuris, confidentiæ, & possessionis in toto  
orbe meliores partes ac priuilegium habere debet.

Ut de feris & serpenibus nobis inimicis scriptũ est,  
sic etiam aduersus homines facere licitũ mihi uidetur:  
nempe ut hostis ubiuus gentium secundum patrias leges  
occidatur, si nulla lex obstet. Aliquando enim lex pro-  
hibet, & sua quibusq; sacra, fœdera, & iuramenta.

Furem & latronẽ quemuis occidens aliquis, aut ma-  
ru sua, aut iussu suffragiõne, innocens habendus est.

Omnes qui urbem ac regionem inhabitant, persuasum  
esse oportet, existimareq; deos esse, quod manifestũ  
fit ex cœli & totius mundi inspectione, rerũque in  
ipsis dispositione pulcherrima, & ordine. Haud enim  
fortuita aut humana huiusmodi opera putare conue-  
nit. Deinde colendi honorandiq; dij sunt, ut bonorum  
omnium nobis autores, quæ aliqua ratione sunt. Singu-  
los igitur habere & comparare animam quemq; suam  
oportet, ut ab omnibus malis pura sit. Nam ab improbo  
homine non honoratur Deus, neque sumptibus colitur,  
neque tragœdijs capitur, instar hominis mali, sed uirtute  
ac instituto bonorum operum, & iustorum. Quocirca  
opus est unumquemq; pro uirili bonum esse, tum factis,  
tum uoluntate, qui modo futurus sit Deo charus: & nõ  
metuere pecuniarum iacturam, magis quàm uitæ, & sa-  
me dedecora: & ciuem meliorem existimare qui opes  
amittere mauult, quàm honestatem & iustitiam. Cæte-  
rum illos, quorum uoluntas non faciliè ad hæc persuaderi  
potest, & animus ad iniustitiam pronus est, uiros &  
fœminas, ciues aliosq; cohabitatores, admonitos uelim  
meminisse deorũ, ut qui & sint, & pœnas ab iniustis su-  
mant:

Zalenci pro  
centum legũ.

mant: atq; ob oculos ponere tempus istud quod uincit  
 finis est uitæ futurum. Morituros enim omnes iniuriarum  
 quas commiserunt, memores pœnitentia inuadit, & uer-  
 hemens cupiditas qua uellent exactam sibi uitam omnem  
 fuisse iustam. Quamobrem singulos oportet semper in  
 singulis actionibus illud tempus adeo suis cogitationi-  
 bus familiare facere, ac si præsens esset. Ita enim maxi-  
 me honesti iustiq; cura uigebit. Si quis uero à malo ge-  
 nio quopiam assistente sibi ad iniustitiã instigetur, is adie-  
 pla, aras, & delubra uersetur fugiens iniustitiã, ceudo-  
 minam impijssimam molestissimamq;, & deos orat ut  
 opem ad propellendam ipsam sibi ferant. Accedat quoque  
 que uiros probitatis nomine claros, ut de uitæ felicitate  
 & malorum hominum uindicta differentes audiens, ab  
 iniustis facinoribus animum auertat.

**Etiamdem.** Præterea cunctos oportet obedire legibus, princeps  
 reuereri, eisq; exurgere, & quod præcipitur face-  
 re. Siquidem post deos demones, & herodes, proximo  
 honoribus afficiuntur parêtes, leges, ac principes apud  
 homines qui mentem habent, ac incolumes agere stu-  
 dent. Ciuitatem uero chariorem sibi facere nemo debet  
 quam patriam suam, ut pote dijs patrijs indignantibus.  
 Tale enim studium prodicionis initium est. Adhuc autem  
 deterius est patria regione deserta, uitam in aliena dege-  
 re. Nihil enim natura nobis, quam patria, coniunctius  
 est. Sed neq; quisquam pro hoste irreconciliabili, repu-  
 tato aliquem de numero ciuium, quem leges uoluerunt  
 reip. muneris participem esse. Talis enim uir neq; impe-  
 rare, neque iudicare poterit recte, ut qui irascibilem &  
 nimiam partem ratione superiorem habeat. Nemo enim  
 maledu

maledictis petat, neq; ciuitatem communiter, neq; ciuē ul-  
 lum priuatim: sed legum custodes eos qui delinquant obser-  
 uent, admonendo primum, deinde nisi pareant, multan-  
 do. Ceterum ex conditiis legibus si quæ uidebitur nõ bene  
 lata esse, in meliorem formam mutetur. Confirmatis uero  
 & permanentibus omnes obediunt. Nam positas leges  
 ab hominibus uinci non decet neq; conducit: contra homi-  
 nes superari à lege præstantiori, honestum simul & utile  
 est. Ista autem transgrediens punitiendi, ut qui inobedi-  
 tiam maximorum malorum principium in ciuitate excitet.  
 Porro principes non sint contumaces, neq; ad contumeliã  
 iudicium ferant, neq; iudicando amicitia inimicitiaue me-  
 minerint, sed iustitiæ. Sic enim iudicia quam iustissima pro-  
 ferent, & officio suo digni erunt. Siquidem seruos quidẽ con-  
 uenit ob timorem aliquid iuste facere, liberos uero propter  
 reuerentiam & honestatem. Quocirca præfectos quoque  
 tales esse oportet, ut subditis digni uideãtur apud quos erubescant.  
 Quod si quis uoluerit leges sanctitas mouere, aut  
 nouam statuere, is collo in laqueum immisso de lege uerba  
 faciat: & si per suffragia uideatur legem ueterem esse tol-  
 lendam, aut eam quæ noua infertur, bonam esse, indemniss  
 maneat: cõtrã, si prior lex melius habere uideatur, aut quæ  
 noua proponitur iniusta sit, is qui mouet infertur legem, la-  
 queo attracto moriatur.

Non est ignorandum, quod prius ascribendi pronun-  
 ciantiq; consuetudo, & omnino quæcunq; aliquo modo ad  
 agenda causam spectant, plurima ob alterius legis defe-  
 ctum constituantur. Nam qui bonorum aut contractuum de-  
 scriptionem apud se habent, illi indicare possunt, an bona  
 sint libera, & ita soluta, ut à nullo contingi ca. fas sit. Sic

Ex Theo-  
 phrasti scri-  
 ptis.

etiam quisq; res suas iuste uendit. Statim enim magister aut  
emptorem inscribit. Sed quonia aliqui etiam emunt & uen-  
dunt *ποροσας* dictas, alienare a se uolentes, bene habet ad  
ista quoq; leges condi, quod & faciunt legislatores, simul  
ut hæc prohibeant, & uerã manifestent, ut sit alicubi, &c.

Ex primo li-  
bro Xeno-  
phontis de  
Cyræ rege

Fuisse Cyrus natura fertur, et hoc etiam tempore à Bar-  
baris decantatur, tum corporis forma pulcherrimus, tum  
animo humanissimus, tum disciplinæ atq; honoris maxime  
studiosus. Quapropter laborum omnem exantabat, & om-  
ne periculum laudis gratia perferabat. Huiusmodi Cyrus  
bonitate formæ animiq; præditus, in Persarum legibus edu-  
catus traditur. Prima his legibus cura est à bono publico.  
Haud enim incipiunt itidem, ut aliæ plurimæ ciuitates, quæ  
parentibus permittentes pro uoluntate filios educare, &  
ipsis parentibus pro arbitrio uitam agere: deinde demum  
præcipiunt, ne furentur, ne rapiant, ne in alienas ædes in-  
grediantur ui, ne iniuste percuciant quenquam, ne adulter-  
ium patrent, ne principi aduersentur, reliquaq; huiusmodi.  
Quod si quid horum transgressus quis fuerit, pœna multa  
tur. At Persarum leges anticipantes maxime curant, ne ini-  
tio tales sint ciues, ut cuiusquam uel improbitatis uel turpi-  
tudinis desiderio capiantur, &c.

Xenophon de  
Lacônâ re-  
publ.

Lycurgus (cùm efficere uoluisset, ut ciues inuicem ni-  
hil officientes mutuo bono aliquo fruenterent) statuit pue-  
ris quemq; suis alienisq; iusta imperare. Cùm uerò quis ui-  
deat hos esse patres puerorum, quibus ipse imperet, cogitur  
ita imperare, quemadmodum uelit & illos suis.

Paulo post.

Lycurgus apud Spartiatis liberos homines uetuit quic-  
quam attingere, quod circa rem pecuniariam uersaretur.  
Quæcunq; autem libertatem ciuitatibus afferunt, hæc sola  
instituit

instituit ipsorum studia ducenda. Haudquaquam enim diut  
tius illic studiose incumbitur.

Dignum est præterea & hac in re Lycurgum admire/ Paulo post.  
mur, qui apud Lacedæmonios id effecerit, ut honestã mori-  
tem turpi uitæ anteponerent.

Perpulchrè et in hac re Lycurgus mihi legibus sanxisset Paulo post.  
uisus est, qui ad ipsam usq; senectutem uirtutè excolendam  
uoluerit. Nam cùm in uitæ metæ senectutis iudicium appo-  
suisset, statuit ne in senio quidem honestatè ac probitatem  
negligendam esse. Est et illud tum laude, tum admiratione  
dignum, quod & bonorum uirorū senio prospexerit. Cùm  
enim instituisset uitæ certamen penes senes esse, perfecit se-  
nectam pluris habendam esse, quàm iuuentutis robur. Et  
rectè quidè ex omnibus humanis rebus huic certamini stu-  
detur. Nam & si gymnica certamina pulchra sunt, ea ta-  
men corporū certè sunt: senectutis uerò certamen, animo-  
rum iudicium bonorum præbet. Sed quantum corpori præ-  
stat animus, tantum etiam animorum certamina corporum  
certaminibus antecellunt. In armorum autem certamen ta-  
lia quædam molitus est. Voluit enim stolam puniceam ha-  
berent, & clypeum æreum.

Permisit autem eos qui pubertatis annos transcendis Paulo post.  
sent, nutrire comã, ratus hoc pacto & malos illos, & li-  
beraliores, grauioresq; uideri. Quibus ita instructus distri-  
buit equites ac pedites in tribus sex. Quælibet autem ex ur-  
banis tribubus habet unum tribunum militum, & manipu-  
lorum præfectos quatuor, quinquegenarios octo, duces tur-  
marum sedecim. Ex his uerò tribubus per denuntiationem  
constituuntur tum in turmas tres, interdum autem in sex.

Cùm intelligeret Lycurgus obedientiam maximam Ibidem

esse bonum, tum in rep. tum etiam & militiæ & domi, Ephorum potestatem constituit.

Statim post Itaq; Ephori quicumq; uelint, multare queunt: possunt extemplo transigere, possunt in magistratu constitutos intra tempus & abrogare, & in carcerem conijcere, ac de uita in periculum uocare.

Paulo post Sed cum & alia permulta sint pulchra Lycurgi inuenta, quibus inducti ciues libentius latis legib. parent, tum & hoc in primis pulcherrimum puto, quod non antè multum dini leges exhibuit, quàm cū præstantissimis uiris Delphos petens Deum rogasset, an esset futurum conducibilis & melius Sparta, ubi legibus quas ipse tulerit obediret. Cum autem respondisset Deus, id prorsus melius fore: tū demum leges suas eis proposuit, non modò iniquum, uerum & impium statuens, si quis legibus Pythio roboratis oraculo minus paruisset.

Charonidæ  
Caranæi pro-  
cemta legis.

Consultantes agentesq; aliquid, à dijs auspicari debent. Optimum enim est, ut parcemia fert, Deum causam & autorem esse illorum omnium. Præterea à malis facinoribus abstinendum est, idq; maximè propter concordia cum Deo. Cum nullo enim iniusto Deus cõmercium habet. Adiuuet autem unusquisq; seipsum, & incitet ad iusta secundâ dignitatem capeßenda agendaq;. Nã in paruis ac magnis æqualem conatum & contentionē adhibere, nimis humile ac illiberale uidetur esse. Quare curandum ne nimis neglegentes ad res magnas & grauissimas feramur. Sed pro dignitate tua & uiribus singula perpẽdere aggrediq; debes; ut honorificus & grauis permanens.

Viro aut mulieri ob iniustitiam à ciuitate notatis, nemo auxiliari debet, neq; conuersari: secus exprobrandum ei fuerit,

rit, quòd similis sit illi, qui cum uersatur. Eximios autem bonos uiros amare, eisq; conuersari conuenit: & probitatem uere imitando, & comparanda uirtute, maximum atq; perfectissimum hoc ueluti sacrificium obire. Nemo enim sine uirtute perfectus. Ceterum iniuria affecto ciui uel in patria uel in peregrina regione opẽ ferre decet. Peregrinum uerò quemuis, qui in patria sua colitur, secundum leges proprias bene precando & familiariter suscipere oportet, ac remittere Iouis hospitalis memores, ut qui Deus apud omnes cõmunis sit constitutus, & hospitalitatem ac inhospitalitatem inspiciat.

Ceterum senes iunioribus præeant, eosq; commoneant, ita ut appareat iuuenes idè reuereri eos ac erubescere, quoniam ipsi ob pudorem & uerecundiam malis abstineant. Nam in quibus ciuitatibus senes impudentes fuerint, libertatem etiam nepotesq; ipsorum impudentia laborabunt. Vbi autem pudor abest, ac inuerecundia uiget, ibi contumelia et iniustitia sequuntur, & tandem exitiũ. Idcirco impudens nullus esto, sed sibi quisq; temperantiam coneliet, tanq; hac ratione Deum habiturus propitium, & salute fruiturus: nullus enim improbus deo charus est. Porrò quisq; honestatem ac ueritatem colat: turpitudinem atq; mendacium oderit: nam hisce notis uirtus & malitia discernuntur. Quare statim à pueris assuefacere oportet, castigando quidem mentendi studiosos: ueritatis autem amando, ut quod in uirtute optimum & fecundissimum est, animis singulorum inuascatur, & quasi in naturam ipsorum conuertatur. Ad hæc unusquisq; ciuium se temperantem potius quàm sapientem uideri studeat. Nam simulare sapientiam, magnum est imperiti & uilis animi signum. Temperantiæ autem simu-

latio debet esse uera: neq; ullus egregia facta simulet, qui re ipsa & mentis, & actionum bonarum nihil habeat.

In principes quoq; ueluti patres beneuolentia nos affectos esse decet, obediētes ac uenerantes ipsos. Qui enim aliter senserit, mali consilij poenam dabit demonibus, qui indiget & patroni ciuitatis sunt. Nam principes etiā patroni & domini sunt ciuitatis, ac ciuium salutis.

Sed & principes iuste subditis praeesse oportet, tanquā liberis suis, inimicitiam amicitiamq; & iracundiam in iudicando sopientes.

Porro laudari & celebrari debent, qui locupletes cum sint, tenuioribus suppeditant, utpote seruantes pueros, ac eos qui patriam defensuri sunt. Debēt aut illis suppeditare, qui fortuna non ociosa ac intemperantis uitae culpa, pauperes sunt. Fortuna enim omnibus est communis. Ociosa autem & incontinens uita, malis uiris propria est.

Item honestum habeatur indicare illum, cuius quis facinoribus conscius est, ut respublica salua sit, multos habens bonae constitutionis suae custodes. Is uerò qui indicat, quamquam de genere sibi proximis, bonus & pius aestimetur: nihil enim est quàm patria coniunctus. Reuclare autem decet, non ea quae inuiti & imprudentes aliqui commiserint, sed quae de industria peccauerint. Ceterū indicatus, si sponte inimicum se faciat illi qui indicauit, à cunctis odio habebatur, ut poenam det ingratiitudinis, qua medentē sibi priuatissimo iniustitiae morbo liberandus.

Haberi autem debent pro maximis sceleribus, deorum contemptus, parentum afflictio uoluntaria, principum legumq; neglectus, & uoluntaria aduersus iustitiam ignominia. Cōtra, iustissimus cuius, idemq; sanctissimus aestimetur,

qui

qui iam dicta honorat, contemnentēs uerò apud ciues, & principes indicat.

Pro patria mori honestius ducatur, quàm uiuendi cupiditate patriam & honestatem deserere. Praestat enim honeste mori, quàm uiuere turpiter, & cum opprobrio.

Ceterum defunctorū unumquēq; non lacrymis aut miseratione, sed bona recordatione, et fructuū quotānis nascentiū oblatione, honorare oportet: ingratiitudo enī uideri potest erga daemones inferos, si dolor immodicus admitat.

Nullus autē damnum iniuste passus ulla in re cōiunctis agat. Benedictia enim multa diuiniore est quàm maledictia.

Ciuis qui uicerit iram, longē melior existimandus est illo qui propter iram delinquit.

Quisquis templa & pratoria priuatorum aedificiorum sumptibus excellit, nequaquam laude dignus, sed infamis habeatur: nihil enim priuatum, esse debet egregium & magnificum magis quàm publica.

Diuitijs & pecuniae seruiens contemnatur, ut pusillanimis, illiberalis, & sumptuosarum possessionum, uitaq; tragico apparatu structae stupidus admirator, & uilis animi huiusmodi homo existimetur. Magnanimus enim uir omnia humana secum praemeditatus, nulla tali perturbatur fortuna, cum contigerit.

Turpia nemo loquatur, ne factis obscenis animū inquinet, mentemq; impudentia & sceleribus repleat. Nam quae honesta & chara nobis sunt, congruis nominibus & in lege scriptis appellamus: quae uerò odimus, illorū uel nomenclaturam causa turpitudinis abominamur. Esto igitur turpe, etiam loqui rem turpem.

Vxorem legiūam unusquisque diligit, & prolem ex

ea generet. In aliud uero nihil prolificum semen effundat: neque rem naturæ & lege preciosam illegitimè consumat, et flagitium committat. Natura enim liberos gignendi gratia, non libidinis, semen produxit.

Vxorem uero castam oportet esse, nec impiū stuprū ab alijs uiris admittere, ac reuereri iracundiam demonū adibus eicientium homines, & inimicitias mouentium.

Qui liberis suis nouercā superinduxit, non honore dignus, sed infamis sit, ut pote dissensionis autor domestica.

Ceterum necesse est prædicta omnia seruare, prauaricantem uero ciuili execrationi obnoxium esse.

Imperat autē lex, ut ciues omnes hæc proœmia calleāt, eaq; in festis post præanes recitent, quemcunq; conuiuij dominus id facere iusserit, ut singulorū ingenijs præcepta ista quàm familiarissima fiant.

Apud Tartesios minori contra maiorem testimoniū dicere non fas est.

Lucani ut aliorum criminum, sic etiam luxuriæ & ocij causas agunt. Quod si quis homini luxurioso mutuas se aliquod cōuincatur, priuatur mutuo dato. Athenis etiam ocij causæ forenses agitantur.

Apud Sunitas quotannis & adolescentes & uirgines publicè iudicantur. Et qui optimus esse iudicatus fuerit, uirginem quam uoluerit ducit, deinde post eum secundus, & sic deinceps.

Limyrnij uxores habent communes, & liberos cōmuniter alunt usq; ad annos quinq;: deinde sexto anno pueris omnibus congregatis, similitudines ipsorum ad uiros coniectant, & uniuersiq; similem tradunt puerum ceu parenti, quem ille acceptum pro filio educat.

Celtæ armis accincti, omnia in ciuitate negocia transigunt: & grauius apud eos in illum animaduertitur, qui peregrinum, quàm qui ciuem occiderit. Huic enim exilium, illi mors pœna statuitur. In primis autem illos honorant, qui publicam regionem auget. Et ianuas ædium nunquam claudunt.

Sauromatæ triduo ad saturitatem se ingurgitant, & uxoribus ceu dominis per omnia parent. Virginem non prius locant ad nuptias, quàm hostem occiderit.

Cercetæ illos qui crimen quodcunq; commiserunt, sacris interdicunt: si quis autem nauim gubernans aberrarit, singuli accedentes in faciem eius inspuunt.

Mosyni regem suum in turri cœclusum alunt, & si quis malè consuluisse aliquando uideatur, fame necant. Proueniens ipsis frumentū æqualiter distribuunt, partē aliquam communiter pro hospitibus aduenientibus seponentes.

Phryges iuramentis non utuntur, nec ipsi iurantes, nec alios adigentes. Si quis inter ipsos bouem aratorem occiderit, aut instrumentum quodpiam ad agriculturam aptum furto sustulerit, morte mulctatur.

Lycij mulieres magis quàm uiros honoribus afficiunt, & nomina à matribus accipiunt: item hereditates filiabus non filijs relinquunt. Si quis liber furti coargutatur, seruire cogitur. Testimonia autem in iudicijs non statim, sed post mensem demum proferunt.

Pisidæ conuiuantes parentib. primicias libant, ut nos dijs & auctoritatibus diuis. Grauissimam depositi causam agunt: & eum qui fraudauerit, occidunt. Adulterij conuictus, per urbem unà cum muliere circumducitur super asino ad dies aliquot.

Cercetæ populi sunt Indiae

Ex Nicolai scriptis de Morib. generis humani.

Æthiopes præcipuè sorores suas honorant: & reges maxime relinquunt successiones nõ suis, sed fratrum filijs. Quod si nullus successor sit, pulcherrimum ex omnibus & pugnacissimũ, creant regem. Pietati & iustitiæ student. Aedes ipsorum ianuis carent: & cum in uijs multa iaceat, nemo furatur.

Inter Buæos Libyes, uir cæteris uiris, mulier imperat mulieribus.

Basulicenses Libyes cum bella gerunt, noctu pugnant, interdium pacem agunt.

Dapsolibyes congregati omnes uno die uxores una ducunt post Vergiliarum occasum. Nam post epulas mulieribus seorsim discumbentibus, extincta lucerna uiri ad ipsas ingrediuntur, & quilibet quamcunq; contigerit ducit.

Lalchleuenses Libyes, cum multi uxore una ambiunt, apud futurũ socerũ coenat, & singulis præsentem sponsa futura uaria dictoria narratibus. cuiusq; mulier arripserit, illi cohabitata.

Sordolibyes aliam supellestem non possident, præter calicem & gladium.

Alitemij Libyes uelocissimum inter se regem creant: cæteris ueliquis honorem deferunt iustissimo.

Nomades Libyes non dierum, sed noctium numero tempus suum numerant.

Apharantes Libyes nominibus carent. Soli orienti conuiciantur, ut qui multa mala cõspectui offerat. Filiorũ optimas putat, quæ plurimum temporis manserint uirgines.

Ex Boæotis nonnulli eos qui debitu nõ soluunt, in foro ductos, & sedere iussos, cophino superinieccto cooperiunt: quod aut hoc passus fuerit, ignominiosus sit. Huiusmodi ignominia etiã Euripidis patrẽ Boæotum genere notatum putant.

Assyrii

Assyrii uirgines in foro uendunt cohabitantes uolentibus, primũ quidẽ maxime ingenuas et formosissimas, deinde reliquas ordine: postquã autẽ ad deformissimas uentũ est, uenturũ conuenientem diuulgant, quantum quis accipere uelit ut illas ducat. & precium ex pulchris collectum, istis adduunt. In primis autem grauitatis & mansuetudinis studiosi sunt.

Persis quod facere illicitum est, id ne dicunt quidem. Si quis patrem interfecerit, spurium aut subditium esse putant, non uerum Persam. Regi gratias agit, qui flagellari ab eo iussus fuerit, tanquam feliciter secum actum sit, quod rex memor ipsius fuerit. Ob liberorum uerositate præmia à rege capiunt. Et pueri inter ipsos uerum loqui discunt, ceu disciplinas.

Apud Indos si quis mutuo depositõue fraudetur, non uenit in iudicium: sed seipsum accusat is qui credidit. Ceterum qui artificem alique manu aut oculo priuauerit, morte damnatur. illum autem qui maximum aliquod delictum perpetravit, rex tonderi iubet, tanquam extrema sit talis ignominia.

Lacedæmonijs artes alias quàm ad bellum spectantes discere, inhonestum est. Edunt omnes in propatulo. Senes non minus quàm patres reuerentur. Gymnasia ut uiuorum, sic & uirginum sunt. Peregrinis in Sparta uitã degere non licet, neq; Spartanis in peregrina regione. Uxores suas hortantur, ut ex formosissimis uel ciuibus uel peregrinis prole suscipiant. Pecunia studio Spartanum uacare, turpe dicitur. Numismate utuntur scoteo. Aurum argentumue apud quempia deprehendi, capitale est. Humilitate & obediẽtia magistratui præstita omnes gloriantur. Feliciores eos iudicant, qui fortiter moriuntur, quàm qui prosperè uiuunt.

aram

aram quandam legitime circumueantes flagellis ceduntur, donec pauci relictī coronentur. Ignominiosum est timidos contubernales, aut gymnasiī socios, aut amicos habere. Senibus in conuenticulis sub finem uitæ actio proponitur, quinam bene aut male uixerint. Cæterum cum expeditionem parant in externam regionem, is qui ignifer appellatur, ignem ab ara Iouis Agetoris, id est ducis, accensum apud regem inextinctum seruat. Mittuntur autem unā cum rege uates, medici, et tibicines. Tibijs enim ad pugnas protubis semper utitur, et coronati pugnant. Regi omnes consurgunt, præter ephoros et rex ante susceptum imperium iurat imperaturum se iuxta ciuitatis leges.

Cretenses Græcorū primi leges habuerūt à Minoe conditas, qui primus etiā maris imperium obtinuit. Simulabat autem Minos se ab ipso Ioue didicisse, nouē annorū spacio montem quendam ingrediens, in quo Iouis antrum esse dicebatur, et inde semper aliquot leges Cretensibus adferens, cuius rei etiā Homerus meminit in his uersibus:

Inter illos est Cnossus magna ciuitas, ubi Minos  
Per nouem annos imperauit, magni Iouis confabulator.  
Porro Cretensium pueri simul congregantur, educanturque duriter, uenationes et cursus accliuēs pedibus consiciunt, et Pyrrhicam in armis saltant, quam primus inuenit Pyrrhicus quidam Cydoniates, Cretensis genere. Porro uiri cōmune conuiuium habent, eodemque omnes uictu ex æqua utuntur. Ex muneribus arma apud eos maximi sunt.

Ex Serino. Persarū reges ante sacrificia de pietate differūt: antequā bibant de temperantia; pugnaturi uerō de fortitudine.

Persis lex erat, ut à morte regis legum et iuris intermissio per quinque dies fieret, nimirum ut intelligerent subditi

diti, in quanto precio regem ac legem haberi deceat.

Reges autem ex sacerdotibus, uel bellicosīs uiris creabantur. Nam generis nobilitas et honor huic ex fortitudine, illi propter sapientiam accedebat. Qui uerō ex bellicosīs eligebatur, statim sacerdos fiebat, et particeps philosophiæ, quæ magna ex parte fabulis et rationibus obscura ueritatis uestigia præferentibus, inuoluitur: quod etiam ipsi significant sphinges ante templa meritorū constituentes, utpote enigmaticam sapientiam theologia ipsorum continente. Quin et Minerva, quæ et Isidem esse putant, quod in Sai est simulachrum, talem inscriptionē habebat: Ego sum omne quod fuit, quod est, quodque erit, et peplum meum nemo mortalium reuelauit.

Agathyrsi uiri sunt mollissimi, et aurum ferunt ut plurimum. Communiter utuntur mulieribus, ut fratres inter se nascantur: et cum omnes cognati sint, nec inuidia, nec odio inter se capiantur.

Principio lege sancimus, ut pueri usque ad decimum octauum annum uini usum profusus ignorent. Nempe eos monebimus non oportere ignem igni in corpus atque animam suggerere, antequam uiri effecti subire labores incipiant. Furiosum namque habitum iuuentutis cauere oportet. Deinde uino moderatè utantur usque ad ætatis annum trigesimum. Ab ebrietate uerō et uini repletionē iuuenes omnino abstineant. Sed cum ad quadragesimum peruenerint, tunc in conuiujs liberius discumbentes cum aliis deos, tum Dionysium ad sacra senum et ludos inuocent, qui hominibus uinum quasi remedium aduersus senectutis duritiam est largitus, ut reiuuenescere uideamur, et moestitia nos obliuio capiat, ipsaque affectio animi, sicuti ferrum

Plutar. in lib. de sicc.

Herod. lib. 4. histor.

Platonis lib. 2 legum.



*in igne, ex duritie in mollitiem deducta, flexibilior fiat.*  
 Ibidem. Nunquam in castris quisquam gustare uinum audeat, sed toto illo tempore aqua bibatur, & in ciuitate nunquam uini usum seruo uel serua concederem. Sed nec magistratibus toto eo tempore, quo magistratu funguntur. Gubernatores etiam atq; iudices munus suum subituros à uino penitus prohiberem. De liberatos quoq; de rebus nō omnino negligendis. Ac nulli penitus interdū uinum concederem, nisi exercitationis corporeæ morborumq; causa hoc potius opus fuerit: neq; etiam nocte uiro uel muliebri, quando liberis operam dare uolunt. Plura etiam referri possent, in quibus homines legis recte mentisq; compotes uino abstinere. Quapropter secundum hanc rationem, nec multis ciuitati uincis opus esset. Atqui & reliqua agricultura omnisq; uiuendi norma ordinē suum teneret, ac uini usus feruē omnium moderatissimus & parcissimus esset.

Eiusdē dialo-  
 go 5. legum.

Quemadmodum quæcunque texuntur, non ex similibus omnino trama stamineq; texuntur, sed staminis genus robustius atq; firmitus est, trama mollius, ut facilius cedat: ita homines qui magistratus gesturi in ciuitate sunt, eodem modo discerni semper oportet, eos qui in leuion quadam facultate experimentū sui dederunt. Duæ uerò sunt in rebus species, altera magistratū, altera legum constitutio, &c.

Eiusdē dialo-  
 logo 6.

Serui & domini amici nunquam erunt. Nec probi nec improbi, si æqualib. afficiantur honoribus. In æqualib. enim æqualia inæqualia sunt, nisi mensurā accipiant. Nam propter hæc utraq; seditionibus replentur respublicæ. Venus enim priscus ille sermo, ab æqualitate amicitiam procreant, recte admodum & concinne fertur, &c.

Atq; hæc quidem omnia custodes legum diligenter præ-  
 uideant

uideant: primò quidem, ne fiant: deinde ut facta, prout ius postulat, puniantur. Existimare de omnibus hominibus id quisq; debet, quod qui nunquā seruiuit, is laude dignus esse dominus nunquam poterit. Ideoq; gloriari quemq; oportet magis quòd bene seruiuerit, quàm quòd bene fuerit dominatus: primum quidem legibus, quibus qui seruiuit, dijs seruiuit: deinde senioribus qui honestè uiixerunt.

Oportet omnes homines, mulieres simul ac uiros, adolecentes ac senes, ita de his semper existimare: Seniore non paruo interuallo iunioribus præponendum esse, & apud deos, & apud homines, qui feliciter uicturi sint. Cedit ergo senem à iunioribus, & turpe est, & odio à dijs habetur. Decet autem iuuenem uerberatum à seniore, id ob senectutis reuerentiam patienter ferre. Sic itaq; sanciamus. Quilibet seniore & re & uerbo colat. Ac si uiginti annis maior est, quasi patrē si uir fuerit, aut matrē si mulier reueratur. Atq; adeo omnib. semper absteineat, qui in ea ætate sint qua procreare parereq; ipsū potuerit, natales deos ueritus

In dialo-  
 go 9.  
 de legibus.

Legum, ut uidetur, alia ad honorum hominum doctrinam ponitur: ut per eas intelligant, quo pacto inter se amicè uersentur. Alia ad compescendam illorum pertinaciam qui indomiti natura sunt, spectatq; omni disciplina, nulla ratione mouentur, quin in omnem ruant improbitatem. Hi se quentium uerborū causa sunt: ab his legislator necessitate coactus leges imponit. Ipse nāq; nullū uellet usum necessitatēq; legū unquā fore. Quicumq; igitur parētibus aut auis inferre manus ausus fuerit, nec superiorū indignationē deorū, nec inferiorū supplicia ueritus: sed quasi sciat quæ nescit dicta à priscis omnib. despicies, præuaricatur: is ultimo, ut auertatur expicturq;, remedio indiget. Mors autē ultimum

Ibidem.

non est, sed extrema magis sunt inferorum supplicia: que licet uerissime narrentur, auertere tamē huiusmodi animos nequeunt. Quoniam si auerterent, nulli qui parentes scelerate pulsarent, unquam reperirentur. Quare oportet horum flagitiorū supplicia in hac uita non inferiora illis que apud inferos sunt, sed æqualia pro uiribus ponere.

DE POTENTIBVS IN CIVITATE,  
SERMO XLV.

Euripidis in  
Theſeo, aliàs  
Ægeo.



Ir enim qui pecunie fuerit inops,  
Manuq; potens agere, non continebit se,  
Sed possidentium opes rapere solet.

Eiusdem in  
Bacchis.

Vir potens qui fuerit audax, & dicendi peritus,  
Malus fit, & sine mente ciuis.

Eiusdem in  
Glaucō.

Vbi quis malus in ciuitate ex animi sententia uiuit,  
In causa est ut meliorum quoq; animi ægrescant,  
Exemplum habentes malorum potestatem.

Ibidem.

Qui ciuitates obtinent, ac autoritatem,  
Æmulis suis quam inuicibilissimi sunt.

Eiusdem in  
Oreste.

Si quis blandiloquus, sed malo præditus animo,  
Persuaserit uulgo, magnum est ciuitati malum.  
Illi uerò qui prudenter bona semper consulunt,  
Et si non in præsentia, in posterum tamen utiles sunt.

Eiusdem in  
Hecuba.

Tua uerò autoritas, licet malè dixerit,  
Persuadebit. Oratio enim an ab hominibus obscuris  
Proficiscatur,

An à præclaris, non parum refert.

Potentium enim plurima habetur ratio in ciuitate.

Menandri.

Oportet illum qui ciuibus præesse uult,  
Orationis facultatem non inuidiosam,

Sed bono affectu temperatam habere.

Sciat se stolidum esse, quicumq; hominum  
Perturbat populum, suis glorians diuitijs.

Conuenit sanè peregrinū prorsus accommodare se ciuitati.  
Sed neq; ciuem probo, qui pertinacia sua  
Ciuibus molestus sit propter imperitiam suam.

Multis indiget pulchris egregijsq; dotibus, qui honora- Sophoclis.  
tur egregie.

Paruum autem certamen non magna sequitur gloria.  
Fortunatum hominem bene sapere decet.

Qui Martijs in pugnis, & in concilijs præcellunt,  
Non esse debent ingeniosi in leuibus argutisq; rebus,  
Sed bene consultare de magnis bonis ciuitati necessarijs.  
Mali homines fortunati, non tolerabiles sunt.

Fieri haud potest, cuiuspiam ut pernoueris  
Animum atq; mentem siue sensum, ni prius  
Imperia nactus gesserit ciuilia.

Mihi enim quisquis ciuitatem gubernans, quamlibet  
Non optima consilia aggreditur,  
Sed linguam metu aliquo inclusam habet,  
Pessimus esse & nunc uidetur, & semper uisus est.  
Et si quis maiorem ullum præ patria sua  
Amicum existimat, istum ego nullius precij iudico.  
Ego enim testor Iouem, qui semper omnia uidet,  
Minimè tacuerim, in commodum uidens  
Ciuibus accedere loco salutis.

Oportet prudentes magistratus, non propter offi- Aristotelis.  
cium aut imperium, sed uirtutis causa admirationem sui  
parere: ut etiam immutata fortuna, eisdem laudibus digni-  
censcantur.

Euripidis in  
Alcmena.

Euripidis in  
Alcmena.  
Eiusdem in  
Æolo.

Æschyli.  
Sophoclis in  
Antigone.

**Epicleti.** Quemadmodum faces in portu sublata, magna flamma in paucis cremijs excitata, nauibus per mare errantibus multum auxilij ferunt: sic & uir splendidus in urbe periclitante, paucis ipse rebus contentus, magnis beneficijs ciues afficit.

**Plutarchi.** Viro ciuili administratio reipub. ex anteactæ uitæ gloria pulcherrimum funus conciliat. Studium enim honestatis, Simonide teste, omnium postremo terrâ subit. Nam non solum ambitio & gloriæ studium, expers est senectutis, iuxta Thucydidem, sed magis quod populare & ciuile est, quale formicis etiam & apibus, ad finem usque uitæ perdurat. Nemo unquam uerò ex apicula fucum esse factum uidit, quod illi à ciuilibus uiris requirunt, nempe ut postquam declinare cepit ætas, domi comedentes desideant.

**Ex Aristoteli diatribis.** Plurimæ seditiones in ciuitatibus ambitionis culpa oriuntur: de honoribus enim non quilibet, sed potentissimi que contendunt.

**Demosthenes** Demosthenes dixit omnium difficillimum esse multis placere.

Demosthenes dixit duabus uijs propositis, altera ad tribunal, altera ad inferos, prudentem uirum præoptatum esse eam quæ ad inferos ducit.

**Platonis.** Te uerò narrauerunt permolestè ferre, quòd à publicis ciuitatis occupationibus te liberare non ualeas. Quod igitur dulcissimum uitæ genus sit res suas agere, præsertim si quis ita secum instituerit, ut tu, omnibus ferè indubitatum est. Verum hoc etiã tibi reputandum est, nullum nostrum sibi solum esse, sed ortus nostri partem sibi patriam uendicare, partem parentes, partem amicos. Multa in super protemporum diuersitate nobis accidere uitam nostram occupantium;

tium. Vocate igitur te patria ipsa ad rempub. gubernandã, absurdum forsitan esset non parere, præsertim cum simul accidat, ut aditus prauis hominibus relinquatur, qui nullam optimi rationem habentes, profisciscuntur ad publica.

Zalencus Locrensiu legislator leges aiebat aranearum telis similes esse. Nam sicut in illas si musca aut culex incidit, retinetur: si uerò uespa, aut apes, disrupta tela auolat: ita legibus pauperes detinentur, ditiores & eloquentes elabuntur.

Educari oportet in ciuitate nec ut leonem, neque ut uulicem: hic enim conculcatur, aduersus illum autem occasio quaeritur.

Græue est regi à deteriore.

Antisthenes interrogatus, quomodo ad rempublicam accedendum sit: respondit, ut ad ignem: neque nimis propè, ne uraris: neque longius, ne frigeas.

Chrysippus rogatus cur non administraret rempublicam, dixit: Quia si quis malè rexerit, dijs displicebit: sin bene, ciuibus.

## DE MAGISTRATV, ET QVALEM

oportet esse principem.

Sermio XLVI.



Vstis quidem æquus & iustus, malis uerò omnium maximus hostis in terra.

Quis nam de causa iudicaret, aut sententiam ferret,

Prusquam utriusque sermonem euidenter audierit?

Ego enim illum, qui iniustitia infamis ad aram asidet, lege neglecta,

Zalencus

Methodius

Democritus

Antisthenis

Chrysippi

Euripidis  
in Sylo.

Eiusdem in  
Herachlas

Eiusdem

Adducere ad poenam dandum, nihil metuens deos.  
Nam uirum malum semper male affici conuenit.

Eiusdem in  
Supplicibus.

Amicis autem sepe donantibus aurum,  
Non recepit ad se, neq; mores  
Seruiles exhibuit pecunijs persuasus.  
Peccantes uero ipsos, non fortunam  
Oderat: nullam enim culpam habet fortuna,  
Ut accusari debeat propter malum gubernatorem.

Quando præ ira populus in furorem agitur,  
Aeque ac ignis uehemens uix extingui potest.  
Si quis uero ipso intento paulatim  
Relaxans sequatur, occasionem obseruans,  
Forsan interim spiritus sublimes remittet: quibus remissa,  
Facile impetrabis ab eo quantum uolueris.

Sopyoclis  
in Tyro.

Misereri oportet iustorum hominum, non improborum.  
Nemo malus est qui peccauerit inuitus.

Menandri.

Qui prius condemnauerit quam causam luculenter  
audiuerit,

Is malus est, quia male credidit.

Charemonis.

Sapientium uirorum est peccata diligenter et recte  
iudicare: quod aut temere ac negligenter fit, malum est.

Eiusdem in  
Auge.

Misericordia digni sunt, non malefici, sed probi ho-  
mines.

Eiusdem in  
Scrone:  
Menandri.

Malos homines castigare bonum est.  
Que nunc a quibusdam benignitas nominatur,  
Vitam omnem remisit ad improbitatem.  
Nullus enim iniuriam faciens poenam luit.

Pindari.  
Sophoclis.

Contumeliose quippiã agentẽ, pati quoq; conuenit.  
Probo. Sed scias uelim, ut prouerbio dicitur,  
Ex ualde paruis clarus uir potest euadere.

Tu tantum absq; ira suscipe uerba  
Que tibi profero: auditorem enim nactus  
Sermo beneuolum, non frustra narrabitur.

Apollodori.

Oportet auditorem et reuera prudentẽ iudicem  
Antequam narretur sermo, uitam considerare  
Dicentis, qualis nam sit, cuius, et summam studij  
A puero sui quorsum direxerit: qui enim est  
Proditor sui ipsius, et malus etatis ac forme sue custos,  
Talis in primis ciuitatem totam pessundat.  
Nec enim turpe putat huiusmodi homines repulsam pati,  
Cum nihil non audeant, dudum namq; pudorem  
Omnem exuerunt apud alias fores.  
Itaq; aggreditur omnia impudenter  
Quilibet ipsorum, audax est undequaq;  
Mentitur, peierat, testatur, rabelam agit,  
Furatur, publicanus est, dissolutus, ac ignauus: tan-  
dem uero

Si non ciuitatẽ, tribum certe suam paulatim euertit:  
Sic enim sensim pars una ciuitatum post aliam  
Ab improbis hominibus euerti solet.

Vide an non merito contra iuuenes hæc dicere uidear.

Maximi criminis poenam dare, a malitia liberari est. F. Platonis  
cit enim modestiores iustioresq; ipsa poena, et improbita/  
Gorgia-  
tis medicina fit.

Iudicantes eadem mente præditos esse decet, qua legis-  
Lygia-  
latores ipsos.

Acchianis.

Idem dicere oportet tum oratorem, tum legem:  
Cum autem aliam uocem lex, aliam orator edit, iustitiæ le-  
gis suffragari oportet, non dicentis impudentiæ.

Si peccandum sit, iniuste reum absoluerit, quam iniuste Antiphontis.

perdere melius fuerit. Illud enim quidem peccatum est, hoc uerò impietas.

Platonis in  
Euryphraone.

Hoc enim, o bone uir, nullus uel hominum uel deorum dicere aufit, illum qui iniuriam fecerit, pœnam luere non oportere.

Hocraiti ad  
Demonicum.

Imperium gerens nullius mali opera ad gubernandum intor. illius enim peccatorum cause in te referentur.

Sofonis.

Impera ubi prius didiceris parere. Regi enim cum didiceris, scies regere.

Biontis.

Bion dixit, oportere bonum principem à magistratu discedentem, non ditiozem, sed clariorem euasisse.

Agathonis.

Agathon dixit, principem oportere trium meminisse: primum quod imperet hominibus, deinde quod secundum leges, tertio quod non semper imperet.

Thal.  
Parric. in  
Mæ.

Qui puniunt iniustos, ij reliquis iniuriã fieri prohibet. Thebis iudicum imagines uisuntur absq; manibus: & summi iudicis oculi coniuuent, eo quod iustitia nec muneribus capiatur, nec hominum uultu flectatur.

Themistij.

Principatus & imperij nomen uerum mihi gerere uidebitur ille princeps, qui auro inexpugnabilis, rationi facilis captus sit, libertatem exerceat, magnanimitate laudet, & contumaciam sibi uicinam caueat.

Sotabij.

Illum qui alijs præest & præcipit, non potestate solum regendi ac imperandi, sed dignitate prudentiaq; subditis antecellere conuenit.

Eiusdem.

Homines inobediētes sunt illis, qui cū iniuste uiuant, alijs præesse uolūt. Obedientiã aut̄ facile ad ea, quæ princeps uel ipse, uel per alium præcipit apud subditos, efficiet quiuis, qui quæ ipsum facere decet, diligēter exequitur, & eorum quæ agere conuenit subditis, se exemplum præbet.

Boni

Eiusdem.

Boni principis hoc unum proprium est lucrum, & in istar infirmorum aliorum, omnia sic facere, ut & in ipso imperij tempore, & post id, iustitiæ ac bonorum omnium à subiectis testimonium habeat.

Eiusdem.

Vir princeps & priuatus quilibet intelligat, quod quæ uis fuerit ipsarum rerum actionum uel quas agit natura, talem quoq; ex ipsis memoriam & famam, uel bonã uel malam consecuturus sit. His consideratis, ita demum alterutram uiam ingrediatur, uel eam quæ perducit ad infamiã, uel ea quæ ad memoriæ splendorem, & illam quæ ei melior futura uidebitur, anteponat.

Eiusdem.

Principatū gerens ne reminiscaris inimicitiarū et diffensionum, si quæ tibi prius cum aliquibus intercesserunt. Non enim ad regnandū promotus es, ut teipsum ulcisceris, uerū ut imperio tuo subditos, etiã ab aliorū insidijs securos atq; tutos custodires: & ut custos esses recti, & magnæ deæ Iustitiæ minister ac interpretis. Itaq; si quid admiseris præter eius sententiã, aut deceperis ipsam, uelut in deam maximã delinquens, tum ab ipsa, tum à constitutis circa eã genijs custodibus, & ultoribus pro factis uindictam expectato.

Eiusdem.

Inter inimicos iudex constitutus, ius examina, & sententiam ad eius momentum inclina. Iustitia enim & præfatus ei genius digniores sunt, maiorisq; haberi merentur, quam ut inimicitie gratificeris.

Eiusdem.

Si constitutus in magistratu, inimicitie memor fueris in deteriorē conditionē teipsum das: & grauitate ac sanctitate, quæ requiritur in principe, teipsum priuabis apud conscios tibi, quod inimicitie indulgeas, & pro sanctissimis nominibus, & pro iudice, inquam, ac principe causam agentium, hostis eorum turpissimo nomine appellandus sis.

Eiusdem.

Morte damnandi potestatem non in eo sitam esse puto, quòd quis dominus sit sententiam contra aliquem ferendi, sed in hoc quòd qui potestatem habet sibi ipsi imperat. In iudicio certè tali, quòd in eiusdè naturæ nobiscū homines sit, nisi maximè circumspèctus fuerit iudex, si quid peccatum fuerit, non reuocare, nec emendare licet.

Eiusdem.

Propter quæ alios, ut mala reprehendis, ea tunc caue.

Eiusdem.

Homines se mutuò accusant: alij composito falsis criminibus, alij uera incusantes. Contrà alij laudant, alij ut res est testantes, nonnulli ueritate neglecta gratificantes. Optimum igitur fuerit, ut siue priuatus quispiam, siue princeps huiusmodi uerbis non facile aut statim credat, nec omnino nõ credat: sed rebus ipsis examinatis, quid de ipsis sentiendum sit, ac ueritatem ipsam scrutetur.

Eiusdem.

Principatum quem geris ornes: te ipsum uerò non immites. Neq; enim per magistratum tibi quicquam accessit, neq; eo deposito decedet.

Eiusdem.

Magistratum nactus non extollaris, sed idem permanas: sic enim deposito magistratu non priuatus existimaberis, eo quòd te illustrauerit.

Eiusdem.

Vir bonus qui gentis alicuius, aut ciuitatis imperiũ suscepit, non propter fisci, aut dona capiendi, & à diuitibus pecuniã comparandi causa, similis est homini, qui preciosum aliquod depositũ accepit. Ut hic enim quòd datur non retinendi, aut sibi uendicandi gratia, sumit: sed ut custodiat, & integrũ reddat ei qui deposuit, quãdocunq; repetierit. Ita principẽ quoq; nõ ob quæstũ priuatũ, sed salutẽ custodiãq; subditorũ, omnia facere oportet: sic ut ipsos, quoad efficere potest illos, & in felici statu ei qui credidit, restituat.

Quisquis

Eiusdem.

Quisquis intolerabiles, crudelēs, & immoderatas poenas exquirat, legitimis non contentus, ac belluina iracundiæ locum dans, instarq; mulierum exacerbatus non intelligit se præter fas in eiusdem naturæ genus contumeliosum esse. Ignorat etiam quòd maximum est, & quòd aduersus reos pronunciaturum scire oportebat, nempe quòd mors ipsa, ab ijs qui primũ constituerunt, non ceu malum aliquod fontibus impositum sit: sed tanquam extremũ præsidium, & loco medicamento pro illis qui malitia absolui nequeunt, ut hoc saltem modo, quoniã aliter fieri non potest, in præsentia liberati malitiæ uinculo, ipsam effugiant.

Fac ea quæ iudicaueris esse honesta, etiamsi postquã feceris, inglorius futurus sis. Omnis enim honestæ rei malus iudex est uulgus: quoniam igitur laudes contemptui haberes, eorundem uituperia quoq; spernas.

Pythagoræ

Iniuriam patientes pro uirili defendendi sunt, & minime negligendi.

Democriti

Hoc enim iustum & bonum est: contrarium uerò iniustum & malum.

Damnandi, nec absoluedi sunt, qui aliquid dignum exilio, aut uinculis aliãue poena cõmittunt. Si quis uerò temerè absoluerit, lucri aut uoluptatis gratia, iniuste facit: & iniustitiam ei cordi esse necessarium est.

Iustitiæ & uirtutis maximam partem habet, qui honore dignos honorat.

Eiusdem.

Ne magis alios homines reuereare quàm te ipsum: neq; magis delinquas, si nemo resciturus sit, quàm si omnes homines. Sed te ipsum maximè uerearis, & hanc animo tuo legem constituas, ut nihil absurdum committas.

Eiusdem.

Homines meminerit magis malè quàm bene factorum.

Eiusdem.

Sic enim fieri decet: quemadmodum illum qui reddidit depositum laudari non oportet: qui uero non reddidit, is inuuperari & puniri debet. Similiter de principe res habet: non enim ideo creatus est ut læderet, sed ut iuaret.

Non fieri potest, ut præsens est reipub. ratio, quin principes, etiam ualde boni, iniqua faciât. Neq; enim aliter par est quàm malè succedere, cum ea in aliorum potestate est. Oportebat autem res ita institui, ut qui nemini iniuriam facit, etiam si iniuriarum aut ores ualde persequeretur, non tamen in illorum potestatem ueniret: sed uel aliqua lege, uel aliter is qui iustitiam colit, defenderetur.

Timocridis

Non tam is qui in seruitutem redigit aliquas, quàm qui negligit, cum prohibere possit, id facere existimandus est.

Stoici uirum prudentem dicunt nemini ueniam dare. Eiusdem enim hominis esse, ueniam dare, & putare eum qui peccauit, nõ sua culpa peccasse, cum omnes ex propria malitia peccent: propterea rectè dici, ueniam nõ esse dandam peccantibus. Præterea bonum uirum negant mitem & equum esse: mitem enim deprecari & mitigare quam quis meritis est poenam: ac nihil differre, aliquem esse mitè, aut putare lege constitutas delinquentibus poenas nimium duras esse: item existimare legislatorem indignas poenas præscribere.

Quisnam adeo, iuxta Simonidis uerba, quadratus est, qui per omnem fortunæ & rerum immutationem firmiter consistat, ac commodans se principibus simul et subditis, ac sibi ipsi concilians cunctos, & omnè ubiq; differentiam ad unam recti rationem connectens? Quis item diuersimoda hominum rerumq; naturæ inseruens, atq; in statu liberum ac minimè seruillem custodierit? Atq; illi sanè qui rationi

non excolendæ dat operam, non est difficile uel secundum summa præcepta Orthiam, quod uiunt, modulationem uirtutis canere: rationes autem ad actiones ueras accommodaturo, omne quod in eo genere optimè, quoad eius fieri potest, contigerit, pro natura primario recipere & approbare præsentis instituti ratio iubet.

Sequentia nullum sensum perficiunt.

Quod attinet honores, quos in scriptis, appellationibus, ac omni externo uitæ apparatu & ostentatione, præstantiores principum sibi uendicant, non tantum, re sis inferior ipsis, sed etiam ut excellas, si fieri potest, operâ dato. Est enim ridiculum de nominibus contendente, rerum quibus imponuntur, nullam rationem habere: & falso appellati honoris studiosum, apparere se ipsum quidem parui admodum facere, subditis uero magni quâdoq; damni autorem esse.

Ibidem.

Illorum operum, quæ imperata detrectare nõ licet, ipso agendi modo, & tempore, aptaq; persuasione apparentem molestiam leuare oportet. Sunt ad quæ nemo cogi potest. Aristotele teste, ne si Tantali quidem lapis alicui impendatur: Eum enim qui malè facere plus quàm malè affici cauet, omnia tolerare promptè oportet. Ceterum de ijs quorum executionem deprecari non licet, non probè autem cognoscuntur ab illis qui præceperunt, idoneam doctrinam adhibeto, ita moderans, ne uidearis imperare. Nihil enim grauius est in potestate uersantibus, quàm euidentis reprehensio. Sic igitur apud eos uerba facies tanquam admonens præscientes, aut rem ipsorum iudicio committens, aut interrogans super ijs quæ tu ipse satis nouisti. Et ambitiosos quidem honore obsequijsq; tibi concilia: illos uero qui rationem subditorum habent, uoluntatis propria commoues facito.

Interdum

Hæ Sopatri  
epist. ad He-  
meterium fra-  
trem quomo-  
do admittit  
dus sit cõmil-  
lus eis magi-  
stratos.

tion

Ibidem.

Interdum etiam dicendi admonendiq; libertati dandum est locus, ubi nihil inde periculi subditis imminet. Id enim potius eligendum est, quam bona fortuna aliquando, ut nominatur, & si quid autorem ipsum pati oporteat. Cum uero periculum aliquod subditis fuerit, tum liberius loquens præter id quod intempestiua & iuuenili oratione sua tot homines prodit, turpis quoq; & uana ambitionis uitio extreme affectus apparet.

Ne respexeris ad falsas uulgi opiniones, sed ueritatis rationem omnibus præfero. Nec apparentem gloriam cum subditorum damno usurpes: nec infamiam apparentem, que coniuncta sit subditorum utilitati, declines: nisi uulgarem phantasiam potius, quam optimam uitam se qui placeat. Honorem quidem ciuilem superioribus de ferri ab inferioribus, ipsa reipub. constitutio iubet: cætera uero obsequia, uel ut ipsi aliquid assequamur, uel utilitatis gratia subditorum præstamus. Adulationis enim est laudare mala, non ob alium finem quam ut placeat. Ciuilis autem prudentia principibus ad hominum utilitatem conuersatur. Adulator quidem nemini profuturus malum opus agit: ciuiler autem prudens principem ambitiosum laudabit, ut à malo instituto ipsum auertat. Quare laudatum ille quidem sua collaudatione laedit, ac ipse de seipso improbitatis extreme specimen exhibet. Hic uero per obsequij sui modum ad agendas res laude dignas inuitat.

Ibidem.

Imperio dignus fieri debes non reipub. statu, sed uirtutis & animi erga subditos excellentia. Scias igitur te subditorum singulis præstare communi pro omnibus cura, & soli cæta gubernatione pro uniuersa republica.

Quos autem prius non cognoscebas, & nihil ad te pertinet

tinere putabas amplius, quam quiuis homo comunem hominum naturam: illos iam princeps factus reuereri debes ceu iam notos & familiares, ac omnes tibi amicos esse uident, paterna beneuolentia complecti. Homero certe non satis fuit principem simpliciter subditorum patrem appellasse, quamuis haud aliud nomen inter homines benignius inueniri posset: sed ad patris uocabulum adiunxit quoque mansuetum, simul & parentibus & bonis principibus huiusmodi nomenclaturam conuenire ratus.

Curam quidem & prouidentiam subditis debitam omnibus tribuere animum inducas: illis uero quos usu bonos esse cognoueris, morum quoq; familiaritate tibi concilies. Fugienda est superbia, & coniuncta ei uicia, ut sunt arrogantia, & pertinacia: tanquam humilis uilisq; anime affectus: sui enim obliuisci, propter phantasiam breuis imperij, magnam pusillanimitatem arguit. Curandum est tamen, ne dum probrosos istos excessus malitie uitamus, in alteram improbitatis extremitatem turpiter impingamus: leuitatem dico, & humilem animi uilitatem, malos mores pro malis prioribus commutantes. Quamobrem oportet uerè imperantem, mansuetum simul & grauem erga subditos tum uideri, tum esse.

Nec ira in subditos utendum est, neq; peccantibus institutum suum sine reprehensione relinquendū. Nam iracundia principem ab insanijs nihil differre signum est: hoc uero leuitatem ad peccandum in subditis gignit.

Præbe te ipsum simul & clementem, & malis insensum: lentè quidem puniendo clementiam, malis autem indignando improbitatis odium prætereferens: ut hoc quidem fugiendum esse mala, illud autem non nimis implacabilem ijs qui peccat-



peccauerunt, esse fortunam, documento sit.

Abstinendum est etiam dicerijs uerè imperantibus, id qui ridiculis gaudet, imperij maiestatem imminuet.

Quin & a conuicijs purus sit princeps. Hoc enim principis imperitorum hominum iracundie signum est.

Admonitionum duo genera, alterum acriter obiurgas, alterum leniter curans, argumenta mihi uidentur probi principis.

**Ibidem.** Imperandi modum singulorum moribus decenter ac commodato, cum probis moderate, cum supinis uehementius, cum audacibus acerbè, cum cautiorebus deniq; leniter agens.

**Ibidem.** Oportet autem à peccatis arcere per necessitatem sua delæ coniunctam: his uerò qui deliquerunt, moderatam iustitiæ castigationem inferre: ita ut parua quidè & uulgaria peccata dissimulentur (nec enim conducit & quælibet & omnia simpliciter punire, neq; cognoscentem negligere.) Que uerò iam ingravescunt, ijs cura secundum leges adhibeatur.

**Ibidem.** Desiderandum quidem est animam, quo ad eius fieri potest, à uitijs purâ esse: interim tamen cogitabis homini conueniunt esse peccare. Quocirca qui punit homines tanquàm impeccabiles, modum transgreditur rectæ & secundum naturam castigationis. Exhibeas autem te ipsum magistratui ornamentum: non externis & temporaneis adumbrationibus glories.

**Ibidem.** Gratiæ & beneficia que iustitiam transgrediuntur, ne gratiæ quidem dici mihi debere uidentur. Amicis autem iustitiæ nemo reiecerit ultro, qui modò non ex querens aut petens natus sit. Quandoquidem enim lex, sepiusculè durior

res peccatis poenas irrogat, ius quod æquum dicitur, austeram legum sententiam mitigans, inculcata mihi uidetur uerè & libera gratiæ occasio. Verum iudicia quidem que occupantur circa iustitiæ emendationem in contractibus, omnino non agnoscunt gratiarum genus: que autem circa delicta uersantur, mansuetam & humanam gratiarum faciem non recusant.

Ceterum oportet uerum principem non rectè tantum imperare scire ac posse, sed etiam humaniter. Turpe enim fuerit pastorem oues odisse, et pecoribus suis insensum esse. Quintiam legitimus esse debet: sic enim demum principis dignitatem habuerit. Scientia enim rectè iudicare poterit: potestate punire: humanitate beneficia conferre: deniq; ex legibus ista omnia secundum rationem facere. Optimus autem erit princeps, qui lege diuinissima utetur, qualis futurus est qui nihil sui gratiæ facit, sed omnia propter subditos. Nam lex quoque non sui, sed subditorum gratiæ est.

Omne honoratum augetur, contemptum imminuitur. Et hoc signum est clarissimum imperij bene administrati. Promouet enim subditos ad honesta studia, & conuenientem singulis dignitatem attribuit, atq; ciuitates optimis studijs implet.

Incipientibus malis obstruende sunt uie. Cum autem semel radices egerit, & inueterata fuerit malitia, tanquam congenita ægritudo, difficilis extincta fit.

Nam quo pacto quisquam aut ius rectè dicere, aut homines decenter iudicare posset, qui non utrunq; aduersariorū audierit? Sermones enim, quemadmodum purpura & aurum, melius dijudicantur, si conferas iniucem. Nam que gratia

Archytæ Pythagoræi ex libro de Legibus, & iustitia.

Iamblich.

Hyperid.

Platonis in Demodoco.

gratia uel dicendi tempus aduersariorum utriq; conceditur, aut cur iudex utrosq; se similiter auditurum iurat, nisi existimasset legislator causas hoc modo iustius & melius à iudicibus posse iudicari? &c.

**Amiphontis.** Non iustum est neq; factò peccantem seruari sermone: neq; re ipsa rectè facientem, sermone perdi. Sermonis enim uitium in lingua est, facti autem in animo.

**Demosthenis** Iustum est misereri, non improborum hominum, sed eorum qui immeritò infelices sunt.

**Biantis.** Bias damnaturus quempiam ad mortem, lachrymans est. Et cum dixisset quidam: Quid est quòd fleas, cum penes te sit condemnare hominem? respondit: quia necessarium est naturæ affectum, legi suffragium reddere.

**Ex epist. de amicitia, Plutarchi.** Optimus ille testis est, qui beneficii non fuerit obstructus, sed absque beneuolentia in alios coram iudicibus loquitur.

**Obrimi, pro primogenito ueneticij accusato.** Cum in omnibus iudicijs semper præteritã uitam considerare oportet, tum in illis causis maximè, in quibus ipsa uita accusatur.

**Iamblichus in adhortationibus ad philosophiam.** Quemadmodum suppurato satius est uri, quàm ita manere: sic etiam improbo mori, quàm uiuere.

Fide dignior est pater uera loquens, quàm aduersarij mendaciter accusantes.

**Demosthenis.** Dignius est diuitibus malis, quàm egentibus succensere. His enim necessitas ipsa ueniam quodammodo parit apud humaniter iudicantes: illi uerò qui cum diuitijs mali sunt, nullum habent iustum prætextũ. Ad multa sanè mala paupertas etiam ingenuos adigit: propter quæ iustius esset misericordiam eos consequi, quàm unã perdi.

**Iamblichus.** Malum iudicium omnis mali causa est.

Verũ

Verus princeps magna cum dignitate & bonitate præest, magnifica bonorum munera subditis exhibet: uiuus abundantis salutis omnimoda, & uitæ tranquillitatis autor est. Hunc enim sibi finem proponit honestus princeps, ut subditos felices efficiat. Et tum sanè præcæteris qui ab eo gubernantur in primis eximius est, cum illi beatam uitam agunt, qui seipos ei commiserunt. Si quidem utilitas publica non separata est à priuata: quin potius in uniuersali, singulis etiam utile continetur, & partes in toto seruantur, tum in animalibus & ciuitatibus, tum in alijs quoq; naturis.

Inter omnia principum opera plurimi facio & admiror magnanimitatem & magnificentiam, & maximè cum bene merendo de hominibus, non exactis & auaris rationibus utuntur, neq; parcunt in largitionibus, nec tanquam in lance trutinæ equalia pro equalibus commutant: sed gratias ingenue proferunt, non tantũ ex uase fundentes ipsas, ut poëtæ canunt, nec alijs huiusmodi organis inclusas: sed nudas, intactas, & sine uelamētis externis cõtinuas, sibiq; coherentes benigniter & beneuolè porrigunt, ut decet & gratiosum est. Huiusmodi enim gratiarũ decus, merito coronã imperij appellauerim.

Imperij excellentia uidetur apud uulgus hominum inuidiosa esse, ac eius præstantia ipsis odiosa fit. Si uerò id quod graue austerumq; est in imperio, benignitate ac humanitate temperetur, concinnum, mite, mansuetũ, & aduentibus facile redditur: quale genus imperij in primis amant subditi.

Lex perhibetur omnium esse regina. Eadem uidetur bona præcipere, contraria prohibere. Quid igitur putamus

V

putamus

Huiusdem in epist. ad Dymochium.

Ibidem.

Ex epistola eiusdem ad Agrippam.

Huiusdem.

putamus profectam ab ipsa bonam iuris legumq; constitutionem esse, quali pulchritudine præstare, quantaq; excellentia & iustitia rebus omnibus antestare? Quæcunque enim & quantacunq; genera & species virtutum sunt, per illa & eiusmodi omnia, legum pulcherrima præcepta penetrant. Earum utilitas per totam rei publicæ administrationem, & omnes hominū uitas extenditur. Est igitur lex commune bonum, sine quo nihil unquam boni fieri posset. Caterum oportet principibus præfectum, sincerè purgatum esse iuxta summam legum rectitudinem, ac neq; seductione aut fraude falli per ignorantiam, neq; uim inferentibus concedere, nec ulla occasione iniusta allici. Nam seruatorem & custodem legum tam incorruptum oportet esse, quam summè fieri potest inhumana natura.

Catonis. Cato maior pessimum dicebat esse principem, qui imperare sibi ipsi nequiret.

Epidæti cuius  
& sequentia  
enim a sunt ol  
que ad Plato.  
nem.

Quemadmodum si gubernare nauim conareris, omnino prius artem gubernandi perdisceres: ita ciuitatem recturus, regendi disciplinam addiscito. Ut enim illic nauis uniuersa tue fidei committitur, ita hic tota respubli-  
gubernanda tibi est.

Si proposueris ornamenta quæpiam ciuitati conferre, te ipsum pulcherrimo mansuetudinis, iustitiæ, & beneficentiæ ornamento primum decores.

Beneficijs ciuitatem obstringes, non teclis in sublimè structis, sed animis promotis. Præstat enim in paruis domesticilijs magnos animos habitare, quam in magnis adibus humilia mancipia latere, cœu feras in suis lustris.

Non lapidum ex Eubœa & Sparta aduectorum pulchritudine

rietes structura uariiegato, sed disciplina Græciæ ciuium & gerentium reimpub. animos exornato. Animis enim hominum, non lapidibus & linguis bene habitantur ciuitates.

Sicut leones nutriturus, roborarij sumptum non curares, sed animalium actiones: ita si coneris imperare ciuibus, ne tantum magnificentia edificiorum, quantum fortitudo inhabitantium tibi curæ sit.

Quemadmodum bonus equorum domitor, non bonos tantum pullos alit, feroces autè famelicos relinquit, sed ambos ex æquo nutrit, magis uerò castigat alterum, & cogit similem fieri meliori: sic etiam uir prouidus, & ciuilibus facultatis peritus, bonos ciues beneficijs decemerit, malos autem continuo perdere conatur: sed de alimēto quidem utrisq; prospicit, instituit uerò, & urget uehementius illum qui rationi & legi obstiterit:

Vt nec anser clangore, nec ouis balatu perterretur: ita neq; te stolidæ multitudinis uox terrefaciat.

Vt uulgus temerè quippiam postulans ex rebus tuis non mouet te: sic quauis in re plebè iniuste aliquid orantem non reuereris.

Quod ciuitatis est, mature pendas: & nunquam exigitur abs te, quod ad eam non pertinet.

Quemadmodum sol non expectat preces & incantationes, ut exorietur, sed illico fulget, ac salutatur ab omnibus: ita neq; tu expectaueris plausus, strepitus & laudes, ut beneficias, sed sponte confer beneficia, & æque ac sol amaberis.

Iudicandum est secundum scientiam, non multitudinem, quicquid rectè iudicari debet.

Platonis in  
Lachete.

Ibidem.

Conuenit, ô bone uir, ut is qui res maximas regit, prima sit prudentia præditus.

Eiusdem in  
Protagora.

Equidem puto & me ac te ceterosq; omnes existimare iniuriam facere quàm pati dei erius esse: & poenam non dare, quàm dare.

Ibidem.

Nullus enim punit eos qui deliquerunt, huc respiciens, huiusq; rei gratia, quia deliquerunt, nisi instar bestia citra rationem poenam exigat. Qui uero cum ratione castigare uult, ille nõ præteriti causa criminis poenam sumit: nec enim quod factum est, infectum reddiderit: sed futuri gratia, ne denuò delinquat uel hic ipse, uel alius, qui castigari ipsum uiderit.

Ibidem.

Cogito enim quòd eũ, qui sit futurus idoneus ad examinandum animam recte aut secus uiuentem, tria possidere oporteat, quæ omnia in te sita sunt: scientiam dicendi, opinionem, ac loquendi libertatem.

Eiusdem Le  
gum. 2.

Non infelix, sed malus semper castigandus est, ut factus melior.

Demosthenis  
Olynthiac. 2.

Tunc autem ex ipsis factis iudicio sumpto digni quidem laudibus honorandi sunt, delinquentes uero castigandi.

Plutarchi ad  
imperitum du  
cem.

Ratio ex philosophia absidens principi, & ueluti custos in mente recondita, quicquid in potentatu periculosum est, tanquam in athletico habitu, demit, & salubre tantum relinquit. Verum multi regum & principum sine mente, imperitos statuarios imitantur, qui colossos putant ita demum magnos uideri, si multum diuarcatos distentos, & hiantes fecerint. Nam & illi (principes inquam) grauitate uocis, aspectus asperitate, difficultate morum, & conuersandi aspernacione, magnitudinem ac seueritatem imperij exprimere se putant.

Ceteri

Ceterum oportet quemadmodum amussis, eum plane restitua & minime peruersa fabricata est, cetera quibus admo- Ibidem.  
uetur & accommodatur dirigit: similiter quoq; principem, ubi primum didicerit imperare sibi ipsi, & animum recte instituerit, & mores habuerit bene compositos, ita demum subditos regere. Nec enim cadentis est curere, aut in compositi componere, aut parere nescij imperare.

Tot tantorumq; bonorum & munerum, que diu largiuntur, nullus est fructus, aut usus rectus sine lege, iure, & principe. Ius finis est legis: principis opus, lex: princeps autem, imago dei cuncta administrantis. Ibidem.

Mens stolidia hominum idiotarum, humilium, & imbecillorum, impotentia quadam ad peccatum alligata, affectibus ita perturbatur, quemadmodum nonnulli in prauis somnijs, ut à cupiditate sua resurgere non possit. Ibidem.

Potestas malitiæ coniuncta, neruos ac robur affectibus addit. Et uerum est illud Dionysij dictum, qui se tum imperio frui maxime dixit, cum confestim quod liberet faceret. Ingens autem periculum est, ne is mala facere delibet, qui facere potest quæ uoluerit. Si malitia potestatis cursum adipiscatur, celeriter affectum quemuis pro mouet, ex ira eadem, amore adulterium, & ex auaritia publicationem faciens, nisi rationis grauitas & pondus coerceat reprimatq; potestatem.

Prudentium principum mores, ualde cauti iustiq; & salubres sunt: indigent uero etiam acrimonia quadam, & acri efficaciq; pertinacia. Ita plane uidetur. Platonis in  
Ciuiti.

Obsequendo & placendo hominibus, rerum gerendarum commoditas acquiritur: austeritas uero amicorum solitudinem parit. Eiusdem in  
epist. ad Dionem.

Xenophon. in  
Oeconomico.

Equidem & istud opinor magnum esse argumenti  
uirtutis in principe, si subditi ipsum libenter sequantur,  
& in periculis una perseuerent.

Xenophonis  
lib. 8. de pr.  
dia Cyri. sta.  
sim ab initio.

Ego sæpenumero cogitavi bonum principem nihil  
differre à bono patre. Nam & parentes filijs prouideat,  
ut bona his unquam sint de futura.

QVOD OPTIMUM SIT MO/  
narchia, Sermo XLVII.

Homeri  
Iliad. 2.



On bonum est multorum dominium, sit do-  
minus unus. Et unus rex.

Ibidem.

Animi enim magni sunt à Ioue nutritorum  
regum.

Honos autem ex Ioue est, amatq; regē sapiens Iupiter.

Euripidis in  
Phœnissis.

Ego enim nihil ò mater te celans dicam,  
Siderum peruenirent atheris ad exortus,  
Et infra tellurem, si hoc possem efficere,  
Ut maximam deorum occuparem tyrannidem.

Ibidem.

Si quid iniuste faciendum est, tyrannidis gratia  
Optimum fuerit delinquere: in reliquis oportet pietati  
studere.

Tyrannis deorum quedam uita uidetur.

Nam præter immortalitatem reliqua habet omnia.

Eiusdem in  
Archælo.

Bono uirò etiam tyranno subijci pulchrum est.

Hesiodi in  
Theogonia.

Ex Ioue sunt reges: sed felix est, quem Pierides

Amarint, & dulcis ei fluit ex ore uox.

Platonis in  
Crotophonte.

Ei qui anima nescit uti, melius est ut seruus uitam du-  
cat quam liber. Est autem hoc animi tanquam nauis gub-  
ernaculum tradere alteri cuiquam, qui didicerit guber-  
nandi homines artem, quam tu ciuile quoq; sapiens uocas  
Socrates, & iudicialem, & iustitiam, ut est, appellas.

Oligar.

Oligarchia quidē & democratia, ciuibus in repub. <sup>Ibcratis in Nicocia.</sup>  
æqualitate comparant, & hoc in ipsarum statu egregiū  
est, si alter præ altero nulla in re polleat, quod ex usu est  
improbis. Monarchia uerò plurimum tribuit optimo,  
deinde secūdo quod post primū est, deinde tertio et quar-  
to ac reliquis eadē ratione pro meritis cuiq;. Atq; hæc  
etsi non ubiq; ita se habeant, intentio tamē reip. talis est.

Si hominum inspicienda sunt ingenia, & actiones,  
omnes potius approbabit tyrannides. Quis uerò recte  
sapiens non malit in huiusmodi republica degere, in qua  
cuiusq; uirtus elucescit, potius quam agere in media ple-  
be, & qualis nam sit, non cognosci?

Quinetiam tanto faciliorem non immeritò ipsam es-  
se indicauerimus, quanto facilius est animum suum unius  
uiri instituto accommodare, quam multis uarijsq; opi-  
nionibus placere conari.

Qui magistratus per uices annorum subeunt, prius  
sunt iterū priuati, quā reipub. negotia cognoscant, eo-  
rumq; sibi experientia cõparent: qui uerò semper iisdem  
officijs funguntur, licet ingenij fuerint inferioris, exper-  
ientia tamen usq; rerū longè ceteris præferedi sunt.

Ad hæc populus multa negligit, dum alter respicit  
alterum. Illi uerò nihil per negligentiam delinquant, cū  
per ipsos omnia fieri oportere sciant.

Item qui in paucorum aut populari uersantur impe-  
rio, propter contentiones priuatas reipub. damnum in-  
ferunt: qui uerò in monarchia uiuunt, quia non est cui in-  
uideant, omnia quam fieri potest optimè agunt.

Præterea populus malicioſa mutuo laborat &  
optarent singuli ut & qui ante se rempublicam gesse-  
runt, &

runt, & qui in præsentia gerunt, pessimè ciuitatem gubernassent, ut eo maior in se gloria redundaret. Monarchæ autem cum per omnem uitam domini sint rerū, perpetuam beneuolentiam retinent.

Cæterum hoc maximū est, quod uulgus animū applicat ad publica tanquam aliena: monarchæ tāquam propria. Et in rebus publicis consiliarij adhibentur, illic quidē ciuiū audacissimi, hic uerò ex omnibus delecti sapientissimi. Et uulgus illos maximè colit, qui in turba oratione ualēt: monarchæ autē in rebus agēdis, reuera doctos.

Non modò autem in uulgaribus et quotidianis rebus monarchiæ præcellunt, sed etiā militiæ cōmoditates omnes potiores habent. Est enim facultas tū ad apparatus, tum ad usum illarū, siue latentem, siue manifestum. Item ad persuadendū nonnullis, alios cogēdum, alios precio, alios alijs obsequijs alliciendum, plus monarchiæ quàm cæteræ respublicæ possunt: & hæc non minus quispiā ex ipsis factis & cœntu, quā uerbis adductus crediderit.

Non solum considerandum est ingenium tyrannorum cur benigni aut difficiles sint: sed ciuiū quoque mores. Multi enim hætenus propter malitiam subditorū, asperiores se dare quàm pro ingenio suo coacti sunt.

Imperare natura proprium est præstantiori.

Cum Lydis Cræsus imperaret, fratrem in consortiū imperij assumpsit. Tum quidem ex Lydis accedēs, dixit: Omnium in terra bonorum, ô rex, autor est sol, neque quicquā extaret in terra solc non illustrante. At si gemini soles forent, periculum immineret ne omnia cōflagrantia pessum irēt. Ita & regē unū quidē accipiūt Lydi, & seruatorē esse credūt: duos uerò simul tolerare nō possent.

Quo!

Quoniam regis uel solus aspectus satis est: & si tantum fuerit intuitus, explorata est ueritas.

Homines in terra tanquam exilio sunt, & essentia priori multum inferiores, plurima terra grauantur, adeo ut à parente sua egrè extollantur, nisi quis diuinius flatus miserum hoc animal meliori parti coniungat, sacrū genitoris aspectum monstrans, qui à nemine conspici potest. In terra quidem & apud nos optimum sanè ingenium præ cæteris animantibus homini datum est: diuinius autem inter homines rex est, ut qui multum supra communem naturam emineat: corpore reliquis non dissimilis, utpote natus ex eadem materia: sed ab optimo artifice factus, qui fabricauit ipsum, archetypo ex sese sumpto. Utinam fieri posset, ut humana natura nulla persuasione egeret. Reliquiæ enim terrestris malitiæ, quæ animal efficiunt mortale, causa sunt, ut sine ipsa degere nequeat: si quis uerò anima fuerit præ alijs diuinius, ille uulla in re persuasione opus habeat.

## ADMONITIONES DE REGNO,

## Sermo XLVIII.

**N**ec omne populo imperium committas,  
Nec affligas ipsum, nimis tribuens diuitijs,  
Nec utrum populo fidum unquam cijcias,  
Neque promoueas plus quam tempus postulat: haud enim tutum est,

Ne tibi ex ipso fiat insignis tyrannus.

Ad hæc prohibe illum qui præter ius honoratur.

Praui enim feliciter agentes, morbus sunt reip.

Atqui non decet regem, ut mihi uideatur,

Euripidis in Püthæo.

Ibidem.

Eiusdem in Nicocle.

Democriti.

Ex Serini aponnemo, neumaribus.

Neq; uirum bonum contendere cum improbis.  
Istud enim honori est deterioribus.

Eiusdem in  
Antiope.

Tranquillus autem, & amicis tutus amicus,  
Et reipub. optimus est. Ne mihi periclitationes  
Laudetis. Nam ego neq; nautam amo  
Nimis audacem, neq; continentis præsidem.

Eiusdem in  
Antigone.

Oportet tyrannum populo placere.

Eiusdem.  
Sophocles in  
Oedipo.

Sapientes euadunt tyranni conuersatione sapientiu.

Quod si in posterum princeps futurus es huius re-  
gionis, ut nunc es,

Præstat eam cum uiris regere, quàm uacuum,  
Nihil enim est neq; turris, neq; nauis  
Deserta, hominibus non incolentibus ciuitatem.

Menandri.

Egregium quiddam rex est, qui fortitudine præcellit

Et iura hominum in licio suo conseruat,

Homeri  
Iliad. 2.

Non oportet no flem integram dormire consiliariu  
uirum,

Cui commisi populi, & tantæ res curæ sunt.

Eiusdem.

Consilium priuò constituit animosorum senum.  
Instar clementis patris erat erga populos, quibus in-  
perabat,

Nullum afficiens illicito malo, nec aliquid dicens  
In multitudine, ut decet diuinos reges.

Hesio diu  
Theogonia

Propterea enim reges prudentes existunt, quoniã alijs  
In concione aut iudicio iniquè læsis ius suu restituumt,

Leniter benignus adhortantes uerbis.

Theocriti.

Cætera uir liberalis, & solus optimus,  
Gratus, Musarum studiosus, amabilis, summè suauis,  
Agnosces amantem, & magis non amantem.  
Multis multa largiens, petentibus nihil recusans,

Vt de.

Vt decet regem. Non semper petendum est.

Calliope forma præcellit omnibus.

Hesiodi in  
Theogonia

Hæc & reges uenerandos comitatur.

Quemcumq; honorarint magni Iouis filia,  
Et nascentem aspexerint à Ioue nutritorum regum,

In huius linguam suauem effundunt cantum,  
Huius ex ore uerba fluunt blanda: populus uerò

Omnis in ipsum intuetur iura dijudicantem

Rectis iudicijs. Ipse autem caute differens  
Statim uel magnam litem prudenter dissoluit.

Metus adulationem parit, sed beneuolentiæ expers est. Democriti

Non multum temporis durant, qui ad subditos pro ijs Mulonij,  
quæ faciât, Nò cõuenit mihi, dicere solè: sed, Licet mihi.

Noli imperare quæ fieri decet, hominibus conscijs tui Eiusdem.

Bi facienti quæ fieri de decet.

Conandum est principi, ut uerendus potius subditis Eiusdem  
sit, quàm metuendus. Illum enim grauitas sequitur, huc  
inhumanitas.

Anaxilaus Rhegi tyranus interrogatus, quid in tyrã  
uide felicissimum esset, respondit: Nunquam beneficia  
conferendo uinci.

Xenophon Socraticus philosophus dixit, honestius  
esse regi beneficiorum quàm trophæorum multitudinè  
relinquere.

Nam ubi sapientia opus est, ibi uis nihil proficit.

Herodo. lib. 9

Magis cupere debes ut conuersantes tibi te uercentur Pythagora.  
quàm metuant. Reuerentiam enim admiratio, timorem  
odium comitatur.

Philippus rex aiebat oportere meminisse regè, quod Philippi Ma  
homo existens potestati adeptus sit diuinam: ut res bone/  
stas &

stas & diuinis instituat, sermone autem humano utatur.

Platonis in  
Poliuco.

Quisquis artes cunctas considerauerit, cogitare debet earum nullam esse ciuilem quam quærimus disciplinam: quippe cum regie maiestatis officium sit, non ut ipsa quidem agat, sed ut agere ualentibus imperet, cognoscaturq; imperium & uim rerum illarum, quæ in ciuitate plurimum pollent, opportunitatis & importunitatis præcipue: cæteras uero facultates iussa capeßere & mandata transigere. Optimè.

Theobuli. Declina inuidiam uulgi, & insidias odio te prosequentium caue.

Philonis. Simul cū potentia mæsuetudinè serua: ut nō timēdus, sed reuerentia dignus uidearis illis, qui in te inciderint.

Maxi. Oportet leges quidem acriter statui: mitius autem quam ipse iubent pœnas sumere.

Socrates inquitabat optimum esse regem, qui suis affectibus moderari possit.

Demetrius Phalereus Ptolemæum regem hortabatur, ut libros de regno scriptos emeret ac legeret. Nam de quibus amici reges admonere non audent, ea in libris esse scripta.

Isocratis, cuius etiam sequentia sunt usque ad Plurarchum.

Amicos tibi compara, non omnes qui id cupiunt, sed eos qui ingenio tuo digni sunt: neq; quibus cum incundissime uiuas, sed cū quibus optimè ciuitatē administres.

Tales homines ijs rebus præfice, quas tu met non perages, ceu ipse præstiturus culpā eorū quæ illi deliquerit.

Fideles existima, non qui dicta factaq; tua omnia laudibus uehunt, sed qui errores tuos reprehenderint. Viris prudentibus loquendi libertatem concede, uti de quibus, dubitaueris, habeas qui tecum consultant.

Discerne

Discerne fraudulētos adultores ab ijs qui per beneuolentiam te colunt, ne mali bonis præferantur.

Ausculata sermonibus alterius de altero, conareq; simul dicentes experiri qualēsnam & qui sint, ac de quibus dicant.

Eisdem pœnis afficito falso calumniantes, quibus ipsos delinquentes.

Non minus tui ipsius atq; aliorū domineris: idq; regi maximū esse decus puta, si nulli uoluptatū inferuias, sed concupiscentijs imperes magis quam ciuibus.

Verissimos esse honores existima, non qui in propatulo cum timore fiunt: sed quādo subditi apud se soli mentem tuam potius quam fortunam secum admirantur.

Ne alijs quidem sobriè uiuendum, regi autem inordinatè putaueris. Verum tuam ipsius modestiam cæteris exemplar constitue, cognoscens uniuersæ ciuitatis mores principum moribus similes euadere.

Plus tibi curæ sit ut honestam famam, quam diuitias ingentes liberis relinquant. Nam hæ mortales sunt, illa uerò immortalis. Et per famam cōparari possunt opes, nunquam uerò pecunijs fama redimitur. Item diuitie etiam improbis accedunt: at famæ gloria nō potest nisi solis eximijs uiris contingere.

Optimum quidem fuerit, summam occasionem assequi: quoniam uerò facillè percipi nequit, ultra potius quam citra consistere uelis. Quippe mediocritates plus momenti habent tum, cū aliquid adhuc eis deest, quam cū excedunt.

Si quid exquisite nouisse cupias, quod scire ad regem pertineat, experientia & philosophia rei notionem aggrede!



gredere. Hæc enim uias tibi demonstrabit: exercitatio autem operibus acquisita, efficiet ut melius & aptius res ipsas tractes.

Expende quæ sunt & obueniunt tum plebeis hominibus, tum tyrannis. Etenim si prætoritorum memineries, & de futuris rectius consultabis.

Itaq; mansuetudine potius & beneficentia quam timore elicienda est beneuolentia.

Oportet igitur benignitatem prudentiæ iunctam habere ad communem utilitatem.

Agrippinus imperans conabatur eis quos damnabat persuadere, quod ipsis expediret damnari. Nō enim tæquam inimicus ipsis aiebat, nec ut latro, sententiam contra eos fero, sed ueluti tutor & curator ipsorum: quem admodum & medicus hominem secandum consolamur & seipsum exhibere persuadet.

Cotys Thracum rex acriter in subditos animaduertebat. Cum igitur amicorum quidam ad ipsum dixisset: Hoc furor est, non regnum: respondit, At meus hic furor subditos temperantes efficit.

Longè facilius enim fuerit quæ quis habet seruare, quàm omnia denuo acquirere.

1 Mihi quidem, Solon inquitbat, maxime celebris futurus uideret rex aut tyrannus, si democratiam ex monarchia ciuibus constituerit.

2 Secundus Bias dixit: si primus utatur patriæ legibus.

3 Post istos Thales pronunciauit, Principis felicitatem existimare se, si uitam obiret postquam consensisset iuxta naturam.

4 Quartus Anacharsis: si non solus prudens sit.

Plutarchi ex epist. de Amicitia.

Ibidem.

Demothenis Olynthiac. 2. Septem sap. ex Symposio. Plutarchi.

5 Cleobulus autem: si nemini conuersantium sibi crediderit.

6 Sextus Pittacus: si princeps effecerit, ut subditi metuant, non ipsum, sed pro ipso.

7 Postremus Chilon dixit: optimum esse regem, qui nō solum operam det ut metuatur.

Nullis consiliarijs egens, deliberās tamen cū amicis. In multis concedens amicis & familiaribus suis, inimicos autem per omnia superans.

Isocrates in Enagota.

Gravis, non uultus contractione, sed institutione uita, nulla prorsus in re inordinatè, immoderatè uel se gerens: sed æque promissiones quaslibet uerborum, ac iusiurandum conseruans.

Amicos beneficijs sibi obstringēs, alios uerò magnanimitate sua capiens.

Glorians nō rebus fortunæ, sed illis quæ ab ipso proficiuntur.

Terribilis, non quòd indignetur multis, sed quia præ cæteris plurimum excellerat.

Voluptatum dominus, non seruus earum.

Paucis laboribus multum tranquillitatis comparās: non autem propter paululum torporis magnos labores intermittens.

In summa, nihil negligens eorum quæ presentia sua regem ornant. Verum è qualibet politia optima quæq; diligens: popularis, demerendo uulgus: ciuilis, administratione reipub. imperatorius, bene consulendo in periculis: denique tyrannicus, omnes iam enumeratos uiuendo.

Nihil iratus feceris, sed alijs uideare tantum cum oportet.

Ibidem in Niccole.

portunum erit. Metuendus appareas, dum omnia quæ sunt explorata habes: benignus autem esto, delictorum pœnas minuendo.

Platonis ex  
epist. ad fami-  
liares Dionis

Tam libertas quam seruitus, ubi modum exceßerint, perquam malæ sunt: mediocres uerò prorsus bonæ. Est uerò seruitus mediocris, quæ Deo seruit: immoderata, quæ hominibus. Deus autem uiris temperantibus lex est: stultis, uoluptas.

Xenophontis  
libro 8. de pa-  
dia Cyri.

Cyri oratio memoriæ prodita est, similia esse opera boni pastoris, & boni regis. Nam & pastorem decere id præstare, ut pecora habeant feliciter: & ijs uti, si qua modo pecudum est felicitas: & regem identidem decet urbes atq; homines felices facere, & ijs uti.

Diogenis  
Pythagorici  
in lib. de Re-  
gno.

Rex ille fuerit, qui iustissimus est: iustissimus autem, qui maxime legitimus. Nam citra iustitiã nullus rex esse poterit: neq; iustitia citra legem. Iustum enim per legem iustum est. Lex autem efficiens est causa iusti. Porro rex autem est lex uiua, aut legitimus princeps, ideoq; iustissimus, & maxime legitimus. Sunt autem officia regis tria, imperare, iudicare, deos colere. Imperare recte poterit, si bellum gerere rite sciat. Iudicandi & audiendi subditos omnes peritus erit, si iuris & legis naturam, ut par est, didicerit. Deorum cultui pio sanctoq; idoneus erit, si naturam & uirtutem Dei secum æstimauerit. Idcirco in rege perfectio, ut bonus sit imperator, iudex, & sacerdos, requiritur. Hæc namq; uirtutem & maiestatem regiam comitantur, & ornant. Gubernatoris enim opus est, seruare nauim, aurigæ currum, medici ægrotantes: regis autem & imperatoris, in bello periclitantes. Cui-cunq; enim rei aliquis præficatur, eiusdem tutor & ar-  
tífex

tífex est. Atqui iudicare, & ius suum singulis distribuere, proprium opus est regis, qui ceu Deus in mundo, dux atq; præses est. Communiter equidem conuenit uniuersam rempub. ad unum magistratum & imperium connecti: nec minus unumquensq; singillatim, ut etiam particularia eidem harmoniæ & imperio apte respondeant. Præterea regis est, bene afficere ac demereri subditos, idq; nõ præter iustitiam & legem. Tertium uerò, cultus diuinus inquam, omnino regis dignitatis est. Quippe decet ut optimum ab optimo, summum à summo colatur. Siquidem inter præstantissima naturæ Deus excellit, terrenis autem et hominibus rex antecellit. Nempe ut Deus ad mundum, ita se rex ad ciuitatem habet, & ut ciuitas ad mundum, ita rex ad Deum. Ciuitas enim ex multis diuersisq; concinnata, mundi structuram & harmoniã imitatur: rex autem imperium gerens nulli obnoxium, & lex uiua existens, Dei figuram inter homines representat.

Oportet regem à uoluptate nõ uinci, sed eius uictorem esse. Nec similem uulgo, sed longè alium et præstantiorem: neq; uoluptatem, sed potius fortitudinẽ officij sui existimare. Simul etiam reputandum ei est, decere illum qui alijs imperare uoluerit, primum affectiones proprias regere, & c.

In iustitia cum summum sit uitium, idq; compositum, totam animam infestat. Quocirca instar lyre rempublicam bene gubernandam concinnare debet rex, ubi prius in seipso iustissimum terminum, & legis ordinem constituerit: sciens quod populi concinnitas, cuius imperium Deus ei commisit, ad ipsum accommodanda sit. Ceterum in concionibus oportet bonum regem dispositiones ac habitus decentes constituere, ciuilitate seipsum ac negotio se gerendo:

Ibidem.

Ibidem.

ita ut neq; asper uideatur plebi, neq; contemptu dignus, sed suauis & facilis. Consequetur autem hæc, si primum quidē fuerit uerendus tum aspectu, tum auditu, & dignum se gesserit imperio: deinde benignus colloquio, uultu, & conferendis beneficijs. Tertio grauis & metuendus, dum odio prosequitur improbos, & in eos animaduertit, & omnia citò peragit: ac ut rem in pauca conferam, omnino peritiam usumq; optimè perspectum habeat regnandi. Reuerentia enim diuinitatem præ se ferens, potest ipsum in admirationem honoremq; apud uulgus promouere: benignitas charum & amabilem reddit: grauitas autem terribilem ac inuictum hostibus: magnanimum uerò & fiducia plenum erga amicos efficit. Oportet autem omnia circa ipsum ueneranda maximè uideri, nec ullum humile seu uulgare studium eius, sed quod agit admirabile esse, ita ut regnum & sceptrum decet. Certet igitur non cum se minoribus, aut æqualibus, sed maioribus: & in ipsa magnitudine imperij, maximas uoluptates existimet, quæ honesta memorabilia facinora, non quæ delicias comitantantur. Seiungat uerò se ab humanis affectibus, & propius ad deos accedat, non superbia, sed animi uirtutisq; inuicta magnitudine motus. Quamobrem talis procurationis ac imperij dignitatem conciliet sibi intuitu, ratiocinando, cogitando, moribus ingenij, actionibus, denique motu gestuq; corporis: ita ut qui eius uirtutes respiciunt, reuerentia & temperantia, habituq; decoro mirifice affecti, ipsum imitentur. Non minus enim quàm tibia & concentus, boni regis intuitus animos subditorum ad se conuertere debet. Sed de reuerentia satis: nunc admonendus est rex de benignitate. Benignus enim futurus est quiuis rex, in uniuersum

sum quidem, si iustus, æquus, facilisq; ad ignoscendum sit. Est namque iustitia, communitio continens & in unum colligans: & solus hic animi habitus proximis se accomodat. Eadē certè ratio est rhythmici ad motum, & harmoniæ ad uocem, quæ iustitiæ ad communionem. Nam commune bonum est tum imperantium, tum subditorum: siquidē conciliat ciuilem communionem. Ceterum æquitas, & promptitudo ad ignoscendum, comites quædã sunt iustitiæ. Illa præscripta poenæ duritatem emollit: hæc delinquentibus aliquatenus ueniam indulget. Ad hæc oportet bonum regem in necessitate libenter succurrere, gratumq; esse. Succurrendū quidem non uno modo, sed quomodo uincit fieri poterit. Gratia uerò referenda, non habitu respectu ad præcipi magnitudinem, sed ad ingenium ac uoluntatem conferentis. Ad hæc ut nemini molestum esse conuenit, ita minimè inferioribus, & uilioris fortunæ hominibus. Tales enim quemadmodum ægri corporibus nihil graue possunt tolerare, &c.

Oportet regem sapientem esse. Sic enim uenerandus erit, ac emulatur summi Dei: qui natura primus est rex & princeps: ille uerò, creatione & imitatione. Deus quidem in omnibus et in uniuerso: ille in terra solū. Deus oia semper gubernat & uiuit, ipsius in se possidens sapientiã: ille uerò per aliquod tēpus scientiã habet. Imitabitur autem Deum quàm optimè, si magnanimum, sapientem, & paucorum indignū sese præstiterit, paternum animum in subditos gerens. Hanc enim ob causam præcipuè Deus existimatur primus esse parens deorū ac hominū, quoniam omnibus subiectis sibi benignū se præbet, nec unquā cessat gubernatione sua neglecta. Nec satis putauit se creatorē tantū rerū oim esse:

Stobæi  
Locri Pythagorici  
ex lib. de  
Regno:

quinetiam nutritor, præceptorq; bonorum omnium, ac legislator omnibus ex æquo est: talis & ille debet esse, qui in terra & inter homines rex futurus est. Nihil uerò citra regnum imperiumq; laudandum est. Sine sapientia uerò & scientia, nec rex, neq; princeps ullus esse potest. Itaq; Dei imitator & minister legitimus erit uir sapiens & rex.

Musonij, qd oporteat reges etiã philosophari.

Est regis, posse homines conseruare, ac beneficijs afficere: id autem futurum scire necessarium fuerit, quid homini bonum aut malum sit, quid iuuat, quid obsit, quid utile, aut inutile. Si quidem pereunt, qui in mala incidunt: seruantur, qui bona consequuntur: & beneficijs obstringuntur, qui his digni iudicantur, quæ iuuent utriusq; sint: contra malè afficiuntur, qui in damnosa atq; inutilia impelluntur. Quid sit autem bonum aut malum, utile aut inutile, quid cõferat aut obsit, nõ alterius est discernere quàm philosophi: quippe qui in eo ipso continuè uersatur, huic uni rei studet, ut percipiat quicquid ad hominis felicitatem aut in felicitatem pertinet, &c.

Xenophon, in Cyri Pædia.

Difficile est profectò hominem unũ alere ociosum, multo etiam difficilius totam domum: sed omnium est difficillimum uniuersum exercitum ociosum alere. Nam et plurimi sunt in exercitu, quæ uescuntur: et quæ à minimis incipiunt, & quæ ijs quæ ceperint, utantur affluentissimè.

Eiusdem in libro 3. de fact. & dist. Socratis.

Reges & principes non illos esse, qui sceptra ferunt, dicebat: nec illos qui aut à quocunq; contingit electi, aut sorte, aut uolentia, aut deceptione assumpti fuerunt: sed qui regere sciant. Cum enim quisq; fateatur, principis quidem proprium esse iubere quid oporteat facere, subditi uerò parere. Ostendebat & in nauis illum principem esse, qui sciat: patronum uerò nauis, & alios nautas omnes obediens scienti

scienti. Ac in agricultura quicunq; habeant agros, & in corporum exercitatione qui se exercent, cæterosq; omnes qui possideant aliquid quod indigeat cura, si illi quidem scire putent, de eis eorum habent: sin minus, scientibus nõ modo cum adsint, parent, sed etiam absentes inuocant, ut illorum consilio, quæ oporteat, agant. In texendo uerò mulieres quoq; monstrabat maritis dominari, propterea quod illæ quidem artem texendi sciant, illi autem ignorent, &c.

## DE VITUPERIO TYRANNIDIS,

Sermo XLIX.



Nihil quàm tyrannus insensius est ciuitati, in qua primum quidem nõ posite sunt leges communes: dominatur autè unus penes cuius arbitrium lex est.

Euripidis in Supplicibus.

Tyrannidis autem iam olim celebratæ Vultus quidem est suauis: domestica autem Tristitia sunt. Quis enim beatus aut felix esset, Qui metuens, & negligens uitam suam, Actatem ducit? Popularis equidem fortunatus Viuere potius uelim, quàm tyrannus existens, Cui amicos habere improbos uolupte est, Et interim odit bonos, de morte sibi metuens.

Eiusdem in Ione.

Malè pereant omnes, qui tyrannide Gaudent, & paucorum imperio in ciuitate. Libertatis enim nomen omnibus præferendum est. Et si quis exiguum habeat in illa, multa tamen habere sibi uideatur.

Eiusdem in Auge.

Tyrannis enim undiq; appetitur A grauius amantibus, quare cauere debet,

Eiusdem in Electra.

Buripidis in  
Ant. gene.

Nec impare cōuenit, nec legē oportebat esse de eligēdo  
Tyranno. Stultum est etiam desiderare tyrannum,

Qui solus uult similibus imperare.

Biusdem in  
Alcaxone.

Papē, quā quæ magna sunt, magnis etiam malis im-  
plicantur.

Biusdem in  
Pctali.

Nihil æquē miserum est ac tyrannis,

Quamuis eam extreme homines admirentur.

Nam cum amicos uastare, & occidere oportet,

Vehementer metucndum est tyrannis, ne quid aduersus  
ipso agant.

Menandri in  
Aspid.

O ter miseri: quid enim plus alijs habent? Vitam

Quam degunt miseram qui munimenta

Custodiunt, & qui custodiunt arces.

Quod si tam facile suspicantur, & metunt quoslibet,

Ne pugionibus armatos accedant,

Quid enim existimandum est eos poenam dare?

Dionysii ty-  
ranni, alias  
Buripidis.

Tyrannis enim mater est iniustitie.

O diuitie, & tyrannis, & ars arti

Præstant, in uita æmulationis plena,

Quantum apud uos seruat inuidia?

Sophoclis in  
Oedipo ty-  
ranno.

Iniuria & contumelia creat tyrannū, iniuria, in quā, cū

Multis temere malis satiata fuerit, &c.

Ibid. Chori.

Tyrannum esse pium, non facile est.

Biusdem in  
Alace.

Non potest ullus dux in exercitu

Biusdem in  
Polyxena.

Omnibus ex æquo satis gratificari.

Nam neq; Iupiter, qui me longe superior est regno,

Sive pluit, siue siccitatem reliquerit, gratis

Omnibus foret hominibus, si iure cum eis disceptaret,

Quomodo igitur ego qui mortalis sum, & matre factus  
mortalis,

Prudentia Iouem superare possem?

Quemadmodum enim feræ retia declinantes, in angu-  
stiores locum se recipiunt: ita & tyrannos est uidere rece-  
dentes ex Græcia in ciuitatem, ex ciuitate in arcem, deinde  
in domum, postremo in cubiculum. An fieri tandē potest,  
ut quisquam Deum effugiat? Certē quocunq; fugerit, de/  
prehendetur à iustitia.

In uniuersum sane non est quod ulla respub. tyrannidi  
se credat.

Quod admonitionem tuam attinet, ignosco tibi.

Cum enim tyrannus nunquam fueris, consulis tyranno ty-  
rannidem exuere, nescius quanto periculosius sit ipsam  
deponere, quā ab initio asciscere.

Anaximenes Lampfacenus rhetor à Phædro rege in-  
terrogatus quid ad familiaritatem difficile esset, tyran-  
nis, dixit.

Aristippus Cyrenensis philosophus regnum à tyran-  
nide tantum differre dixit, quantum lex à reipub. statu ab  
que legibus, & libertas à seruitute.

Lysimachus tyrannus ad Philippidē comicū, qui ami-  
cus & familiaris ei erat: Cuius te rei, dixit, participem su-  
ciā? Respondit ille, Cuiuscūq; uolueris, modō ne secretorū.

Antigonus ad uetulam quandā, quæ felicitatē eius ex-  
tollebat: Si nosses, dixit, o mater, quantis malis hic panni-  
cuius esset plenus (osteso diademate) ne in sterquilino qui-  
dem iacentem tollereres.

Ptolomæus, cui cognomen fuit Philadelphus, dicebat  
in tyrannide cum alia multa esse grauiā, tum illud maxime,  
quod immeritos occidere cogatur utilitatis suæ gratia.

Cum Dionysius exprobraret Aristippo, quod nihil uti/  
litatis

litas ab eo cepisset. Verum ais, dixit: si quid enim tibi profuissem, non secus à tyrannide, quàm à comitali morbo liberari uoluisses.

**Demosthenis** in Philippicis **Omnia rex & tyrannus, hostes sunt libertatis, ac legibus aduersantur.**

**Æliani.** Fabula quedam Phrygia ab Aesopo Phryge profecta, suam ait, si quis eam tetigerit, clamare: idq; merito. Nec enim uellera sus habet, neq; lac, nec aliud quiddam præter carnes. Statim igitur somnare mortem, cum sciat quibus usibus præstandis usurpari possit. Sunt autem sui similes tyranni, qui omnia suspicantur & metuunt. Sciunt enim quòd sicuti fues, ita & ipsi uitam omnibus debeant.

**Iocra**tis ad **Nicocli** ab **inuitio.** Priuatos quidem homines per multa sunt quæ erudiant, & in primis uita expers deliciarum, & singulis diebus de parando uictu necessaria sollicitudo. Deinde leges quibus singuli in suis ciuitatibus parere coguntur. Postea libertas illa quoq; magnâ uim habet, qua palam licet et amicos castigare, & inimicis exagitare delicta mutua. Deniq; poeta ueteres præcepta de uiuendi ratione reliquerunt. Quare consentaneum est eos ex his omnibus fieri meliores. Tyrannis autem nihil eiusmodi contingit, sed quos omnium maxime institui conueniebat, hi mox suscepto principatu, sine ullis monitoribus atatem exigunt. Per paucis enim ad eos patet aditus: qui uerò familiariter cum eis uiuunt, ad gratiam & dicunt & faciunt omnia, &c.

**Phalaridis** in **epist.** ad **Pautolam** filium. Ego qui expertus utrunq; sum, tyrānidi malim subesse, quàm præesse. Subditus enim aliorum malorum securus uinum tyrannum metuunt: tyrannus autem, eos qui foris insidiantur, quinetiam illos per quos custoditur.

**Ex Diogenis** **diatribis.** Hominiibus fortunatis uita uidetur esse melior, & idcirco mors

eo mors eis est molestior. Infortunati contra, uitam ferunt ægrius, mortem libentius suscipiunt. Tyrannis aut utrunq; difficilius est, quàm reliquis. Viuunt enim multo iniucundius quàm illi, qui mori uehementer expetunt: mortē uerò tam timent, quàm qui iucundissimam agunt uitam.

Periculosa res est tyrānis, & multi eius amatores sunt.

Ego sanè tam ingēs bonum iudico amari, ut existimem **Xenophon.** reuera ei qui diligitur ultro bona affluere, tum à dijs, tum ab hominibus. **in Hierone.**

**Firmissima** uidentur amicitia, quas parentes habent et **Statim post.** ga liberos, ac liberi uicissim erga parentes: item quas fratres erga fratres, uxores erga maritos, deniq; sodales erga sodales. Quòd si uis animum aduertere, comperies priuatos ab his quos memorauimus potissimum amari, cum tyranni complures liberos suos occiderint, multi à liberis interfecti sunt, cum multi fratres regnum ambientes, mutuo parricidio sese confecerint. Multos autem tyrannos comperies & ab uxoribus suis extinctos, & à sodalibus, qui maxime uidebantur amici. Ergo qui ab his quos natura uis maxime propellit ad amandum, quos etiam huc compellit lex, usque adeò habentur odio, qui fieri posse credis, ut ab alio quam consentaneum sit illos amari? Adhæc, cui minimum habetur fidei, qui fieri potest, ut non in magno bono ceteris sit inferior?

Quare huius etiam boni, quo quis habet quibus fidat, **Statim post.** minima portio redit ad tyrānos. Quandoquidem ita uitam agunt, ut ne tibi quidem optimis fidant, sed hos præusquā hinc dijs libent, iubent prægustare ministros.

Præterea ciues sese mutuo satellitio protegunt, ne quis **Statim post.** eorum per uim occidatur. Tantum autem occuparunt, ne

fit opus satellitio, ut multis legibus sancitū sit, nec eum esse purum, qui cum homicida commercium habeat. Vnde fit, ut patrie debeatur, quod unusquisq; civium tutō uiuat. Contra tyrānis hoc quoq; uertitur in diuersum. Ciuitates enim non solum non afficiunt supplicio, sed magnifica premia decreuerunt tyrānicidis. Cumq; eos ē templis eijciant qui priuatos homines occiderunt: his qui tale quid patrarunt, respublica statuas ponit in templis.

Paulo post.

Ac ne contingunt quidem citius tyranno quā priuato quæ concupiscit, propterea quod priuatus domum, aut agrum, aut famulum desiderat: tyrannus autem uel ciuitates, uel amplam regionē, uel portus, uel munitas arces concupiscit, quæ difficilius maioreq; cum periculo parantur, quā ea quæ concupiscūt priuati. Quin inter plebeios uix paucos inuenies tam egenos, quā pleriq; sunt tyranni. Neque enim multū & satis numero discernuntur, sed usu. Itaq; fit, ut multa sint quæ superāt sufficientiam: pauca uerò, quæ desunt usui. Tyranno itaque quæ multis partibus superant aliorum facultates, minus sufficiunt ad necessarias impensas, quā homini priuato: propterea quod priuatis liberum sit in dies impendia quomodocunq; libet contrahere, quod tyranno concessum non est. Nam maxima pars impendiorum maximè necessariorum illis in corporis custodes insumitur. At quod illis datur, decurtare periculosum uidetur. Iam qui quibus opus est, iuste sibi parare possunt, quis eos commiseretur ut egenos? Sed qui per egestatē huc compelluntur, ut malis ac turpibus artibus sibi compararent uictum, an non quis hosce miseros & egenos optimo iure deputet? Tyranni uerò multa prædari coguntur, & à templis sacrilegio, & ab hominibus rapina, eo quod nunquam

quam illis sufficit pecunia ad sumptus necessarios.

Porrò non minus quā priuati, nouerunt probos, <sup>Statim post.</sup> sapientes, & iustos uiros: hos cum diligere debeant, metuunt: fortes quidem, ne quid audeant libertatis amore. sapientes, ne quid machinentur: iustos uerò, ne multitudo cupiat ab illis gubernari.

Iam uerò metuere turbam, metuere solitudinem, metuere <sup>Paulo post.</sup> satellitij absentiam, metuere ipsos etiam custodes, ac ne incrimet illos uelle habere apud sese, nec armatos uidere libenter, an nō res est misera? Tum autē & peregrinis potius quā ciuibus fidere, ac barbaris potius quā Græcis? postremo huc compelli, ut pro liberis habere cupias seruos, & ex seruis cogitis facere liberos. An non hæc tibi uidentur argumenta animi terroribus attoniti percussiq;? Porrò non solum ipse tactus, eum in sedit animo, molesta res est: sed dum usq; iam non adest ac cir cumfertur, fit omnium uicundarum rerum corruptela.

Artisthenes philosophus carnifices tyrannis in pietate præferebat: cuius causam interroganti cuidam respondit: A carnifice quidem homines iniusti interimuntur, à tyranno autem etiam insontes.

Volo uoluptatem aliquam tyranno indicare. Quod si <sup>Phauroia.</sup> mortalis uoluptas, o Dionysie, tibi cordi est, para tibi famē ut edas, itemq; sitim ut bibas. Sin dextram omnino & egregiam uoluptatem probas, tantamq; quantam prioribus seculis nullus usurpauit, tyrannidem deponere. Illum enim qui quinque decies ue mille chlamydam possessionem requirit, fieri non potest quin pluribus etiam adhuc egeat. Nam si plura presentibus desidero, demam aliquid de presentibus, & presentia mihi sufficient.

Phalaris

Dorothei in 1.  
resu Sicularu.

Phalaris tyrannus Agrigentinoru, cum uir perquam crudelis ac immitis esset, admirandis & nouis tormentis homines cruciabat & torquebat. Quod animaduertens Perillus faber ararius, iuuenca fabricatam a se dono dedit regi, ut hospites in ipsam coniectos uiuere exureret: edebat autem iuuenca mugitum naturali consimilem. At Phalaris eo solum tempore iustus, ipsum artificem primum iniecit.

## DE BELLO, SERMO L.

Euripidis.



olet ferè bellu non per omnia feliciter succedere,  
Sed fortium gaudet casu iuuennum:

Odit autem timidos. Quod ciuitati quidem calamitosum

Existit, at ipsis defunctis gloriosum.

Arati in Phæ  
nomenis.

Aeneum olim seculum uiros habuit perniciosos,

Aereum qui primi fabricauerunt gladium

Viatorum. Et primi boues comederunt aratores.

Pindari in  
Hypochrem.

Dulce bellum inexperitis: expertus uero accedens ei,  
animo uehementer horret.

Hom. Iliados.

Inhumanus, impius, & ferus est ille,

Qui bellum cupit in populo detestabile.

Occiduntur uiri, consumitur igne ciuitas,

Alij liberos abducunt, & profunde cinctas mulieres.

Euripidis in  
Æolo.  
Tyttai.

Necessitas sepe audaciam adfert.

Sed Hercules inuicti progenies estis.

Quare bono sitis animo: Iupiter nondum ceruicem habet  
obliquam.

Nec uirorum multitudinem expauescatis, aut timeatis.

Quin aliquis recta in prima acie scutum protendat,

Vitam suam odio prosequens, mortis uero nigrae

Sortes

Sortes præ solis radijs amans.

Scitis enim quam noxia sint opera lachrymosi Martis,

Et bene nostis ingenium difficilis belli.

Nam tum inter fugientes, tum persequentes fuistis

O iuuenes, ad saturitatem utrumque experti.

Illorum sanè, qui unà manentes ausi fuerint

Ad pugnam cominus conferendam, & in prima acie pugnantibus accedere,

Pauciores moriuntur, & populum seruant à tergo.

Timidorum autem uirorum perijt omnis uirtus.

Nullus unquam satis enumerauerit singula

Mala, quæ uiro obueniunt, qui turpiter se gesserit.

Malum est enim posterius inter scapulas sauciare

Virum fugientem in hostili prælio.

Est & turpe cadaver in puluere prostratum,

Posterius in dorso ictu haste transfixum.

Sed age, aliquis bene progressus maneat, ambobus  
pedibus

Innixus telluri firmiter, & labra dentibus mordens,

Et femora, tibiæque inferius, & pectus, humerique.

Obiecta sint amplius capacitate scuti.

Dextera uero manu robustam quatit hastam,

Ac diram in uertice cristam agit,

Et strenua edens facinora belligerare discat,

Nec extra teli iactum consistat gerens scutum:

Sed propius quis accedens proluxa hasta cominus,

Aut gladio feriens hostilem uirum capiat,

Et pedem pedi apponens, & scutum scuto comitens,

Et cristam cristæ, galeamque galeæ:

Et pectus pectori conferens, hostem impugnet,

Vel



Vel gladij capulum, uel oblongam hastam apprehendens.

Vos autem ô leuis armatura milites, sub scuto alius aliunde

Pauidi, magnis impetite lapidibus hostes,

Et iacula polita in ipsos emittite

Astantes iuxta milites munitos armis.

Thucydides libro 1. Quam temerarij & repentini sint belli casus, priusquam ingrediamini considerate. Solet enim eius mora diuturnior in diuersam plerumque fortunam abire.

Bellum minime certum aut præscriptum aliquid habet, sed ipsum per se multum machinatur pro re nata: ubi qui id leniter & facile fert, tutior est: iracundus autem, nihilominus peccat.

Demosthenis Bellum honestum turpi paci præferendum est.

Antisthenis. Antisthenes Socraticus cum quidam dixisset, pauperes interire in bello: imò plures tum funt, dixit.

Archidami. Archidamus Agesilai filius, cum uidisset genus teli tunc primum ex Sicilia allatum, exclamauit: O Hercules, interijt uiri uirtus.

Thucyd. l. 1. b. 1. in concione Corinth. 3. Virorum prudentiū est, si non laceffantur iniuria, quiescere: bonorū autem, si iniuria afficiantur, pacem bello mutare: ac si bene cesserit, iterum pro bello pacem inire: & neque belli successu efferri, neque pacis tranquillitate captos, iniuriam pati eos decet. Nam tum ille qui uoluptatis causa cunctatur, illico priuari potest oblectatione tranquillitatis, cuius gratia legnis est, si quieuerit: tum qui in bello prosperitate abundat, non cogitat se incerta temeritate efferri. Multa enim male consultata, eo quod hostes inconsultiores fuerint, feliciter euenerunt: & plura quæ recte instituta

ta uidebantur, turpiter in contrarium euentum relapsa sunt. Nullus enim eadem factis præstat, quæ inter deliberandum sibi promittit. Nam consultamus securi, in opere autem cum timore deficiamus.

Quam hominum plerique pacem uocant, nihil aliud præter nomen existere, re ipsa uero omnibus ciuitatibus aduersus omnes bellum irreconciliabile perpetuò natura insitum esse. Et ferè, si animaduenteris, ita affectum fuisse Cretensum legislatorem deprehendes, ut bellum respiciens, leges omnes tum publicas tum priuatas condiderit, & hoc modo institutas tradiderit obseruandas, quasi aliarum rerum nulla planè foret utilitas, neque opum, neque studiorum, nisi quis bello superior euaderet. Omnia enim bona illorum qui uicti sunt, uictoribus accedere.

Scitis enim uictoriam in bello nec multitudine, neque fortitudine parari: sed utri deorum auxilio freti fortioribus animis hostes inuaserint, ut plurimum ab aduersarijs non sustinentur.

Socrates: Videtur, ô Menexene, apud plurimas gentes præclarum esse in bello occumbere. Etenim qui sic è uita migrat, funere & sepulchro magnificentissimo honoratur. Et siue pauper quis ita decedat, laudatione non caret: siue etiam uilis quispiam & ignauus, rursus à sapientibus uiris extollitur: qui non temerè, sed multo tempore composita & consulta oratione egregie laudant.

AVDACIÆ LAUS,

Sermo LI.



On memorandus mihi uir, nec in ullo precio habendus uidetur,

Seu uirtutis pedum, seu gratia lucta:

Quamuis

Platonis lib. de legibus.

Xenop. lib. 3. de Cyri præd.

Platonis in Menexeno.

Tytæ.

Quamuis Cyclopum habeat magnitudinem & robur,  
 Et currendo uincat Thracium Aquilonem:  
 Et forma sit uel ipso Tithono elegantior,  
 Atq; locupletior, quàm aut Midas, aut Cinyras reges:  
 Neq; si Tantalidem Pelopem regno uincat,  
 Et linguam Adraști suauissimam habeat:  
 Neq; si gloriam omnem, præter bellicosam fortitudinē.  
 Non enim uir bonus existit in bello,  
 Si non sustineat cædem uidere cruentam,  
 Et propius hostes stare cupiat.

Hæc uirtus est, hoc optimum inter homines præmium,  
 Et maxime decorat uirum iuuenem, à quo geritur.

Euripidis.

Non est aliud præstantius quàm superare hasta.

Eiusdem.

Audendum est: labor enim tempestiuus multam  
 Parit felicitatem hominibus circa finem.

Virum enim iuuenem semper audere oportet.

Nam nullus ignauus in celebrem uirum euadit,  
 Sed labores pariunt celebritatem.

Tytæi.

Commune hoc bonum est ciuitati, & toti populo,  
 Si quis uir progressus inter pugnantes in prima acie  
 maneat

Constanter: turpis autem fugæ prorsus obliuiscatur,  
 Vitam & animum patientem periculo obijciens:

Et astantem sibi uirum ad mortem obeundam animet,

Hic sanè bonus uir existit in bello:

Statim uerò hostium in fugam conijcit phalanges

Asperas, suaq; opera prælii fluctus regit.

Ipsè autem in prima acie prostratus uitam amittit,

Ciuitatem & populos, & patrem honestans,

Multis per pectus & scutum rotundum uulneribus

Et

Et per thoracem ab anteriore parte sauciatus.

Hunc simul lugent senes atq; iuuenēs:

Et graui desiderio uniuersa ciuitas ipsius funus pro/  
 sequitur,

Huius sepulchrū, et liberi inter homines præclari sunt,  
 Itemq; nepotes, ac genus omne posterum.

Haud unquam eius bona gloria, neq; nomen interit.  
 Sed quamuis sub terra conditus manet immortalis ille,

Quem fortiter se gerentē, manentemq; & pugnante  
 Pro patria & liberis uehemens Mars peremerit.

Quod si effugerit sortē mortis longū inserētis soporē,  
 Et uictoria potitus splendidam pugna gloriā auferat,

Omnes ipsum ex æquo colunt iuuenesq; senesq;

Et multis affectus incundis ad orcum abit.

Senescēs aut inter ciues præcellit, nec ipsum quisquā

Ledere uolet, aut irreuerenter, aut iniuste quicquam  
 in ipsum facere.

Item omnes in sedibus, iuuenes simul, & æquales,

Ei loco cedunt quiq; maiores natu sunt.

Huius igitur uirtutis ad summū peruenire, nūc aliquis  
 Nitatur animo, non remittens bellum.

In arduis rebus crescit hominum gloria.

Me uerò an non Laborare decet? Quis autem  
 hominum citra laborem clarus est?

Quis timidus res maximas appetijt?

Audeto semper, & si quid durum dii largiantur.

Pauci enim strenui multis ignauis præstant.

Non enim pietatem sequuntur mortaliū fortunæ,

Sed audacia, & manuum præstantia

Omnia capiuntur, & acquiruntur.

Euripidis.  
 Eiusdem in  
 Archelao.

Eiusdem in  
 Telepho.  
 Eiusdem in  
 Archelao.  
 Eiusdem in  
 Hippolyto.

Y

Maxima

Eiusdem in  
Ixtione.

Maxima quæq; efficit hominibus  
Audacia, ita ut uincant. Nam neq; tyrannides  
Absq; labore augeri possunt, neq; domus.

Eiusdem in  
Erechtheo.  
Eiusdem in An-  
dromache.

Paucos ego multis prætulero timidis.  
Multis enim iuuenibus uel senex animosus fuerit  
Præstantior. Quid enim conducit timido uegetum ha-  
bere corpus?

Potius est strenue se defendere. Mori enim cum laude  
Malim, quam uiuere cum ignominia.

Eiusdem.

Quisquis existens iuuenis Martem odit,  
Coma solum, & caro est: rem uerò nusquam habet.  
Vides ne quam suauis sit uita, quæ mensa fruitur bene  
instructa?

Et quanta sit felicitas externæ fortunæ?  
At nihil inest gloriæ, neq; generositas,  
Nisi quid audeant cum periculo aggredi.  
Labores enim pariunt generositatem.  
Metus autem & cunctatio ignobiles sunt per Græciam,  
Nihil aliud semper querentes quam ut uitam producant:

Homeri  
Iliad. 13.

Nam color ignaui mutatur aliàs aliter,  
Nec animus ei potest cohiberi, ut in præcordijs quiete  
maneat,

Verum in genua residet, & in utrosq; pedes subsidit.  
Cor autem ei uehementer in pectore palpat  
Mortem expectanti: & dentium stridor editur.  
Boni autem & fortis nequaquam mutatur color, nec  
admodum extimescit.

Democriti.

Audacia principium actionis est: fortuna uerò do-  
minatur fini.

Eueni.

Sapientiæ iuncta habere audaciã, plurimũ conducit:

Seorsim

Seorsim uerò audaciã nocet, & calamitatem infert.

Quandoquidem necessitas incumbit moriendi,  
Gratis mori, damnum est euidentis.

Quamdiu torpetis? Quando strenuũ habebitis animũ  
O iuuenes? An non ueremini uicinos  
Ob tantam ignauiã: in pace autem uobis uidemini  
Sedere. Interim uerò bellum totam regionem infestat.

Quin scutu aliquis arte in prælio hosti obtendat:  
Et aliquis moriens ultimo iaculum emittat.

Honor enim & ornamentũ conciliatur uiro pugnantĩ  
Pro patria, & liberis, & tenera uoxe

Aduersus hostes. Mors autem aderit, quandoquidq;  
Parcæ destinauerint. Sed age, quispiã rectã pergat  
Extenso in altum gladio, & sub scuto forte pectus  
Foueat, tum primum incipit committi pugna.

Nulla pacto enim mortem effugere fatale est  
Virum, neq; si progenitores ei fuerint immortales.  
Sæpe quis elapsus è pugna, sonituq; telorum  
Euadit, sed ipsum domi fatalis mors apprehendit:  
Atq; hic sane nec amicus est populo, neq; gratus:  
Illum uerò tum magnus quisq;, tum paruus deslet,  
si quid passus fuerit.

Yniuersus enim populus uirum fortem desiderat  
Defunctum, uiuentem uerò instar semidei colit.  
Nam intuentur ipsum coram ueluti turrim,  
Quippe solus multorum æquat facinora.

Nullum est uitæ maius quam audaciã uaticinium:  
Et enim in naxis paruo

Ferro magnus amputatur piceæ ramus.  
Et exiguæ copię infinitam exercitã superant.

Y 2

Magnum

Antiphantis.

Callini.

Menandri,  
Mofchionis  
ex Themisto.

Pindari in O.  
lymptonicis.  
Sodthei in  
Æthio.

Magnum periculum non admittit uirum imbellem.  
Vna aquila sexcentas fugat aues,  
Et hominum timidorum multitudinem uir generose e-  
ducatus.

Sophoclis  
in Scirijs.  
Menandri.  
Æschylus in  
Caribus.

Solet enim bellum uiros iuuenes capere.  
Nulla præstantior dea est quam audacia.  
Sed Mauors amat Semper optima quæq; de ho-  
minum exercitu.

Menandri in  
Epangello-  
meno.

Turbæ enim audaces habent  
Inter cogitandum quidem imaginationes arduas:  
In agendo autem, si cõmodam occasionem obseruent,  
Inopinatam artem reperiunt.

Iococratis ad  
Demonicum.

Plus timeas dedecus quam periculum. Malis enim  
mendus est finis uitæ: bonis autem uitæ ignominia. In pri-  
mis quidem operam des ut tutus uiuas: quòd si quando tibi  
contingat periclitari, quære quomodo salutem tibi parias,  
euidasq; bellum cum honesta laude, non autem cum in-  
fama. Mors enim omnino ui fatorum incumbit: ho-  
nestè uerò mori fortibus tantummodo proprium à natura  
tributum est.

Eiusdem in  
Euagora.

Inueniemus gloriæ studiosos & magnanimos uiros, nõ  
solũ ob huiusmodi facinora laudari uelle: sed uitæ loco glo-  
riosam mortem eligere, atq; magis de gloria quam uita so-  
licitos esse: omnia deniq; facere, ut immortalẽ sui memo-  
riam posteritati relinquant.

Platonis in  
Menexeno.

Quòd ex præclaris parentibus orti estis, õ filij, præsen-  
tia uobis testantur: profectò cum nobis liceret turpiter ui-  
uere, honestè emori maluimus, quam uos cæterosq; poste-  
ros infamiæ cuiquam subijcere, ac parentibus nostris supe-  
rioribusq; dedecori esse, putantes homini suos dedecorant

ti non esse uiuendum. Ei namque neque in uita, neque post  
mortem amicum aliquem esse, uel hominum, uel deorum.  
Oportet igitur uos uerborum nostrorum memores, si quid  
aliud exercetis, cum uirtute exercere, scientes absque uirtu-  
te exercitationes & possessiones omnes turpes malasq; es-  
se. Diuitiæ namq; splendorem afferunt, nullum eas cum ig-  
nauia possidenti: neque enim sibi hic, sed alteri parat possi-  
detq; diuitias. Neque forma corporis atq; robur timido ac  
prauo cum insunt, decorem præstant. Eum namque dede-  
cent, notiores efficiunt, ignauiam patefaciunt. Præterea sci-  
entia quæuis, remota iustitia aliq; uirtute, non sapientia,  
sed calliditas esse uidetur. Quorum causa & primò, & po-  
stremò, atq; per omnia omni studio diligentiaq; contendit-  
te, ut & nos, & maiores nostros uirtutis gloria superetis.  
Alioquin scitote, si uobis uirtute præstemus, uictoriam hæc  
nobis dedecus allaturam. Sin superemur à uobis, felicitatẽ.  
Ita uerò maxime nos quidem superabimur, uos autem supe-  
rabitur, si ea ratione uitam instituetis, ut maiorũ gloria non  
abutamini; neq; eã, ut ita dixerimus, expendatis, erogetisq;  
scientes uiro aliquid esse se existimanti nihil turpius posse  
accidere, quam seipsum honorandum non propriam ob  
uirtutem, sed propter gloriam superiorum præbere. Glo-  
ria enim parentum natis, præclarus est magnificusq; the-  
saurus. Vbi uerò pecuniarũ honorumq; thesauro, & hunc  
ad posteros non transfundere, propriæ possessionis glo-  
riæq; defectu, turpe, & à uiri generositate penitus alienũ.  
Si igitur hæc exercueritis, uitæ demum fatis exactis, chari  
ad nos filij charos parentes proficiscemini. Sin autem ne-  
glexeritis hæc, & improbi euaseritis, nemo  
uos libens excipiet.

## VITUPERIVM AVDACIÆ,

## Sermo LII.

Euripidis in  
Andromache.Eiusdem in  
Andromi.Eiusdem in  
Melanippe.Eiusdem in  
Archelao.

Agathonis.

Metrodori.

Eiusdem.

Menandri.

Eiusdem.

Cratini in  
Eumidis.

Theoga.

Theophanis,  
al. Theophr.Platonis le  
gum II.Eiusdem in  
Symposio.

Homeri

**V**Ala est hominibus iuuentus, & in iuuentute  
Si quis non obseruet iustitiã, multo deterior est.  
Iuuentus me instigauit, et robur, cuius mihi pars  
maior quã mentis fuit.

Papa, qualis uir est iuuenis simul & malus?

Si iuuenis, pauper, sapiensq; simul

Vnus homo fuerit, admiratione dignum est.

Iuueniles animi sepius fluctantur.

Iuuenis ambitiosus præcox est malitia.

Actas iuuenilis semper superbos & audaces reddit.

Ne respicias istud, an iunior atate dicam,

Sed an sapientis uiri uerbis utar.

Canicies non afferunt prudentiam,

Sed ingenium quorundam natura senile est.

A iuuentute quidem eius alienus, mæti uerò & ingenio  
eius conueniens.

Pubertas & iuuentus hominis mentem leuem reddunt,

Multorumq; animum in errorem efferunt.

Difficile est aliquid de iuuenib. diuinare. Est enim ætas  
incerta, sine scopo, multis mutationibus obnoxia, & aliis  
aliorum agitur.

Adolescentium ingenia semper multis in uita mutatio-  
nibus subiiciuntur.

Oportebat etiam legem statui, ne quis amaret pueros,  
ne multum studij in re dubia consumeretur. Incertus est enim  
puerorum finis, ad quem malitiæ aut uirtutis terminus exeat,  
tum quod animam, tum quod corpus attinget.

Semper iuniorum uirorum animi leues sunt.

## DE MILITIA, ET VIRIBVS

## corporis, Sermo LIII.



Omi manendum est, & in libertate.

Militia uerò non fert ullam opulentiam,

Sed uitam quæ in diem uiuitur, ac temerariam,

Quam experimur minime salutarem esse.

Facile impetitur conuicijs, ut apparet,

Militis habitus, & hominis peregrini.

Difficile est militem inuenire, cui ad senectam usq; om-  
nia bene successerint, nisi timidus sit.

Non parua difficultas est militem

Salutis inuenire causam: perditionis autem facile.

Elegans miles, etiam si Deus ipsum formaret, haud ul-  
lus effici posset.

Statim factus es miles pro homine libero.

O miles, non homo, qui pasceris

Quemadmodum uictime, ut cum tempus fuerit immoleris.

Quis non mercenarius est mortis, o charissima,

Qui gratia uiuendi accedit moriturus?

Robur prudentiæ iunctum conducit: sine ipsa uerò plus  
lædit possidentes Idem corpora quidem exercentium se or-  
nat, animi uerò studia obtenebrat.

Ineuitabilis timor pœnæ, causa est desperationis: qui e-  
nim interitum suum prauidit, pericula ultrò sequitur.

Archidamus Lacedæmoniorum rex, cum uidisset filium  
suum nimis temerè contra Athenienses pugnante: Aut uir-  
res tibi sunt augendæ dixit, aut minuendæ audacia.

Omni audacia uirum mensuram excedit.

Quenam tibi tanta felicitas uideatur, ut eius gratia natu-  
ram existimes hominibus nouercã, brutis uerò parentem esse?

Menandri.  
Eiusdem in Pa-  
racetha.Eiusdem in  
Sycionia.Apolodori  
ex Aphanizo  
meno.Menandri in  
Aspide.

Menandri.

Apolodori  
in Pædio.  
Philemonis.

Antiphanis.

Isocratis ad  
Demonicum.Ex epist. de  
amicitiã.Clistarchi.  
Plutar. ex li.  
contra uires  
corporis.

An propter magnitudinem, celeritatem, uisusq; aciem ita censes? At hominum propria uis, in animi ratione consistit, qua & elefantos per sylvas pedicis capit, frenat, quos, subiungat boues aratris, uolueria deicit arundinibus, & in profundo submersa retibus extrahit. Hæc eius uis est, quæ multo uberius se profert, cum ambitus terræ, cæli magnitudines, & stellarum circulos persequendo non fatigatur. Hæc erant Hercule digna. Quis enim non Vlysses, quam Cyclops esse malit?

Arati.

Aratus Sicyonius laudante quopiam uirum desperatum & audacem, ac idcirco & in bellis eximium: differre dixit magni facere uirtutem, & uitam nihili facere.

Eusebij.

Homines uiribus tantum, robori & uelocitati augendis student, & quo pacto hæc habentes ex ipsis solis clari sunt: animum uero, per quem existunt, negligunt: ignorantes se illa solum excolere, quæ cum brutis communia habent, & quidem imbecilliora quam multa ex brutis: diuinissimam uero sui partem, & secundum quam dijs aliquo modo similes reddi possent, neglectam habere.

Eiusdem.

Animi presentiam in periculis cum ratione coniungam, laudato: impetum uero ad ea sine ratione, audaciam uocato, & oderis.

## DE IMPERATORIBVS, ET PERTINENTIBVS AD BELLUM CONSILIA.

Sermo LIIII.

**R**ationibus aluntur hominum opera.

Consilia has res effecerunt, non manuum robur.

Rationes, manuum uiribus præpollent.

Uiri prudentia facit, ut bene habitentur ciuitates,

Sophoclis,  
Eiusdem.Agathonis.  
Euripidis in  
Antiope

Itemq;

Itemq; familia: & ad bella magnum eius momentum est. Consilium enim sapienter inutum, multas manus vincit: imperitia uero cum multitudine deterius malum est.

Exiguum est uiri robur, præualet aut animi industria.

Semper enim uirum imperitum, & robustum corpore minus timeo, quam imbecillum & sapientem.

Imperatores quidem innumeros fieri liceret, Sapientem uero uix unum aut alterum longo tempore.

Utinam uir esses tam prudens consilio, quam potens manu.

At non idem homo omnia scire

Idoneus est: sed aliud alij munus obtingit:

Te quidem pugnare, illos consultare decet.

Exigua hasta ualida potior est, quam dux infiniti exercitus.

Hoc etiam non paruum decus est nobili viro, si fuerit imperator, & gloriosum inde nomen consequatur.

Cum dijs mouere hastam sapientes

Duces oportet, non autem præter ipsorum uoluntatem.

Nullus in bello iniustus, rediit incolumis.

Odi cum quis Imperator in regione

Non omnibus ubiq; lenia adhibuerit remedia.

Non enim factis ipsis aut rebus succensere oportet.

Cum nihil aliud inde sit utilitatis futurum,

Sed res, si recte instituantur, feliciter succedent.

Imperatoriam artem in hoc sitam esse puto, ut bene cognoscas hostem, quo maxime pacto possit capi.

Sic quidem imperabis. Oportet autem Imperatorem simul existentem iustum, regere exercitum.

Eiusdem in

Eolo.

Eiusdem in

Bellerophonæ

Eiusdem in

Palamæde.

Eiusdem in

Rhœtio.

In Archelao

Ibidem.

In Erechtio

Ibidem.

Eiusdem in

Timeno.

Ibidem.

Eiusdem in  
Timentis.  
Eiusdem in  
Phoenisis.  
Eiusdem in  
Bellerophon-  
te.  
Eiusdem in  
Heiena.  
Sophoclis  
in Aleris.

Robur cum imperitia sæpius damnosum est.  
Cautus imperator præferendus est audaci.  
Victoria hominum cruenta est, & pugnas manuum  
Fraudibus innoluit furtiuus: at ueritatis uia  
Simplex est: mendacijs autem Mauors amicus.  
Nosti quod audere impossibili, uiri sit non sapientis.  
Nullus ut mihi uidetur. Sed uide ne præstiterit  
Vel cum impietate uincere hostes,  
Quàm in seruitute alijs obedire.

Eiusdem in  
Ione.

Pictatem secunda spirante fortuna decet  
Colere. Cum uerò quis hostes male afficere  
Voluerit, nulla lex impedimento est.

Menandæi.

Quisquis exercitui imperat, cum nunquã fuerit miles,  
Is plane hecatomben hostibus educit.

Thucydidi  
lib. 4. in  
cõctione Co-  
rinthiorum.  
Eiusdẽ li. 4  
in cõctione  
Demosthe-  
nis.

Post bellum constantior pax fit: in tranquillitate autem  
nolle bellum mouere, haud æque periculo uacat.

Xenophon  
tis li. 2. Ex  
peditionis  
Cyræ.

Quæcunq; ad necessitatem redacta sunt, ut præfens ne-  
gotium, consilia minime admittunt, sed periculum quàm  
celerrime fieri postulant.

Et aiunt ipsum dicere solitum, quòd oporteat militem  
magis metuere ducem quàm hostes, si talis sit futurus ut  
custodias seruet, amicis abstineat, & hostes citra tergiver-  
sationem aggrediatur.

Eiusdem de  
factis & di-  
ctis Socra-  
tis lib. 3.

Imperatorem & præparandi ea quæ ad bellum confe-  
rant, expertum esse oportet, & ad uictum militibus necessa-  
ria reperiendi, machinandi & operandi. Et ad hæc dilige-  
ntem esse necesse est, corpore patientem, prudentem,  
mitem, durum, simplicem, insidiatorem, cautum, furem, li-  
beralem, rapacem, donandi plus quàm habendi amatorẽ,  
nitum, & alios aggredi aptum. Ceteraq; multa sunt, quæ

tum na

tum natura, tum doctrina illum habere oportet, qui bene  
imperaturus sit. Bonum uerò est, inquit, aciem etiam ordi-  
nare scire: multo nanq; differt ordinatus ab inordinato ex-  
ercitu. Quemadmodum enim lapides, lateres, ligna, & te-  
gula inordinate quidem proiecta, ad nihil utilia sunt: cum  
uerò ordinentur deorsum & sursum, quæ neq; putrefiunt,  
neq; fluunt lapides ac testæ: in medio autem lateres & li-  
gnæ, quemadmodum in edificijs componuntur, tunc domus  
res pluris aestimanda efficitur. Tum adolescens: Vehemen-  
ter ò Socrates, inquit, simile quiddam dixisti. Nã & in bel-  
lo illos primos & ultimos ordinare oportet, qui fortitudine  
excellant: in medio uerò peiores, ut a primis ducantur, ab  
ultimis uerò impellantur.

Quondam cum casu quendam Imperatorem electum cõ- Ibidem,  
uenisset: Qua de causa, inquit, arbitraris Homerum nuncu-  
passe Agamemnonem pastorem populorum? Nonne quo-  
rum quemadmodum pastorem oportet curare, ut salua  
sint oues, ac habeant unde uiuant: sic etiam Imperatorem  
curare necesse est ut exercitus saluus sit, illudq; perficiat cu-  
ius rei gratia militat? Militant uerò, ut hostibus superatis fe-  
liciores ipsi sint. Cur nanq; ita laudasset Agamemnonem,  
atque utrunque eum appellasset regemque bonum, mili-  
temq; robustum: nisi quòd probet illum esse militem for-  
tem, qui non solum aduersus hostes fortiter luctetur, sed  
omni etiam exercitui huius causa sit. Regemq; bonum,  
qui non se solum bene reget, sed etiam illis quos regat, fe-  
licitatis causa sit. Rex nanque eligitur, non ut sui ipsius cu-  
ram habeat, sed ut per ipsum, qui eum elegerunt, in felici-  
tate degant. Similiter militant omnes homines ut quàm  
optima uita fruantur: Imperatores præficiunt, ut ad hoc

eos conducant. Oportet igitur Imperatorem prospicere, ut hoc idem eligentibus conferat. Nec etiam aliud melius isto facile est reperire, nec contrario turpius. Et ad hunc modum consideras quæ sit boni præfecti uirtus, cætera quidem aufererat: illud autem solum relinquebat, uidelicet ut felices efficiat illos, quorum quisque dux effectus est.

Paulo post.

At me hercle, ait Nicomachides, nunquam putassem me hoc abs te auditurum, bonos etiam imperatores fore, qui boni patres familias sunt. Age ergo, Socrates inquit, utriusque eorum officia inuestigemus, ut sciamus utrum eadem sint, an in aliquo differant. Inuestigemus, ait. Vtriusque sane hoc unum commune est officium, inquit, subditos sibi obediens facere. Maxime, ait. Illa uero præcipere cui libet, quæ scire sciat, nonne commune utriusque est? Commune, inquit. Bonos uero præmijs afficere, malos autem pœnis, nonne utriusque conuenit? Vtriusque, inquit. Socios autem atque auxiliares acquirere, uidetur tibi utriusque conducere? Videtur, ait. Custodes uero rerum suarum esse, et diligentes ac industrios circa eas: estne opportunum utriusque? Hæc omnia, inquit, similia utriusque sunt: bellum uero gerere minime utriusque commune est. Quid uero, num inimici utriusque esse possunt? Possunt, ait. Superare itaque eos utriusque expedit? Expedit, ait. (Et reliquis, usque ad hæc uerba: In cæteris uero similibus sunt.)

Herod. lib. 7. histor.

Thucydides lib. 4. in concione Hermocratis.

Demosthenes

At uir ita demum fuerit optimus, si in deliberando quidem omnem rem, quamcumque pati posset, reputans extime scit: in re autem agenda est audax.

Solet humanum genus perpetuo, cedentibus imperare, cauere autem à resistentibus, et præstantioribus.

Non similiter quisquam meliorem partem occupandi

studio

studio etiam contra suos bellum gesserit. Verum ne deterior conditionem habeant, quoad fieri potest, omnes bellum cient: ad obtinendum uero potiore, non ita. Sed cupiunt quidem, si quis permittat: sin prohibeantur, nihil iniuriæ ab illis se passos arbitrantur, qui aduersati ipsis fuerint.

Existimare tria esse bellum recte gerendi capita, uelle, reuereri, ac obedire ducibus.

Spes, quæ in periculis solatium est, etsi offenderit eos qui per abundantiam rerum ipsam experiuntur, non prorsus tamen pessundat: illis uero qui sua omnia fortunæ periculo semel exponunt, spe (qui multa consumere solet) frustrati, simul et destituti se uident: et in quo sibi deinceps caueant, malis suis eruditi, reliquum habent nihil.

Atqui scimus in bellis interdum euentus inopinatos accidere, et longe alios quam pro multitudinis utrunque ratione.

Triballi quatuor phalanges in pugnis instituunt: primam ex imbecillibus, alteram ex optimis et fortibus uiris, tertiam ex equitibus, postremam ex mulieribus, quæ ipsos in fugam conuersos conuicijs insectantes retinent.

Antisthenes in quiebat optare oportere, ut bona omnia citra fortitudinem hostibus contingerent. Sic enim ea non possidentium, sed uincientium fore.

Turpe est seipsos decipere, ac omnia quæ difficilia fuerint differendo in rebus omnibus nimis esse tardos: et ne hæc quidem intelligere posse, quod oporteat illos qui recte bellum gessuri sint, non sequi res et occasiones à tergo, sed ipsas antecedere. Nam et Imperatorem similiter exercitui præesse oportet, ut ea faciant quæ ipse iusserit, non autem cogantur res quomodocumque euenierint sequi.

de libertate Rhodiorum.

Eiusdem lib. 5. in concione Brasidæ. Ibidem in Atheniensium legatione ad Metios.

In eadem.

Nicolai in Collectaneis de moribus.

Alia Antiphæna.

Demosthenis contra Philippum.

Rhetores



Plutarchi in  
libro, an feni  
administran-  
da sit Respub.

Rhetores Athenis Iphicrati & Timotheo adductum Charetem hominem robustum ostendebant, atq; talem imperatorem constituendum uolebant. Timotheus autē, Non per deos, dixit, sed talis ille sit qui imperatori gestaturus est stragula: imperator uerò tum quæ ante ipsum, tum quæ à tergo sunt prospiciat.

Antigoni. Antigonus olim hostibus ingruentibus cedens, dixit se non fugere, sed utilitatem retro sitam persequi.

Lamachi. Lamachus præfectū quendam manipuli peccantē reprehendebat: & cum ille diceret, posthac se nunquā similiter peccaturum: Non licet, inquit, in bello bis delinquere.

Antigoni. Antigonus interrogatus, quomodo oporteret hostes agredi dixit:  
Aut dolo, aut ui, aut aperte, aut per insidias.

Demadis. Demades rhetor in pugna ad Cheroneam à Philippo captus, eiq; cōmendatus, cum Philippus inter pocula hæc uerba iactaret: Vbi nunc est nobilitas, & præstantia ciuitatis Atheniensium? Cognosceres dixit, o rex, ciuitatis uim, si Philippus Atheniensibus, Chares autem Macedonibus imperaret.

Alexandri. Alexander interroganti quomodo tam breui tempore totius orbis imperium obtinisset, respondit: Consilijs, eloquentia, & arte imperatoria (Aliud alibi responsum, legimus, Nihil cunctando, id est, celeritate.)

Agefilai. Agefilus Lacedæmoniorum rex interrogatus, quas res imperatorem habere oporteat, dixit: Aduersus hostes audaciam, erga subditos bene uolentiam, in opportunitate uerò rationem & consilium.

Epaminondæ. Epaminondas Thebanus, magno & egregio exercitū conspecto, sed sine duce: Quanta bellua, dixit, absq; capite. Iphicrates

Iphicrates in faciorum agro castrametatus, cum uallum extrueret, & fossam pararet, obijciēti: Quid est quod metuamus? dixit: Nulla imperatoris deterior uox esse potest, quam non putabam.

Eundem cum rhetor quidam in concione interrogaret quisnam esset, quod adeo se efferret, num eques, aut grauis armaturæ miles, aut sagittarius, aut peltam gercens. Nihil horum sum, dixit, sed istis omnibus imperare noui.

Chabris optimos imperatores esse dixit, qui res hostiū notissimas haberent.

Quicumq; cōsilijs cōtra hostes iuuat, potior est, quam qui ipsos sine prudentia pugnandi robore aggreditur.

Turpius est uiros alicuius dignitatis quamuis decenti fraude, quam ui manifesta superare. Hoc enim ex iusta causa roboris, quod fortuna largita est, obtingit: illud uerò per insidias iniusti animi.

Hostes aliquis hoc pacto uehementissimè leserit, si rebus istis eos afficiat, à quibus sibi maximè ipsos metuere certò rescuerit. Proculdubio enim ea quæ maximè terribilia ipsi uidentur, in primis si cognouerint, metuant singuli.

Pyrrius cum quidam inter pocula quaererent, utrū Antipyrri tigenidas aut Satyrus melior esset tibicen. Mihi sanè dixit, præstare uidetur dux Polyperchon: inuens quaeri oportere non inutilia, sed necessaria.

Hannibal cum audisset Stoici cuiusdā argumentis, quibus probabat solum sapientem, imperatorē esse, nisi: existimans fieri non posse, ut militaris scientia pareretur sine usu & experientia in rebus ipsis.

Lycurgus Lacedæmonijs præcepit ne sepe aduersus eosdē bellū mouerent, ne uel inuitos rei militaris peritos efficerent.

Pyrrius

Thucydidis  
lib. 3. in con-  
cione Cleo-  
nis.  
Eiusdē li. 4.  
in concione  
Brafidæ.

Eiusdē li. 6.  
in concione  
Alcibiadis.

Pyrri.

Hannibalis.

Lycurgi.

- Pythi.** Pyrrhus ad quendam promittentem se traditurum ei aciem instruendi artificium, qui tamen in acie nunquam fuerat, dixit: non opus esse sibi imperatore cuius aures tubæ sonus nunquam circumierit.
- Philipp. Mac.** Philippus aiebat præstantiorem esse ceruorum exercitum imperante leone: quam leonum ductore seruo.
- Iphicratis.** Iphicrates exercitum sic oportere constitutum esse dicebat, ceu unum corpus: ita ut loco thoracis phalangem habeat, manuum instar leuis armaturæ milites, pedum equites, capitis autem loco imperatorem.
- Philipp. regis.** Philippus interrogatus, quos amaret præcipue, et quos maxime odisset, respondit: proditores quidem in primis amo: eos uero qui iam prodiderunt, odi maxime.
- Timothei.** Timotheus querenti quid inter Imperatoriam artem et oratoriam discriminis esset: idem, dixit, quod inter bellum et pacem.
- Eudamidge.** Eudamidas, cum philosophus quidam solum sapientem bonum esse imperatorem asseruisset, dixit: Mirabilis quidem oratio est: is uero qui loquitur, nunquam circa se clausum tubæ sonum expertus est.
- Xenophontis lib 5. institutiois Cyri.** Neque uel amicis beneficium maius præstiteris in bello, quam si inimicus ipsis esse uidearis: uel magis hostibus ullo pacto nocueris, quam si amicitiam ipsorum simules.

## DE PACE, Sermo LV.

Euripidis in Ctesiphonte.



Pax opulenta, et beatos inter pulcherrima diuosa,  
 Desiderium me tui habet, o quam tarda moraris.  
 Atqui metuo, ne prius laboriosa uincat senectia,  
 Quam iucundum tui tempus inspexero.

Cantusque

Cantusque pulchricolores, conuiuiaque coronis gaudentia.  
 Huc ades o ueneranda hanc ad urbem, ædibus inimicæ expelle seditionem,  
 Insanamque litem, ferro quæ gaudet acuto.  
 O pax prædiues, et iugum constans bouum,  
 Vinam mihi immuni à bello contingeret  
 Fodere incuruato, lotoque haurire  
 Vinum, panem opimum et raphanum ferenti.  
 Res maximas mortalibus producit pax,  
 Nempe diuitias, et suauissimorum cantuum flores.  
 Hæc efficit ut in pulchris deorum aris bouum mandentur  
 Flammas partes fuluis, et lanigerarum pecudum.  
 Hæc facit ut gymnasia iuuenes, et tibias conuiuiaque curent.  
 Tum in ferro ligatis scutorum \* ansis nigrorum araneorum \* uel anulis.  
 Tele insunt: et haste præferrata,  
 Ancipitesque gladij iacent. Non autem eneæ  
 Resonant amplius tubæ, neque dulcis excutitur somnus  
 A genis, qui suauiter præcordia fouet.  
 Quin dulcium conuiuiorum pleni sunt uici,  
 Et amatorie cantilenæ flagrant.  
 Satis mihi fuerit, filum contextere araneæ,  
 Modò cum tranquillitate cana senecta fruar,  
 Et cantem fertis redimitus canum caput,  
 Threicium imitatus poetam, cithara  
 In thalami columnis suspensa,  
 Librorumque sonos euoluam, quos sapientes celebrauerint.  
 Inquirunt, ut audio, philosophi,  
 Et multum in hoc absumunt temporis,  
 Quidnam sit bonum, nec dum ullus inuenit quid sit.

Aristophanis in Georgis.

Bacchylidis in Pæanibus.

Euripidis in Erechtheo.

Z

Alius

Alius uirtutem, alius prudentiam, inquit, &  
 Hæc etiam intricant magis, quàm quid bonum sit.  
 At rusticus ego terramq; fodiens  
 Nunc bona quæ sint pacis inueni, ô Iupiter charissime,  
 Amabilis illius & benignissimæ Diuæ.  
 Nuptias, festa, cognatos, liberos, amicos,  
 Diuitias, sanitatem, annonam, uinum, uoluptatem,  
 Pax confert: quod si hæc omnia defecerint,  
 Perijt omnis communiter uiuentium uita.

Euripidis. Cum de bello suscipiendo suffragia fert populus,  
 Tum nullus mortem imminere sibi cogitat,  
 Sed istud infortunium in alium conijcit.  
 Quod si mors ob oculos esset, dum feruntur suffragia,  
 Nunquam insano belli amore capta periret Græcia.  
 Verum enim uero omnes homines duplici sermone propo-  
 sito

Meliorem dignoscimus, item bona & mala,  
 Et quantum bello potior sit pax hominibus,  
 Quæ primùm quidem Musis est gratissima,  
 Aduersa uero luctibus est, sobolisq; dexteritate gaudet,  
 Ac delectatur opibus: illis nos mali relictis  
 Bella præferimus, & inferiorem  
 Subijcimus uiri uirum, & ciuitas ciuitatem.

Aristophanis O stulte stulte, hæc omnia paci insunt.  
 Ut ruri aliquis in prædio habitat  
 Immunis à forensibus negotijs,  
 Proprium possidens iugum bouum,  
 Balantes & audiat oues,  
 Capræq; uocem ad mulctram emulgenda.  
 Obsonijs autem utatur conchis, & turdis;

Neq;

Neq; expectet in foro uenales pisciculos  
 Triduanos, magni precij, contrectatos  
 Piscium uenditoris iniquissima manu.  
 O ueneranda pax, largitrix uarum, quo te nomie ap Memandri.  
 pellabo,

Et unde uerbum satis magnificum accipiam?  
 Pax agricolam uel inter saxeta bene nutrit,  
 Bellum autem etiam in campis malum est.

Nemo tam stultus est, qui bellum præ pace eligat.

DE AGRICULTURA, QVOD  
 bona sit, Sermo LVI.



Cunctis hominibus gratæ pacis  
 Fida nutrix, proma, opifera, procuratrix,  
 Filia & soror. Hæc omnia me nominabat,  
 Sed quodnam tibi nomen est? Agricultura.

O dies optata bonis uiris & agricolis.  
 Libenter equidem inuitus affari uolo uineas.  
 Salue, ô amica terra, post longum tempus te aspiciens  
 Saluto. Hoc autem non erga omnem facio  
 Terram, sed meum intuitus agrum.

Quod enim me nutriuerit, id ego iudico deum.  
 An non aurea res est solitudo?

Est sanè uiuendi pater hominibus ager,  
 Et solus nouit abscondere paupertatem.  
 Vrbs autem planè theatrum est infelicitate palam scædens.

Est sanè uirtutis, & uitæ magister  
 Ingenue, cunctis hominibus ager.

Si opibus indigeas, curam habete pinguis agri.  
 Agrum enim ferunt copie cornu esse.

Fortes efficiunt quæ male nutriunt loca.

Herodoti lib.  
 1. Histor.

Aristophanis  
 in Pace.

Ibidem.

Memandri in  
 Adelpis.

Amphidis.

Memandri in  
 Ploca.

Phocylidis.

Memandri.

Aristophanis  
in Acharnæi.

Dum pacis amans intueor agrum,  
Odi ciuitatem, & rus meum desidero,  
Quod nunquam mihi dixit. I carbones emptum,  
Acetum, obsonium, oleum: non enim opus est.  
Sed ipsum omnia producebat, nec emendum erat quicquã.  
O pax prædiues, & iugum bouum, (&c. ut paulo antè in  
præcedente sermone.)

Eiusdem in  
Georgis,

Cum improbus sis, te rusticum esse simulas.

Menandri.  
Arati in Phig  
nomenis.

Nondum diras nouerant contentiones,  
Neq; disceptationem querimonijs plenam, neq; tumultum  
aut bellum,  
Sed simpliciter uiuebant: & procul aberat mare pericu-  
losum.

Necdum naues è longinquis regionibus annonam adue-  
hebant,

Sed boues, & aratra, & ipsa domina populorum  
Copiosa omnia suppeditabat iustitia, largitrix iustorum.

Menandri in  
Hydria.  
Aristophanis  
in Nebulis.

O quàm suauis est solitudo ei qui malos odio habet.  
Plurimum me oblectabat rustica uita,  
Squalida, inculta, temerè iacens,  
Plena apiculis, ouibus, & fracibus.

Euripidis in  
Antiope.

Huiusmodi canito, & uideberis sapere, fodiens,  
Aransq; terram, & greges curans,  
Relinquendo alijs scitas hasce argutias.

Eiusdem.

Est alia tellus ad alium usum aptior.

Philemonis.

Iustissima hominibus possessio est ager:  
Ea enim quibus eget natura, profert abundè,  
Triticum, oleum, uinum, caricas, mel.  
Argentea autem uasa, atq; purpura,  
Ad tragœdias usum habent idoneum, non ad uitam.

Socrates

Socrates. Amaltheæ cornu interpretatus est ad huius/  
modi similitudines accommodando. Amaltheam quidè si/  
gnificare, illum qui minime malthon, id est, dissolutus, sed  
grauus & operarius esset, bona omnia consequuturũ. Per  
cornu uerò bouis, quod animal est laboriosissimum, uirum  
operarium innuit. Botros autem & similia in cornu esse,  
quoniã omnia, quorũ egemus, in agricultura insunt: quam  
obrem gestantes ipsam bonus genius, bonaq; fortuna intro  
ducuntur.

Vinum mœrores ita sopit, ut mandragoras hominè: be-  
ne uolentias autem, nõ aliter quàm oleum flammã excitat.

Multi etiam alienum rus colentes, uel publicum, uel pri-  
uatum, ex eo alere possunt non se solũ, sed liberos quoq; &  
uxores. Quinimò nonnulli admodum hoc studio diti sunt,  
dum ipsimet operantur, & assidui sunt. Respondet enim ter-  
ra optime iustissimèq; colentibus ipsam, multo cum scenore  
quæ accepit restituens, & copiam exhibens omniũ ad ui-  
tam necessariorum ei, qui laborare uoluerit: idq; honestè,  
nihil uerò quicquam de decoro se. Nam nemo est, saltè non  
mollis & effeminatus, qui dicere aufit ullum opus agricul-  
tura turpe aut indecens esse uiro bono. Plantare enim, ara-  
re, uites colere, quomodo non honesta essent? Item serere,  
metere, triturare, an non omnia hæc studia sunt ingenua,  
& bonis uiris decora: Certè ut Hesiodo non turpe fuit pa-  
storem agere, nec obsuit ei quo minus Deo charus & musi-  
cus esset: ita nec alij cuiquam impedimento erit. Mihi  
sanè hoc inter omnia agriculturae opera per placet, quia  
plusculum ocij ingenio concedit, & meditari ac inquirere  
aliquid disciplinis incumbentem sinit. Nam ea opera, quæ  
nimium exercent urgentq; corpus, animum quoq; totum

Xenophonis  
in Symposio.

Musonij ex li-  
bro, quinquam  
quæ sit: phi-  
losofo con-  
ueniat.

sibi uendicant, ut qui maxime corporis uehemens studium sequatur: quæ uerò non nimis corpus intendi postulant, nihil prohibent animū aliquid egregiū cōmentari, atq; ex huiusmodi meditationib. sapientiā augere, quod apprimè philosophi omnes desi.terāt. Quapropter ego pecuariā in primis amplector. Haud equidem ullum aliud uitæ genus, aliū me questum, aut comparauerim, aut prætulerim illi, quod philosophiam simul & agriculturam colit. Nam quo pacto non magis secundum naturā fuerit ex ipsa terra, quæ nutritrix & parens omnium est, quàm ut sophiste in oppido desiderare? Nonne salubrius est foris uitam degere, quàm in umbra educari? Vtrū uerò liberalius est, unumquemq; sibi necessaria cōparare, aut ab alijs accipere? Multò sanè honestius apparet non indigere alio ad res sibi necessarias, quàm indigere. Ad eò autem egregia res, Deoq; accepta est ex agricultura uiuere, modò cum honestatis studio coniuncta sit, ut Apollo Mysonem Chæmæum sapientem, A. glaum Psophidium uerò felicem appellauerit, quorū uterq; ruri agens, suisq; manibus laborās, urbana habitatione abstinebat, &c.

Haudquam enim ita se habere uidetur, cum hoc pacto maxime & plurimum discipulus cum præceptore uersetur, & præceptor discipulum præsentem in potestate habeat. Quod cum ita sit, questum ex agricultura philosopho decentissimum esse constat.

Habet agricultura diligentiam quandam, & animi uoluptatem, in super domus augmentū, exercitationemq; corporis, quantum homini libero fas est: ac fructib. quoq; ipsius partim uiscitamus, partim deorum aras extruimus, partim quoque ob coronamentorum, odorūq; oblectationem,

iucum/

Xenophontis  
in Oecono-  
mics.

iucunditatem excipimus, sextus alios nutriendo, alios produciendo.

Sed et pecuariam agriculturæ annexam nemo dubitat: unde præsertim copia sacrificij ad deos placandos suppeditatur. Hæc cum late præbeat, citra tamen mollitiem, aut senilitatem præbet, operarios multa patientia, & algoris, & æstus, uel nudos operi ad sue faciendū. Quapropter corpora uegetiora ac firmiora uiribus reddit, præterea impigros facit: & matutino surgere, properareq; ad opus suadet. Et nimirò ruri sicut in ciuitate actiones suis quæque temporibus ingruunt. Deinde si patriæ usibus cum equo præsto esse cupis, huc ager alere poterit. Si pedibus, robur ad hoc corporis præstat.

Tum uenationibus in sudare hortatur. Canibus tibi copiam ac cæteris animalibus ministrat, quæ pasta, non minus, & ipsa rus iuuant.

Equo dominus mane in aruum festinans contendit aliquid nunciaturus, seroq; redeundi facultatem habet.

Canes à fructuum tum pecudum uastatione prohibent feras. In solitudine ac deserta regione securitatem præstāt, unaq; cum armis ad ferendum dominis auxilium excitant. Colonos eadem in medio fructus carpere, ac certates curare, subsilire, iaculati inuitat.

Quenam ars ualidiores homines præbet? Quæ colentibus maiores gratias reddit, aut auidos magis exaturat, aut hospites lautius excipit? Vbi per brumam caminus luculentior, & calida lauacra commodiora? Per æstum uerò umbris, aurisq; moræ dulciores? Vbi dijs litaturis primitiæ decentiores, aut dies festi lætiores? Quæ amantior seruis, dulcior uxori, optatior filijs, gratior amicis?

Mihi profectò mirum uideatur si liber homo hac dulcius diligentiâ, aut letius possessione, & ad uitam commodius inuenierit. Ceterùm hæc colonos ad iustitiâ officiumq; acuit, cum belli tempore ab operis uacantes, animo atq; corpore ualentes per hosticum, nisi Deus prohibeat, ruit: prædasq; agunt, quæ operum loco uicti præbeat. Nam tutius eo tempore armis, quàm rustico instrumento, cibum querere. Instruit quoq; uti mutuam præstemus utilitatē. Quippe cum ad bellum conficiendum, tum ad agrum colendum hominibus est opus: alteraq; harum artium alteram iuuat, ac similitudine quadam inter se conueniunt. Bonus agricola operas parere promptas, ut dux milites comparabit. Ille in bello fortiter agentes munerabit, cedentesq; de loco plectet. Nec minus hic pecunijs, castigationibus, adhortationibus utitur. Enimuerò spe bona nō minus serui, quàm liberi mouentur: multoq; interdum magis ut sponte permaneant. Quamobrem pulchrè ille quidem, qui agriculturam aliarum artium parentē atq; nutricē appellauit: qua bene habete, cetera ualeat: neglecta uerò, terra mariq; iacet omnia.

AMPLIUS DE AGRICULTURA,  
in contrarium, Ser-  
mo LVII.



Agricolarum uita uoluptatem capit,  
Dum tristitia spe futurorum solatur.  
Vnus asellus ex agro mihi descendit,

In singulos annos sufficienter  
Quantum mihi satis est omnia portans,  
Vinum, hordeum, oliuum, caricas, & mel.

Virum oportet in bellis exanimum esse:

Agri/

Agricolatio enim opus est seruile.

Vt uales? quàm macilentus es? Perco:

Alo enim prædium ruri.

Agrum iustioyem à nemine coli puto.

Profert enim quotquot dijs grati sunt flores,

Hederam, laurum, & si hordeum seminauero, omnino

Iuste mihi reddit tantundem, quantum ei commisero.

Veneram habens agrum loco medici.

Nutrit enim me tanquam ægotantem,

Exigua offerens cibaria, & uini quantum

Holusculo adiicitur condimenti gratia. Et per Iouem

Saxatiles istos cibos, capparim,

Thymum, asparagum, ista inquam metuo

Ne nimis extenuatum me exanimet.

Ego curo agrum, non ut nutriat

Ipse me, sed ut alimentum à me capiat.

Nam sodio diligenter, ac sero semper:

Deniq; nihil non facio, ut dem, & recipiam.

Ille uerò capit quidem, nihil autem restituit.

De fraudantem imprudens agrum emi,

Seminari quidem hordei medimnos uiginti,

Pro quibus mihi non integros tredecim reddidit:

Ceteri septem Thebas in militiam profecti sunt. Vi-  
deor mihi

Mulierum tantummodo omen seruare.

Onesiphorum (id est prosperum) eueniat: quod &  
accidit:

Nam totum id quod ager producit, unus onos (id est  
asinus) fert.

Agricola semper in proximum annum diues est.

Z 5 Agricul/

Anaxilai.

Menandri in  
Georgo.

Philemonis.

Comici  
poeta.

Philemonis.

Ex ipsius a-  
liis Menad.

Diphili.

Menandri.

Menandri.  
Phaurotini.

Agriculturæ suauitas nonnihil amari mixtum habet.

Aiunt amatorē quendam à patre terrā colere coactū, la-  
queo finiuisse uitā, cum in tabella scripsisset, agriculturam  
esse rem infinitā, & nunquā absolui. serendū enim, ut me-  
tamus: & metendum, ut seramus absurdo rei circuitu.

Aristotelis in  
Chrijs.

Zeno Stoicus philosophus cum uideret familiarē quen-  
dam curis & negotijs agri nimis intentum, dixit: Nisi tu  
agrum perdidideris, ipse te perdet.

Aristippi.

Aristippus cum ei quidam objiceret, tua culpa interijt  
ager: Atqui melius est, dixit, agrum propter me, quam me  
propter agrum perire.

## DE TRANQUILLITATĒ,

## Sermo LVIII.

Euripidis in  
Antiope.

Visquis multa agit, ubi cessare liceret,  
Stultus est, cum iucunde posset tranquillus uiuere.

Eiusdem in  
Iphigenia.

Felicem te senex prædico, & unumquemque  
qui uitam periculis uacuum

Transegit, ignotus, obscurus.

Minus autem laudo in honoribus constitutos.

Eiusdem in  
Bacchis.

Tranquillitatis autem uita, & sapere, immota  
Permanent, conseruantq; domos. Quamuis enim remoti  
atherem habitantes,

Inspiciunt tamen res mortalium coelicolæ.

Eiusdem in  
Heracclidis.

Bonum est extra negotia pedem habere  
Meliori consilio utentem.

Euripidis in  
Oenomaos,  
Æschyl.  
Epicharmi.

Qui plurima facit, is & plurimum peccat.

In rebus inutilibus noli frustra laborare.

Quies & tranquillitas, ô mulier, gratiosa res est,  
Et uicina temperantiæ.

Menandri.

Quam iucunda res est ei qui malos mores odit,

Solitudo: & cogitanti nihil

Mali, satis magna possessio est ager bene nutriens.

Ceterum emulatio uulgi, & urbana

Voluptas, splendida quidem est, sed breue tempus  
durat.

Communem ciuium statum aliquis in tranquilli-  
tate situm relinquens

Diligenter inquirat per montem quietis

Sacrum lumen seditionem à pectore

Tollens, paupertatis causam,

Liberorum educationi insensam.

Inmemor huius dicti rugosæ testudinis,

Verè enim domus chara est, & optima.

Ignoro, neq; conuenit quæ non didicimus agere.

Si pulchra mea sunt carmina, uel illa sola

Gloriam mihi afferent, quæ iam antea mihi fatum  
dedit:

Sin illa nõ probantur, quid est quòd amplius laborẽ.

Nam si nobis uiuendi duo tempora dedisset

Sive iupiter, seu Parca uersuta, ita ut ageretur

Alterum cum letitia & gaudio, alterū in labore,

Liceret post labores aliquando bonis frui.

Si uerò dii unū duntaxat tempus uiuendi annuerūt

Hominibus, idq; breue & perquam angustum,

Quam diu uah miseri labores & opera insumimus?

Quousq; animum ad lucra & artes

Applicamus, semper desiderado multo maiores opes?

Omnes sanè obliu sumus mortales nos esse natos,

Et breue tempus fato nobis concessum.

Pindari.

Cercidæ in  
Hemiambis.Bæ Bionis  
Bucolicis.

Apollonij ad  
Dionysium.

Pulchrum ante malum acceptum cognoscere, quan-  
tum bonum sit quies.

Platonis in  
Apol. Socrat.

Non enim ullus seruari poterit, qui aut uobis, aut alte-  
ri multitudini aduersetur, ac prohibeat multa iniqua et ne-  
faria in ciuitate committi. Sed necessarium est illum qui re-  
uera certat pro iustitia, si uel exiguum temporis uelit saluum  
manere, priuatum agere, non in officio publico.

Plat. in lib.  
de tranquillita.

Commodissima est tranquillitas, cum ad alia, tum ad  
scientiam & prudentiæ exercitationem: non cauonariam  
& forensam dico, sed magnam illam que deo similem red-  
dit sui participem. Exercitia enim que in ciuitatibus & in-  
ter hominum turbas sunt, dicendi facultatē actiorem, que  
nihil aliud est quam calliditas, augent: ita ut qui in ipsa ex-  
cellunt, urbanis negotijs, uelut à coquis, sarciti & uariati,  
ministra que cuius absurda obeant. Solitudo autem gymna-  
sium existens sapientiæ, bene instituit mores, format & di-  
rigit hominū animos. Nihil enim impeditenti habent, quo  
minus promoueant: neq; ad leges multas & paruas offen-  
dentes à rectitudine inflectuntur, ut animi ciuitatibus inclu-  
si, sed in aere puro, & ut plurimum extra hominum con-  
suetudinem agentes, in rectum surgunt, & pennas produ-  
cunt, limpidissimo & leuissimo liquore tranquillitatis irri-  
gati, in quo diuiniore mentis disciplina, & puriores con-  
spiciuntur. Hanc ob causam deorum quoq; delubra antiqui  
tut consecrata, in locis maxime solitarijs primi homines  
constituerunt, ut in primis Musarum, Panis, Nympharum,  
Apollinis, & omnium qui musicæ præfati sunt dij: ut pote  
separantes disciplinas à molestis & nefarijs quibusdam  
rerum urbanarum negocijs.

DE

DE NAVIGATIONE ET NAV-  
FRAGATIONE, Sermo LIX.



Nihil est enim quicquam deterius, quam mare,  
Ad confundendum hominem quantumuis  
robustum.

Homeri O-  
dyss. lib. 5.

Quisquis mare nauigat, is aut insanit,

Alexidis in  
Cōmōticub.

Aut mendicus est, aut mori cupit. Ex his tribus  
Non fieri potest, quin unum saltem uerum sit.

Sophoclis in  
Scyrijs.

Mare nauigantes plane sunt homines miseri,  
Quibus neq; demon, neq; deorum aliquis unquam  
Diuitiarum dignam tribuerit gratiam.  
Leuibus enim freti, uentis longas negociationes  
Magno cum periculo semper adeunt homines perditū:  
Propter quas aut lucrantur, aut pereunt.

Arati in Phæ-  
nomenis.

Tunc ingruunt austri, cum Capricorno  
Cooritur sol. Tunc est ex aere frigus  
Nautæ rigenti infestissimum. Veruntamen  
Iam totum annum sub carinis mare  
Agitur. Similes autem urinantibus mergis  
Sæpenumero de nauibus mare circumspicientes  
Sedemus ad littora conuersi: illa uerò adhuc eminus  
Alluuntur: modicum autem lignum mortem prohibet.

Philetæ in  
Epigrām.

Terram aliquando ostendent dij, nunc uerò licet  
Velocium uentorum duntaxat intueri templum.

Infelix qui marinam agit uitam, &c.

Antiphanis in  
Ephesia.  
Callimachi,  
al. Archippi.  
Homeri.

Quam iucundum est mare ex terra intueri  
O mater, non illum in locum nauigantem.

Parum enim declinant mortem,

Vbi uehementium uentorum tempestas est ingens.

Menandri in  
Thrayleconte

Secunda nauigatio est, ut aiunt.

Vbi



Vbi quis semel in periculo fuerit, idem denuo experiri.

Ter felix ille, & inter paucos ualde beatus est,

Quicumq; remotus à nauigatione uiuit: at mea uita  
Intra fluctus est magis ferè quàm mergi.

Sophoclis in  
Tympanistis.

Quodnam tibi gaudium maius obtingeret,

Quàm si terram nactus sub denso tectò  
Stillicidium audires tranquillo animo?

Eiusdem in  
Erechtheo  
Menandri.

Naui maxima melior est, quàm parua scapha.

Magni quæstus, facile aut diuites

Temerè nauigantes reddunt, aut mortem inferunt.

Antiphonis.  
Euphorionis  
in Philoctetæ.

In terra pauperè esse præstat, q̄ diuitè nauigare.

Illum autem uitæ cupidum mare submersit,

Et cubiti supra aquam extensi apparebant,

Inutiliter nimis palpitantes filij Dolopionis

Infelicis: omnem uerò uitam in aqua dimisit,

Manus temerè iactans in summo:

Salsugo autem ei os impleuit.

Antiphonis.

Pecunias respiciens mercator superbit,

Quarum aliquando omnium dominus fit uentus.

Euripidis in  
Philoctetæ.

Felix ille est, qui bona fortuna fruens, domi manet,

Et merces in terra habet, nec denuo nauigat.

Ex Moschi  
Bucolicis.

Cùm uentus leniter mare glaucum aspirat,

Timidus me sollicitat animus, nec amplius Musa

Grata est, sed multo magis desidero magnum mare.

At quando resonat canum pelagus, & unda marina

Incuruata spumat, ac plurimi fluctus agitantur:

Tunc ego respicio terram & arbores, à mari autè fugio,

Terrâq; mihi fida uidetur, & statim opaca sylua placet,

In qua magno spirante uento pinus canit.

Malam profectò piscator uitâ degit, cui domus est nauis,

Et

Et labor in mari, & piscium uaga uenatio.

Mihi uerò dulcis dormitur somnus sub comosa platano,

Et murmur auditum iuxta fontem delectat,

Qui suauiter sonans, nihil perturbat agentem ruri.

Demosth. in  
Olynthiacis.

Quamdiu salua fuerit nauis, siue magna, siue parua, tã

diu & nautam, & gubernatorem, & quemuis deinceps

strennuos oportet esse, ac id curare, ne quis uel sponte, uel

inuitus nauim subuertat. Vbi uerò mare iam superauerit

nauim, inanis est diligentia.

Glaucon comicus dixit, iucundius esse in mari peditem

agere, quàm in terra nautam.

PRO ARTIBVS.

Sermo LX.



Non est ullum humani infortunij

Solacium dulcius in uita, quàm ars.

Dum enim animus discipline uacat

Sue, latenter præternauigat & obliuiscitur calamitates.

Res est multo omnium preciosissima,

Omnibus hominibus ad uiuendum ars.

Cætera enim & bellum, & mutationes

Fortunæ absumunt, ars autem conseruatur.

Artem non auget oratio superflua,

Sed ipsa opera exornant artem.

Neq; natura sine arte sufficit

Cuiquam omnino quocunq; in studio:

Nec ars per se sine præsidio nature.

Quod si ista duo similiter conueniant

Vnâ, adhuc desiderantur sumptus,

Amor, exercitium, opportunitas, tempus,

Iudicium

Amphidisi in  
Vinitoribus.

Hipparchi in  
Philoctetæ.

Hermodoti.

Simyli.

Iudicium, quod dicta statim arripiat & intelligat.

Nam quocumq; istorum quispiam destituatur,

Non assequetur institutum sibi terminum.

Natura, uoluntas, diligentia, ordo,

Sapientes faciunt, bonosq; uiros. Annorum uerò

Numerus nihil præter senectutem parit.

Menandri in  
Auleride. Paterna bona tempus interdum facit  
Aliena, seruans interim corpora.

Vnum autem uitæ præsidium in artibus situm est.

Platonis lib.  
4. Legum. Deus quidem omnia, & fortuna opportunitasq; simul  
cum Deo cuncta humana gubernant, mitius tamen est con-  
cedere, tertium superiora, artem uidelicet, sequi.

Eiusdem in  
Ciuii. In primis artes geminas circa omnia quæ sunt consi-  
deremus. Quas? Vnam quidè generationis, ut ita loquar,  
concausam, alteram uerò causam ipsam. Quomodo? Quæ  
cumq; rem ipsam non fabricant, sed fabricantibus organa  
subministrant, sine quibus institutum opus nequaquam per-  
ficeretur, eas concausas, ut ita dixerim, nominamus: eas au-  
tem ipsas, quæ principaliter faciunt, causas appellamus.  
Consentaneum id quidem.

Plutarchi in  
lib. 2. de diu. Artium, ut apparet, alias à principio necessitas consti-  
tuit, & hucusq; conseruat. Omnia docuit necessitas: quam  
enim rem necessariam non inueniret necessitas? Artem te-  
xendi, edificandi, medicinam, agriculturam, & quæcumq;  
circa agriculturam uersantur, necessitas produxit. Alias ue-  
rò uoluptas quædam, quæ occupat artes unguentariorum,  
obsonia parantium, & uniuersam ornatui studentem, &  
illam quæ floridis coloribus lanas inficit. Nonnullæ uerò  
sunt, quarum probabilem uel exquisitam rationem, aut pu-  
ritatem amplectuntur homines, easq; discunt ac excolunt:

ut

ut arithmeticam, geometriam, & canonicam omnem,  
& astrologiam, quas Plato ait, quamuis neglectas, uel  
inuitis nobis per propriam sibi gratiam augeri.

## CONTRA ARTES,

## Sermo LXI.



Vi primus inuenit artem alituram medicum,  
Multos fecit miseros. Simplex enim fuerat,  
illū qui sine molestia uiuere nō poterat, mori.

Quisquis deorum primus demonstrauit artem,  
Is maximum inuenit hominibus malum.

Cum quis enim inops est, per ocium  
Abiens periclitatur per unum diem.  
Ita ut uel insignis fiat, uel moriatur.  
Nos uerò pro pignore habentes artem  
Viuenti, semper sperantes esurimus.  
Et cum liceret exiguo tempore inopes esse,  
Per omnem uitam id agere instituimus.

Non admodum bene consenscunt artes,  
Nisi dominum nanciscantur auarum.

Infeliciores sunt illi qui exercent artes.  
Etenim de imperitia palam eos uituperare  
Omnibus licere, non beata, sed misera res est.

Artes quæ uocantur mechanicæ, abieclæ omnino sunt,  
ac iure à plerisq; improbantur. Quippe quæ corpora  
exercentium atterant: tum assidere homines atque um-  
bratiles esse cogant, nonnulla uerò ex eis totos dies igni  
incubare compellant. Eneruatis deinde labore mēbris,  
neesse & animos debilitari, ac quodammodo egrotare.  
Præterea huiuscemodi uiri uix satis commode cum

amicis,

Menandri in  
Piscatores.

Antiphantis in  
Ecnaphæo al.  
Antiphontis.

Menandri in  
Hymnide.

Euripidis in  
Polyde.

Xenophontis  
in Oeconomi-  
cis.

amicis, tum Reipublicæ uacare possunt: uideturq; inepti  
 & ad amicorum familiaritatem, & ad opem patriæ fer-  
 rendam. Quin in aliquibus ciuitatibus omnibus ciuium  
 interdictum est mechanicas artes exercere.

Platonis de  
 regno.

Arithmetica, & alie nonnullæ huius persimiles ab  
 actione liberæ sunt, cognitionem uerò tantum exhibent.  
 Ita certè dicendum. Quæ uerò ad architecturam, &  
 manuum ministerium pertinent, scientiam innatam actio-  
 nibus sortiuntur: corporaq; ab illis effecta, quæ antenò  
 erant, perficiunt. Patet. Ita cunctas scientias diuide. Agen-  
 tem unam, alteram cognoscentem, solummodo nomina.  
 Sint ergo scientiæ species duæ, cum una sit scientia tota.

Platonis de  
 summo bono  
 lib. 10.

Si quis ab omnibus artibus segregaret numerandi di-  
 metiendiq; & ponderandi peritiam, uile quiddam ut ita  
 dicam esset, quod uniuscuiusq; restaret. Vile profectò.  
 Residuum quippe imaginatione quadam ac sensuum ex-  
 perientia & exercitatione, coniecturisq; consequi lice-  
 ret, quas pleriq; artes uocant, cura & labore uim suam  
 omnem adeptas. Necessaria profus inducis.

## DE DOMINIS ET SERUIS,

### Sermo LXII.



Alus est quicumq; domini res non colit,  
 Et simul cum ipsis gaudet, uel propter incom-  
 moda dolet.

Euripidis in  
 Helena.

Ibidem.

Ego sanè licet seruus sim, idq; à natiuitate, uerum/  
 tamen

Inter eximios numerandus

Seruos, nomen quidem non habeo liberum,

Sed animum. Hoc enim præstat, quam duobus malis

Victum

Victum inuolui, ac tum improba mentis esse.  
 Tum alijs obedire, seruientem proximo.

Quam iucunda res est seruis, bonis dominos nasci.  
 Et dominis, seruum beneuolum in adibus.

Nunquam oportet seruum ingenua  
 Studia tractare, nec ocium sequi,

Molestus mihi seruus est, qui altius famulum sapit.  
 Non est ulla possessio melior in uita,

Quam beneuolum sibi famulum adipisci.

Multo potius est bonum dominum esse nactum,

Quam uiuere liberum humiliter & male.

Mihi enim dominus est uir unus.

Istorum uerò, ac tui, & plurium aliorum lex,

Quorundam tyrannus, tyrannorum uerò metus.

Sui sunt famuli regum, rex autem deorum,

Et Deus necessitas. Deniq; nihil non, si perpenderit,

Alterius existit, maiora minoribus dominantur:

Hæc illis perpetuo seruiant necesse est,

Seruo enim sua priuato patria

Si bonus contigerit dominus, patriæ instar est.

Quid tu fruges frustra? Dominus

Ipse perdit omnia, tu uerò nihil accipis.

Te ipsum lædis, illum uerò nil iuuas.

Melius est neq; seruum, nec ingenuum

Alere domi tutum est sapientibus.


Non uides quantum sit malum seruile genus?

Seruum existentem seruauit: inferiores enim

Libenter inserviunt præstantioribus hominum.

Sapiens tu quidem es Priame, ueruntamen tibi dico

Seruo sapiente magis, quam sapere conuenit,



Bibliotheca in  
 Melcastro.

Bibliotheca in  
 Antiochia.

Menandri.  
 Eiusdem.

Eiusdè aliàs  
 ad Philemo-  
 nem refertur.

Philemonis  
 in Thebania.

Antiphani.

Menandri

Euripidis in  
 Archelao.

Eiusdem in

Antiochia.

Eiusdem in

Alexandro

aliàs ad Phi-

monem refer-

ur.

Nihil est molestius, neque in ædibus

Deterior aut inutilior possessio.

Ibidem. Reprehēdebam. Usque adeo malū est seruorū genus.

Nihil præter uentrem sunt, nec futurum quicquam prospiciunt.

Ibidem. Quicumque serui heros suos amant,

Magnam sibi parant inimicitiam apud alios seruos.

Menandri. Tutissimum est seruo, quod uulgo fertur, ut cū quid recte iubetur, perficiat.

Euripidis in Alexandro. Omnium pessimi, & seruitutem non re ipsa

Habentes sed fortuna solum obnoxij.

Ibidem. Seruos enim nō deceat possidere dominis præstatores.

Eiusdem in Alcmæone. Serui dominorum morbis inficiuntur.

Eiusdem in Eufride. Seruo enim non fas est uerum dicere,

Quod hero fuerit incommodum.

Eiusdem in Alcmæone. Quisquis hominum fidem habet seruo,

Perquam stultus nobis esse uidetur.

Eiusdem in Eurythco. Fidum oportet esse ministrum.

Et talis cū sit res heriles amare.

Eiusdem in Alcmena. Semper placere oportet dominis: hoc enim

Optimum est seruis, ut cuiusq; rei aliquis destinatur,

In ea gnarum se & placentem domino præbeat.

Eiusdem in Hecuba. Hei hei, quam semper improbi sunt serui,

Et audent illicita necessitate adacti.

Eiusdem in Ione. Solum enim seruis dedecorosum est

Nomen: in cæteris uerò omnibus, liberis

Nullus est deterior seruus, si probus fuerit.

Menandri in Phædio. Si seruus nihil quam per omnia seruire discat,

Malus erit: at si libertatem ei permittas loquendi,

Id eum efficiet longè optimum.

Et si quis seruus sit, nihilominus ô here,

Homo est, si saltem homo fuerit.

Malum est seruo heris malè agens.

Necessarium enim est ut participet malis.

Proculdubio enim uir fugitiuus in uinculis

Pede detentus, omnia ad uoluptatem dicit.

Letitia fouet & alit uitam serui,

Multi cū effugerunt dominos, liberi

Iam existentes, denud idem præsepe querunt.

Et si corpus seruum sit, mens tamen est libera.

Mihi ciuitas est, & confugium, & lex,

Et iustorum iniustorumq; omnium iudex,

Dominus meus: huic soli me uiuere oportet.

Satius est bonum consequi dominum,

Quàm liberum humiliter & malè uitam degere.

Nunquam rectum est seruile caput,

Sed semper intortum, & obliquum collum habet.

Boni serui calamitatem ducunt, si res heriles

Sinistrè eueniant, & mens ipsorum percellitur.

Nomen sanè non corrumpit bonum seruum:

Sed multi meliores sunt quàm ingenui.

Multis seruorum turpe nomen est: animus uerò

Magis est ingenuus quàm non seruientium.

Cæterum erga uulgus, seruos similes

Habere uidebis mores dominis.

Ingenio enim ad seruiendum idoneo, etiam

Præfecta alijs natura commiscetur.

Papa, quàm ubiq; seruile genus

Deteriori sorti destinauit Deus.

Boni famuli, liberi sunt. Improbi uerò liberi multis

Philemons.

Eiusdem in  
Euxoizome  
no.  
Sophoclis in  
Acrisio.

Menandri in  
Thestalis Eu  
bali.

Sophoclis.  
Menandri.

Philippi.

Theognidis.

Euripidis in  
Medea.

Eiusdem in  
Mentippe.

Eiusdem in  
Phryxo.

Alexidæ.

Euripidis in  
Antiope.

Bionis in lib.  
de Seruitute.

cupiditatibus seruiunt.

Phaorini.

Zamolxis famulus erat Pythagoræ, & ab illius tem-  
poris hominibus adorabatur.

Metrodori-  
Democriti.

Seruus necessaria quidē possessio est, sed non iucūda.

Dionis in  
Oeconomico

Seruis, ut paribus corporis, alio ad aliud utere.

Dominari igitur oportet moderate, & recreari cu-  
pientibus id permittere. Remissiones enim ad novos la-  
bores preparāt. Et arcus, et lyra, et homo, quietē uigēt.

Ex Serini me-  
morabilibus.

Gellias Agrigentinus hospitio exceptus apud homi-  
nem durum, & undecunq; facientem questum, qui ne  
dormire quidem famulis permittebat, sed alius aliud ope-  
rabatur nocte: eandem & ipse postea cum Agrigentum  
uenisset, suscepit, & conuocatis famulorum pueris (qui  
permulci erant) nucēs & carycas distribuit. Interrogan-  
te autem hospite, unde tot pueri? Hæc famuli mei, dixit,  
noctu faciunt.

Platonis.

Tam libertas quàm seruitus, si modum excedant, pes-  
simæ sunt, moderata uerò, perquam bonæ. Est autem  
moderata seruitus, quæ dijs obnoxia fuerit: immodera-  
ta, quæ hominibus. Deus uerò hominibus sobrijs lex est.

Eiusdem  
Legum 6.

Qui nunquam seruiuit, etiam dominus laude dignus  
fieri nequit.

Herodo. lib. 8

Præterea ô rex & istud considerabis, quòd bonis ho-  
minibus mali serui obtingere solent, malis uerò boni.

Platonis de  
Legibus dia-  
log. 6.

Perficuum mihi uidetur ô Clinia, quando difficile  
domatur homo, & ad necessariam distinctionem serui à  
libero & domino re ipsa deduci ægrè patitur, difficile  
possessionem hominem esse. Quod exemplo in crebris  
Messeniorum rebellionibus patuit. Ciuitates præterea,  
quæ multos eiusdem linguæ seruos habēt, planum fecer-  
runt,

rūt, quot quantaq; hinc mala sequantur. Piratarū quo-  
que furta & latrocinia, quæ maximè circa Italia abun-  
dabant, hinc oriūtur. Quæ omnia si quis animaduertat,  
quid de his faciendū sit, dubitabit. Due igitur solummo-  
do restant uia, ut qui facile seruituri sunt, nec eiusdē pa-  
triae sint, & quàm maximè fieri possit, inter se dissoni:  
educenturq; rectè, non solum ipsorum gratia, sed domi-  
norum multo magis. Est autem recta horum educatio,  
ut nulli ipsis contumelia inferatur, iniuriq; his multo  
minus, si fieri possit, quàm æqualibus inferenda. Liquido  
enim cognoscitur, qui natura non fiste iustitiam colit,  
oditq; reuera iniquitatem, quā cauet, ne ijs iniuriam fa-  
cit, quibus facile potest. Qui ergo circa mores actio-  
nesq; seruorum nihil unquam facit impiè, nihil iniquè,  
atq; ita in his se seruat immaculatum, ad producendas  
uirtutis fruges erit aptissimus.

Castigandi cædendiq; semper iure sunt serui, neq; ita Ibidem.  
monendi ut liberi, ne molliores fiant. Alloquitio omnis  
ad seruos quodammodo imperitū sit, neq; iocus ullus cū  
ipsis seu foeminis siue masculis habeatur: quod multi stul-  
tè faciētes, dū delicatius eos nutriūt, difficiliore uitā &  
sibi ad imperandum, & illis ad obediendum reddunt.

DE VENERE VVLGARI, QUAE GE-  
nerationis humanæ causam fouet, & de amo-  
re uoluptatum corporis, Scrmō LXXIII.



N Venerē multa insunt diuersa.  
Nam & oblectat maximè, & plurimum mo-  
lestat homines.

Heripidis in  
Acolo.

Vtinam ego ipsa tunc fruār, cūm est benigna & mitis.

Eiusdem in  
Antiope,

Satietas est omnium rerū. Auersatos enim pulchrior  
res coniuges,

Turpibus attonitos amoribus uidi quosdam.

Et epulis satiatus aliquis, libens iterum

Viliore uictu fruens delectatus est.

Eiusdem in  
Hippolyto,

Homines qui nimis auersantur Venerem,

Aequè ac illi laborant, qui nimis eam persequuntur.

Iuuenis amore Venereo captus

Non obseruari aut custodiri potest. Quamuis enim in  
epius fuerit

In alijs rebus, ad amorē tamen unusquisq; sapientior est.  
Quod si rectè admittatur Venus, iucūdisimum eius do-  
num fit.

Eiusdem in  
Hippolyto.

Intolerabilis Venus est, si abundauerit,

Quæ concedentem sibi leniter sequitur, ac benignius  
traclat:

Illum uerò quem præ cæteris altius sapere inuenerit,

Comprehensum multo absurdus afficit.

O pueri, certè Venus, non solum Venus est,  
Sed omnium particeps nominum.

Hæc eadem est Pluto, & inuicta necessitas,

Hæc est rabies furiosa, hæc & Cupido

Mera, & luctus est. Deniq; ei insunt omnia:

Serium, tranquillum, uiolentum.

Tabescit enim illorum, in quorum pulmonibus inest,

Anima. Quis uerò hanc deam non patitur?

Piscium namq; genus natatile subit:

Et inter quadrupedes in terra existit.

Mouentur & inter uolucres ipsius alæ,

Interq; fera, & homines, deosq; superos.

QUEM

Quem non deorum colluctando iterum atque iterum  
prosternit?

Quod si licet mihi, licet autem uerum dicere.

Iouis pulmonum domina est. Absque hasta,

Et absq; ferro omnia discindit

Venus tam deorum, quam mortalium consilia.

Musæ amorem non metuunt crudelem:

Quin amant ex animo, & uestigia sequuntur eius.

Quod si quis ingenio præditus inamabili ipsas comi-  
tetur.

Illum refugiunt, & docere nolunt.

At si amore captū gerens animum suauiter cecinerit,

Ad ipsum simul omnes festinæ confluunt.

Quod autem hic sermo planè uerus sit, ego testis sum.

Nam si hominum quempiam, aut immortalium carmi-  
ne celebros,

Cessat mea lingua, nec ut antè solebat, canit.

At cum in amorem uel in Lycidam aliquid modolor,

Tunc mihi letum ore carmen profuit.

Nullus fit inter amicos meos amorem,

Non expertus: sed feliciter hoc deo fruatur.

Quisquis hominum non est expertus amorem,

Necessitatis ignorat legem, qua ego per suusus

Tali intricatus amore, hoc iter confeci.

Nam ille Deus etiam inualidum ualere

Facit, & perplexum inuenire uiam.

Amor docere potest, quam sophista

Ineptus, multo melius rationem humanæ uitæ.

Quisquis amorem non magnum iudicat Deum,

Et inter demones omnes supremum esse,

Ex Bionis  
Bucolicis.

Zopyri.

Artiflarcti.

Anaxidride.

Euripidis in  
Auge.

Vel rudis ac indoctus est: uel omnis elegantie boniq; in-  
expertus.

Maximum hominibus Deum ignorat.

Antiphanis. Si quis amantes mentem habere negat,  
Ingenij nimirum est stupidi.

Nam si uita uoluptates abstuleris,  
Nil aliud est reliqui præter mortem.

Alexidis. Non est sane pedagogus hominibus  
Diligentior ullus alius, quam amor.  
Nimirum igitur maximus est diuorum amor,  
Et longe omnium nobilissimus.

Nullus enim usq; adeo parcus est  
Homo, neq; moribus tam exquisitis,  
Qui non huic Deo partem aliquam tribuat.

Menandri in  
Thefauro. Quibus opes sunt ampliores  
Iuuenibus adhuc, amori indulgere iubeas:  
Qui uerò ad senectutem rem differunt,  
Illi insuper soluunt tam longi temporis usuram.

Menandri in  
Synaristofas.  
Mianeremi. Amor inter deos Potentissimus esse uel inde apparet  
Quòd homines propter istum alios deos petierunt.  
Qualisnã uita foret, aut quid iucundi sine aurea Venere  
Emortar cum ista non amplius mihi curæ fuerint:  
Amor inquam occultus, & blanda dona, & lectus,  
Rapide carpendi sunt iuuentutis flores  
Viris & mulieribus: ubi uerò molesta ingruerit  
Senectus, quæ pulchrum etiam uirum reddit informem,  
Semper tum graues animum rodunt curæ  
Nec solis aspectu delectatur senex.  
Oderunt illum pueri, contemnunt mulieres.  
A deo miseram Deum senectam fecit.

Et natura quodammodo omnis amans tractabilis est.

Musica multis incitamentum est Amoris.

Est etiam in uanis osculis iucunda uoluptas.

Ira amantiū breui tempore durat.

Hera, nihil est Amore potentius:

Ne ipse quidem imperans in cælo dijs

Iupiter, sed nihil non ab illo coactus facit.

Quicumq; homines Amore capti fuerint,  
Si commodos nanciscantur amores,  
Nullum eis abest uoluptatis genus.

Habeo autem audaciæ & confidentiæ præceptorem  
In rebus perplexis presentissimum,  
Videlicet Amorem, qui deorum omnium impugnatu dis-  
ficillimum est.

Quisquis etenim Amori resistit  
Instar pugilis, fretus manibus, non recte sapit.  
Imperat enim Cupido etiam dijs pro arbitrio.

Cupido non solum uiros inuadit,  
Et mulieres: sed Deum quoq; supra  
Animos uulnerat, & mare ingreditur.  
Et ipsum arcere ne omnipotens quidem potest,  
Iupiter: sed cedit, & uolens inclinatur.

Magna mihi Venus adhuc dormienti asitit  
Infantem Amorem pulchra manu ducens  
In terram nutantem, ac his me uerbis affata est.  
En tibi chare bubulce Cupidinem, ut cū canere doceas.  
Sic loquuta abiit: Ego autem mea pastoralia carmina  
Stultus, tanquam discere uolentem Cupidinē docebam:  
Quomodo fistulam obliquam Pan inuenerit, Minerua  
tibi.

Menandri in  
Nauclero.  
Menandri in  
Thefauro.  
Theocriti.  
Menandri.  
Menandri in  
Heroc.

Euripidis in  
Andromeda.

Eiusdem in  
Hypolite.

Sophoclis in  
Trachinij.

Eiusdem in  
Phædra.

Ex Bionis  
Bucolicis.

Testudinem Mercurius, & citharam dulcis Apollo.  
 Hæc ipsum edocebam nihil curantem mea carmina.  
 At ipse mihi canebat amatoria, meq; docebat  
 Mortalium & immortalium ignes, & genitricis opera  
 sua.

Tum ego oblitus illorum quæ Cupidinem docueram,  
 Quæcumq; me docuit Cupido amatoria cuncta didici,

Inisdem.

O Vesper amabilis, aurea lux Veneris,  
 Chære uesper cœruleæ noctis imago sacra,  
 Tantum obscurior luna, quantum præstantior astris,  
 Salue dilecte, & mihi ad pastorem comessatum euntem  
 Tu lumen præbeto uice lunæ: hæc enim  
 Incipiens hodie statim occidit. Non ad furandum  
 Eo, nec ut nocturnum iter facientem inuadam:  
 Sed amo: decet autem amantem simul ab alijs amari.

Felices qui amant, & pariter se redamant.  
 Felix erat Theseus præsentem Pirithoo,  
 Quamuis ad implacidum descenderet orcum.  
 Felix erat duos inter Euxini accolæ Orestes.  
 Quoniam uicæ socium charum habebat Pyladem.  
 Beatus erat Aeacides uiuente socio Achilles,  
 Beatus etiam cum ei morienti dirum auertit fatum.

Ex Moschi  
Siculi Bucco-  
læcia.

Pan amabat Echo uicinam: Echo autem ardebat  
 Saltatorem Satyrum: Satyrus uerò deperibat Lydam.  
 Quantum Echo Pana, tantum Satyrus ipsam urebat  
 Et Satyrum Lyda. Sic amor per uices flagrabat.  
 Quantum enim ipsorum aliquis amantem oderat,  
 Tantum & ipsius amans odiosus erat, & patiebatur  
 uindictam.

Hæc ego documenta narro ab amore alienis.

Diligite

Diligite amantes, ut si ametis redamemini.

Cœlica, celeberrima, risum amans Venus,  
 Orta mari, genitrix dea, amas festa nocturna, ueneranda  
 Nocturna, pronuba, fallax, mater necessitatis.  
 Omnia enim ex te sunt, subegisti autem mundum  
 Et tribus orbis partibus imperas, producisq; omnia,  
 Quæcumq; uel in cœlo sunt, uel in tellure fœcunda,  
 In pontoq; profundoq;: ô ueneranda Bacchi socia,  
 Quæ gaudes dapibus, nuptias adornans, mater amorum  
 Suada, lætis gaudens, clandestina, gratiosa.  
 Apparens, & latens, concinnans amores, generosa na-  
 ta parente,

In Venerem  
hymnius Or-  
phæi.

Sponsalis inter conuiuia, deorum regina, Lycæna,  
 Generationis præses, uiros amans, optatissima, uitam  
 largiens

Quæ copulas homines infrangi necessitate,  
 Et multa ferarum genera philtis amorum incentiuus,  
 Huc ades Cyprigenum genus diuinum, siue in Olympo  
 Es ô dea regina, facie uenusta gaudens:  
 Siue circa templum Syriæ uersaris nobile thaus produ-  
 centis,

Siue in campis cum curribus auro ornatis.  
 Aegypti sacra fœcunda balnea tenes, &c.

Carmine celebramus reginam Lyciorum uirginem  
 Venerem, In Venerem  
Procti.

Cuius aliquando salutifera ope abunde adiuti,  
 Patriæ nostræ in rebus diuinis periti principes  
 Sacrum in ciuitate simulachrum constituerunt,  
 Symbola gerens nuptiarum & hymencorum intelligi  
 bilium

Ignei



Igni Vulcani, & cœlestis Veneris,  
 Et deam nominarunt ipsam Olympiam, citius potentia  
 Sæpe mortis lethale uenenum effugerunt:  
 Respexerunt autem uirtutem: sic à perfecta coniunctione  
 Stabilis & sapiens generatio efflorescebat.  
 Vbiq; uero benignissima tranquillitas erat uitæ.  
 Sed ò ueneranda suscipito etiam nostræ sacrificium  
 Facundie. Nam Ego sum Lyciorum sanguine cretus,  
 Animam uero rursus erigas à turpitudine in pulchritu-  
 dinem amplam.

Liberatam pernicioso terrestris furore Cupidinis.

Clarissimum Veneris celebramus ordinem,

Et magnum fontem regium, à quo omnes  
 Immortales alati geniti sunt amores:

Quorum alij intelligibilibus iaculantur sagittis  
 Animas, ut cupiditatum in sublime ducentibus ista stu-  
 mulis

Aulas matris igne coruscantes uidere desiderant.

Alij uero per consilium patris & auerentem mala pro-  
 uidentiam

Cupientes mundum immensum generationibus augere,

Desiderium excitant animis terrene uitæ.

Alij nuptialis conuersationis uarios modos

Semper inspiciunt, ut ex mortali genere

Immortale reddant miserorum genus hominum.

Omnibus autem curæ sunt opera Veneris amoripatræ

Sed ò dea: nam ubiq; habes audiendi acumen:

Sive magnum complecteris cœlum, ubi te narrant

Animam æterni diuinam proferri mundi:

Sive supra septem orbium axes æthera colis,

Inuictas nostris potentias ordimbus effundens,  
 Exaudi, & laboriosam uitæ meæ uitam  
 Dirigas, tuis ò ueneranda iustissimis telis  
 Profanarum extinguens horrendam libidinem cupiditatum.

Venus ad musas dixit: ò puellæ Venerem

Colite, aut Amorem contra uos armabo.

Et Musæ ad Venerem: Marti istos lepores narrato.

Nobis enim puer ille non uolat.

Aduoco magnum, sanctum, amabilem, suauem, Amorem,  
 Arcipotentem, alatum, igneo cursu uelocem, impetu  
 agilem,

Colludentem dijs, & mortalibus hominibus.

Industrium manibus, natura duplicem, clauas habentem  
 omnium,

Cœlestis ætheris, ponti, terræ, & quotquot hominibus  
 Spiritus omnium generum tellus gramine fecunda nutrit,  
 Tartarus & quot habet latissimus, & mare raucum.

Solus enim istorum omnium imperium obtines.

Sed ò diue pura mente cum mystis uersator.

Malas autem absurdas libidines ipsis auerte.

Aluocolis dum mella legit, percussit Amorem

Furacem mala apes, & summis spicula liquit

In digitis, tumido gemit at puer anxius ungue,

Et quatit errabundus humum, Veneriq; dolorem

Indicat, & grauius queritur quod apicula paruum

Ipsa inferre animal tam noxia uulnera possit.

Cui ridens Venus: Hanc imitaris tu quoq; dixit,

Nate seram, qui das tot noxia uulnera paruus.

Video ineuitabilem in sigillo Amorem

Manibus instar aurigæ moderantem uim Iconinam:

Musicij, aitijs  
 Platonis.

Amoris suffi-  
 tus, aromata,  
 Orphei.

Theocriti Cu-  
 pido mellile-  
 gus, Andrea  
 Alciano inter-  
 prete.

Argentarij.

Alteræ

Biusdem in  
 eadem.

Inuictas

Altera flagrum incutit ceruici: altera manu frenum  
Regit: multum autem gratiæ circa ipsum floret.  
Pertimeo homicidam. Cum enim feram quoq; domet  
Agrestem, ne minimum quidem parcat hominibus.

Incerti au-  
toris.

Iupiter ad Cupidinem: Omnia tua tela tibi auferam  
Et uolucris Cupido: Tona, & iterum olor fics,

Læonidis.

Quis finxi: è thure Cupidinem arcitenentem  
Illum, qui quondam ne ipso quidem Ioue abstinuit?  
Serò tandem destinatus est Vulcano, ille quem uideri  
Non aliter decebat, quàm lento igne consumendum.

Cupidines apud Philostratum elegantissimè descri-  
ptos legat cui ocium est.

Antipatri.

Ne speres Telembrote lachrymis Amori te persuasurum,

Nec aqua modica ignem uehementer spirantem extin-  
surum.

Amoris flamma perpetua semper est: extinguere aut potuit  
Ne tum quidem, cum in profundo mari gigneretur.

Zenodoti.

Quis sculptum Amorem iuxta fontes posuit,  
Illius ignem aqua se sperans extincturum?

Incerti au-  
toris.

Heus tu qui quæris ignem excitare noctu,  
Pulchrum desiderant accendere lychnum,  
Huc ades, ab anima mea lumē accède. Id enim intra mi  
Ardens, plurimam edit flammam.

Theocriti.

Ille uerò qua pedes ferebant procedens  
Insaniebat. Difficilis enim deus iccur ei laniabat intus.

Eiusdem Idyl  
lio 14.

Quod si obliuiscerer Amorem: omnia mihi deceter  
succederent.

Nunc uerò Thyoniche ueluti mus, ut aiunt, picem gu-  
stauimus

Et quon-

Et quodnam sit remedium perplexi amoris  
Nescio. Verum Simus qui Ephicali filiam amauit  
Aequalis meus, post maris nauigationem sanus redijt?  
Ego etiam per mare nauigabo, neq; pessimus,  
Neq; primus fortassis, sed unus ex aliorum numero miles  
Amauerunt se inuicem equa lance. Certè olim erant  
Aurei homines, cum redamabat amatus.

Eiusdem

Iupiter enim Saturnius ut uidit Europã, statim ictus est,  
Animo, inopinatis domitus sagittis

Eiusdem.

Veneris, quæ sola potest Iouem etiam subijcere.

Sic enim non difficilis tibi fuerit amor,

Eiusdem.

Qui mentes hominum facillè domat:

Et me mollem fecit, qui ferreus antea fui.

Non effugies amorem, quem nulla puella fugit.

Eiusdem.

Arboribus mala pestis hyems, sitis arida terra,

Eiusdem idyl-  
lio. 8. Eoba-  
no.

Squalor aquis, ceruis retia, uiscus aui.

Hæc inter-  
prete.

Pœna uero mulicbris amor: Proh Iupiter, ô rex,

Eiusdem.

Solus ego haud patior, tu quoq; amare soles.

Veniisti chare adolescens tertio demum die

Veniisti, sed amantes uel uno die senescunt.

Vtinam æquales utrisq; aspirent amores

Eiusdem.

Nobis: & omnis posteritas carminibus nos celebret.

Quis Deū uocauit Amorē? Nullum Dei malū uidemus

Incerti.

Opus: at ille humano sanguine gaudet,

Nō tenet acutū manibus gladiū: cœc tamen incredibilia.

Spolia cedis per illius Dei noxam immissa.

Mater cum filio perijt: & super ipsos

Exitialis lapidum iactus uirum occidit.

Atq; hæc non Plutonis, nec Martis, sed opera Amoris

Videmus quibus ille puer ludit,

Non

Luciani.

Non amor iniurius est humano generi: sed luxuriosus  
Hominum animi illum prætexunt.

Pauli Siten-  
tiazij.

Nunquam aperias Veneri mentem. A duro namq;  
Leuis amor corde statim resilit.

Furor ille naturam habet lubricam. Si quis sagittæ  
Flammæ uel summum ceperit, ingreditur tota.  
Ne mentem demulceas impudica spe Veneris. Artus enim  
exedentem

Suscitat ignem, animumq; totum ad se trahit.

Inerti.

Amorem fames tollit: sin minus, tempus,  
At si neutrum istorum flammam extinxerit,  
Reliqua tibi cura est suspendium.

Theocriti  
Idyllio. 11.

Nullum ad amorem extat aliud remedium

O Nicia, nec utiliter aliquid inungi aut inspergi posse  
datur,

Præterquam Picrides.

Ibidem.

Cyclops autem cantu Galateam celebrans

Tabescebat illic algofo in littore

A summo diluculo, grauissimū habens sub pectore uulnū.

A magna Venere, quæ iecur illius telo confixerat.

Platonis in  
Convivio.

Quod uerò per maximum est uulgo fertur, quod sol-  
lis amatorijs periurijs dii dant ueniam. Venereum quip-  
pe iusturandum nihil ualere aiunt. Itaque tam dii quam  
homines omnem amanti licentiam præstiterunt, ut lex nos-  
tra testatur.

Aristotelis.

Aristoteles Cyrenæus philosophus interrogatus, an amor  
coitus gratia fieret: Neq; eius gratia, dixit, neque sine eo.

Amatorium crimen diluit ipsa quæ amatur.

Vide libellum Plutarchi de Amore.

VITV

VITUPERATIO VENERIS, ET  
quod malus sit Amor, ac multorum malorum au-  
tor, Sermo LXIII.



Vm capti sumus retibus amoris,

Citius alienis gratificamur,

Quam necessarijs & cognatis.

Si quis amantem hortetur ad sapiendum,  
Experietur in aliquo inanem suam operam esse.

Quippe solus amor inter homines, nullo sermone confi-  
lioue mouetur.

Amabam. Amor autem hominibus furor est.

Amor ociosa res est, & inutilis ad opera,

Amat specula, & flauas comæ tincturas:

Fugit labores. Argumento mihi est,

Quia nullus mortalium mendicans uictum, amant:

Sed inter locupletes iuuenis Cupido agit.

Tu uerò ò pessime omnium deumq; & hominum,

Vel ne persuadeas mala iudicari bona,

Vel amantibus adsis benignus & propitijs.

Grauem patimur amorem. Tu ex sermone

Optima eligito. Nam infidus est amor,

Et pessimum quemq; animum inhabitare solet.

Quandoquidē Venus admonitōi nō cedit, nec relaxatur.

Et si cogas, magis solent intendi,

Deinde bellum suscitāt: ad euerfionem autem

Familiarium huiusmodi res se penumero exeunt.

Daphnis olim ab Echo sic loquebatur: ò dura Venus

O Venus reprehendenda, ò mortalibus infesta.

Venus enim amica est tenebris,

Lux autem temperantiæ necessitatem adfert.

b 2

Tanta

Diogenis.

Menandri in  
Aphrodisijs.Euripidis in  
Antigone.  
Eiusdem in  
Danae.

Eiusdem.

Eiusdem in  
Andromeda.Euripidis in  
Didae.

Theocriti.

Archilochi.

Tanta enim amoris uis sub corde meo inuoluta  
Ingentem oculis caliginem offudit,  
Suffurata è pectore teneram mentem.

Sophoclis in  
amatoribus  
Achillis.

Miser in amore iaceo, exanimis. Et mea difficiles  
Dolores, uoluntate deorum, ossa penetrant.

Hec ægritudo amoris, malum est diarium,  
Quare non ineptè ipsum comparauerim huic rei, quæ cõ-  
tingit,

Cum oborto gelu per aëra serenum, manibus  
Glaciem pueri arripiunt.

Primum enim uoluptatem inter se capiunt,  
Tandem uerò neq; uolunt colliquatum gelu dimittere,  
Neq; res est commodè manibus retineatur.

Sic & amantes eadem cupiditas,  
Nunc facere, nunc abstinere, frequenter urget.

Phanoclis.

Vt Orpheus Oeagri Thracij filius  
Ex animo Calaim Boreæ gnatum amauit.  
Et sæpius in syluis sedit cantans opacis  
Suum amorem, nec animus ei tranquillus erat.  
Perpetuoq; ipsum uigiles in pectore curæ  
Angebant, tenerum uidentem Calaim.  
Caterum Bistonidas mala ei molientes circumfusa  
Interfecerunt, cum enses oblongos acussent,  
Quoniam primus ostenderat inter Thraces amorem  
Masculum, neq; Venerem approbauerat mulierum,  
Amputarunt igitur eius caput, idq; statim  
Vna cum testudine in mare Thracium abiecerunt,  
Clauo affigentes, ut per mare ueherentur  
Ambo simul glaucis madida undis:  
Illa uerò mare canum ad Lesbum admonuit sacram.

Edebat.

Edebat autem per mare sonus ueluti argute lyre,  
Perq; insulas, & littora salsa. Ibi uocale  
Orphei caput sepelierunt uiri.

Et testudinem quoque in tumulto posuerunt argutam, quæ  
etiam mutas

Petras, & Orci tristem aquam persuasione mulcebat.  
Post istud tempus & cantilenæ, & iucundus citharæ lusus  
Insulam occupat, quæ omnium maxime musicis artibus  
oblectatur.

Porrò Thraces ut rescuerunt Martia facta mulierum  
Sæua, & cunctos grauis inuasit tristitia,  
Suas uxores pungebant, ut in corpore signa gerentes  
Liuida, diræ cædis non obliuiscerentur.

Quinetiam ad sumendum pœnas pro Orpheo occiso, strig-  
mata infligunt mulieribus  
Adhuc hodie, propter illud flagitium.

Caterum amor tenebras omnibus offundit, ut uidetur, Menandri in  
Andria.

Et decenter affecti sunt.

Nullus hominum colat lachrymosum Amorem,  
Neq; desiderium puerile, neq; iucundam Venerem,  
Propter hæc enim Moron tristem descendit in Orcum.

Est enim Amor natura Surdus admonenti: simul etiam Menandri in  
Amiope.

Est, iuuentutem & Deum ratione uincere. (non facile  
Quod si amanti audaciam abstuleris, abit,  
Et in Ialamos ipsum inscribit amorem.

Alpheus post Pisam ubi mare ingressus est,  
Procedit in Arethusam aqua fluens oleastros uegetante  
Et dona pulchras frondes ferens, floresq; & sacrum pul-  
uerem,

Clinice.

Menandri in  
Amiope.Eiusdem in  
Theiauro.Ex Moschi  
Sicuti Buce-  
licis.

Et profundus in undis manat, sub mari autem  
Inferius profluit, nec eius aqua salugini miscetur.  
Caterum mare non sentit transeuntem fluvium.  
Sic puer ille grauius afficiens, mala machinans, arduus  
docens

Eiusdem.

Cupido, amnem quoque propter amoris uim natam docuit.  
Corpore non albus est, sed igni similis. Oculi uero eius  
Acres et flammei, mala mens, eloquium suauis.  
Non enim eadem sentit et loquitur: uox mellea.  
Quod si irascatur, animum habet asperum, atque dolosum  
Idem alatus, sicut auis, ad alium post alium uolat,  
Viros atque mulieres, et uiscera obsidet.

Ex Bionis  
Smyrnæi  
Eucolæti.

Adolescens olim auceps in nemore arboribus densa  
Dum uenatur aues fugitiuum uidit Amorem,  
Buxi ramo insidentem. Vix igitur animaduertit,  
Gaudens (quoniam auis ei permagna uidebatur)  
Et calamos simul omnes inter se coniungens,  
Huc illuc transilire uem obseruabat Amorem.  
Tandem uero indignatus, quia nihil proficiebat,  
Abiecit arundinibus senem adiuit aratorem,  
A quo hanc artem didicerat, eique rem narrauit,  
Et sedentem ostendit Amorem. Porro senex  
Subridens mouit caput, et respondit puero:  
Abstine uenatione, nec istam auem insequitor.  
Fuge procul: mala est hæc bestia, tuque beatus  
Dum non ceperis ipsam: sed cum adultus fueris in uirum  
Ille qui nunc fugit et resilit, ipse sua sponte  
Accedens subito capiti tuo insidebit.

Eiusdem.

O placida Venus, Iouis et Maris filia,  
Quid est quod adeo hominibus et dijs molesta es?

Pavus

Parum dixi: imò quid adeò inuenta es, ut illud  
Tantum omnibus malum Amorem pepereris,  
Crudelem, immitem, ingenio longe dissimilem forme?  
Cur uero alatum eundem, et sagittarium nobis dedisti,  
Ut illum quantumuis acerbum effugere non possemus?  
Nunc noui Amorem: grauis est Deus. Nimirum leana  
Vbera suxit: et mater ipsum in sylua educauit,  
Qui me exurens usque ad ossa lædit.

Theocriti.

Heu, heu: amores quantum pariunt mali hominibus,  
Varij nos amores diuersorum uitæ generum afficiunt.  
Aliquis enim nobilitatem acquirere studet:  
Alius hanc negligit, sed opum  
Vult appellari multarum pater in ædibus.  
Est cui placeat nihil sani ex animo  
Dicendo persuadere propinquis improba audacia.  
Nonnulli homines turpe lucrum, potius quam honestatem  
Querunt. Adeo hominum uita erroribus agitur.

Menandi at-  
Euripidis in  
Medea Euripidis id Rada  
mamba.

Querebat profugum quondam per deua natum  
Cypris, et in clamans, clara sic uoce locuta est:  
Nōne quis in triuijs errantem uidit Amorem?  
Ille meus puer est, qui nunc fugitiuus aberrat,  
Mercedem tali feret in dextera munere dignam,  
Suauiolum Veneris: si uero adduxeris illum,  
Non iam suauiolum tantum plus hospes habebis.  
Plurima signa insunt puero, si uideris inter  
Fortè quater quinos alios, cognoscere promptum est,  
Non est alba cutis, color inscit igneus, acres  
Flammantesque oculi, mens improba, mellea lingue  
Gratia, quod loquitur non sentit: atrocibus ira  
Si quando stimulis agitur mens aspera scuit,

Mofchi, A-  
mor fugitiuus  
Eobano Hel-  
to interpreti

Fraude dolisq; puer fallax, mendacia miscens,  
 Crudeles ludos agit, aurea uernat in ipsa  
 Vertice cæsaries, fronti non est pudor, ullus,  
 Parua manus, uerum longe iaculatur in ipsum  
 Sæpe Acheronta iacit, Plutonia regna laceffens,  
 Nudum corpus habet, mentem fallacia uelat,  
 More auium quatit excutiens per brachia pennas,  
 Nunc hos, nunc alios petit, atq; in uiscera serpit  
 Saucia sæpe uiri, percussæ sæpe puellæ.  
 Paruulus est illi, quem contrahit omnibus arcus,  
 Impositum neruo telum breue, quo tamen ipse  
 Sidera summa ferit: tergo tenuis aurea pendet  
 Plena uenenatis calamis & parua pharetra:  
 Me quoq; sæpe ipsam calamis ferientibus: & sunt  
 Omnia se uia isthæc: sed multo seuior illa  
 Parua manu fixa est, qua Solem sæpe perurit.  
 Quod si ceperis hunc, stridium preme, ne qua uideto  
 Te capiat flentis miseratio: riserit autem,  
 Fortius ipse liga: consurget in oscula noli  
 Consentire: mala hæc sunt oscula: labra, ueneno  
 Totâ tument, atq; ipsa malum sunt labra uenenum  
 Dixerit: hospes habe, nostra hæc tibi tradimus arma:  
 Et simul obtulerit, nihil accipe: talibus armis  
 Fallit & ignitum deriuat in ossa uenenum:  
 Omnia nanq; ferunt, certum dona illius ignem.

Xenophontis  
 lib. 1. Memo-  
 rabilia So-  
 cratis.

Nescis quod phalangia, quæ magnitudine ne dimidium  
 quidem obolum æquant, ubi solum attigerunt ore homines,  
 doloribus eos exagitant, & à mente alienam? Verum est,  
 ait Xenophon: immittunt enim aliquid phalangia mor-  
 dendo. O stulte, Socrates inquit, pulchros uero osculantes

non inse-

non inserere putas quidpiam, quod uisum tuum effugiat?  
 An ignoras istud animal, quod pulchrum & formosum ap-  
 pellant, uel hoc nomine phalangijs esse terribilius, quod  
 hæc tactu solum, illud uero & si non tangat, sed si quis, ip-  
 sum aspexit solum, immittit aliquid etiam eminus eiusmodi  
 quod insaniam ciere possit. Fortassis & Cupidines idcirco  
 sagittarij dicuntur, quoniam speciosi à longinquo etiam  
 uulnerant. Proinde consulo tibi o Xenophon, ut cum for-  
 mosum aliquem uideris, fugias quantum potes, ita ut ne re-  
 spicias quid è. Tibi uerò o Critobule consulo, ut integrum an-  
 nū absis: uix enim intra hoc tēpus à morsu sanari poteris.

Affectus quidam animo meo accidit: & quidnam sit, Phauorin!  
 ignoro: dicunt autem ipsum esse amorē, qui eo initiati sunt.  
 O inuide, & irrationalis dæmon imbecillum corpus inua-  
 sisti, quod tibi ferendo non est. Absisto à te dæmon: cedo  
 pugna: non tibi milito.

Est autem amor irrationalis cuiusdam cupiditatis ex-  
 cessus, qui uelocem habet accessum, tardū autē discessum. Theophrasti.

Prodicus aiebat, cupiditatem geminatum, amorem esse: Prodicus  
 amorem uerò geminatum, insaniam fieri.

Theophrastus interrogatus quid esset amor, respondit, Theophrasti.  
 anime ociose affectus.

Nonnulli amorem prædicant esse mentem, alij cupidi-  
 tatem, alij insaniam, sunt qui diuinum quendam & dæmo-  
 nium animæ motum, quidam planè deum faciunt. Quocir-  
 ca rectè aliquibus uisum est, à principio cupiditatem solum  
 esse: si uerò excedat, furorem. Et similem ei esse amicitiam.  
 Quod si humilis sit amor, agritudinem: prosperè uerò au-  
 ctus: diuinum quendam furorem parit. Quamobrem ip-  
 sum gerere facem & poëtæ dicunt, & figuli seu statuarij,

atque pictores cum face ipsum formant. Nam & ignis pars splendida, suauissima est: urens uerò, molestissima.

*Ibidem.*

Quemadmodum amicos dum sani sunt, si peccauerint redarguere & admonere optimum est: in delirijs autem et pbrenitide non pugnare illis nec aduersari solemus, sed assentire & annuere. Ita eos qui propter iram aut auaritiam delinquunt, libertate fermonis coërcere ac inhibere oportet: amantibus uerò utpote ægris danda est uenia. Proinde optimum fuerit statim ab initio amoris femini locum non dare: quod si tamè innascatur, adito altaria deùm auerunt eorum, iuxta Platonem. Frequentato sapientium uirorum conuersationes. Expelle seram abs te, priusquàm unguis & dentes producat. Sin minus iam adultij malum impugnant dum tibi erit, cum ipsum adhuc paruulum & infantè amplecteris. Sed quinam amoris unguis ac dentes sunt? Sufficio, Zelotypia. At habet quidpiam illex ac floridū. Sphinx etiam uarietatem alarum illecebrosam habuit. *R.*

Ad solis radios conuersa, aureus erat  
Bæstie color: aduersus nubes autem,  
Cæruleus: quale iubar iridis relucet.

Sic etiam Amor habet quiddam gratiosum, nec inle-  
gans sed blandum & iucundum. Rapit autem hominum  
uitas familiasq; & nuptias, & imperatores, non ænigma-  
ta proponens, sed ipsemet ænigma inuentu solutuq; diffi-  
cile existēs. Ut si quis huiusmodi ænigma componat. Quid  
sit quod oderit simul & amet, fugiat & persequatur, mi-  
netur & supplicet, irascatur et miseretur desinere uelit ac  
nolit, eadem re maxime tum gaudeat, tum tristetur. Hic sa-  
nè scirpus ægre solui & conciliari possit. Porro Sphinx  
ænigma per multa quoq; conficta habet. Non enim reuers

tripet

tripet est senex, si baculo innitatur: neque infans est qua-  
drupes, quia gressus molles & infirmos manibus fulcit.  
Amantium autem affectus, ueri sunt: amant, oderunt: cum/  
dem absentem desiderant, præsentem metuunt: adulantur,  
conuicia dicunt pro amato moriuntur, occidunt: optant  
non amare, abstinere amore nolunt: emendant, & obce-  
cant: docent, ac perdunt: imperare uolunt, & seruitutem  
tolerant. Hæc est causa cur hic affectus maxime pro insa-  
nia reputetur. Hinc amatorius uir. Euripidis inquit: Ama-  
ham. Amor autem hominibus furor est.

Amor neque subito & uniuersim gignitur, ut ira: neq; statim transit, quãuis alatum esse fama sit. Sed paulatim accenditur, & lento igne se insinuat: & si animum inuaserit, permanet diutissime ita ut in nonnullis ne senibus quidem desinat, adhuc in canis durans uegetus atq; recens. Quod si etiam cessauerit, & longo tempore solutus emarcuerit, aut ratione quasi iam extinctus fuerit, non tamen omnino deserit animã: sed exusta igne materiã relinquit, & signa præteriti caloris, quemadmodū fulmina ardentia. Doloris quidè præteriti nullū uestigiū anime adhærēs remanet, neque asperæ iræ ubi semel dilapsa est: sed statim etiã inflama-  
to cupiditatis motum asperum excitantis subsidit. Ama-  
torij uerò morsus, quamuis bestia discesserit, non emittit,  
uirus: sed exudant interna uulnera: & quid rei sit, quomo-  
do nata undèue animum illapsa sint, ignoratur.

Cyanippus natione Thessalus cum uxorem duxisset  
Leuconam, propter uenandi studiū in soluis plerūque de-  
gebat. Noua autem nupta suspicans ipsum cum alia con-  
uersari, sequuta est ipsius uestigia, & occultata sub quo-  
dam fructiceto, euentum expectabat. Ramis uerò mortis  
repentè

*Eiusdem de  
Amore.*

*Soffrati II. a.  
de Venatiōe.*

repente canes indagatores accurrerunt, ipsamq; morsibus  
instar bestie dilaniarunt. Cyanippus autem oculis quod fa-  
ctum erat intuitus, seipsum quoq; trucidauit.

**Theodori.** Smyrna Cinyre filia amore patris capta, nutrice suam  
necessitatem aperuit: quæ dolo & insidijs dominum dece-  
pit, asserens uirginem in uicinia ipsum amare. Hac fraude  
Cinyras imprudens impie cum filia noctu congressus est.  
At ueritate post cognita, stricto gladio libidinosissimam  
Smyrnam persequutus est: quæ cū ita deprehendenda esset,  
prouidentia Veneris, in arborem sui nominis mutata est.

**Sofistrati, ma-  
lini Sofistrati  
lib. 2. Tyrana-  
nicorum.  
Aristoclis li-  
bro. 2. Para-  
doxorum.**

Aeolus rex locorum circa Tusciam ex Amphithea filias  
sex habuit, & totidem filios, quorum maximus natus Maca-  
reus, Canaces sororis amore captus, reliqua defuit.

Nobilis quidam iuuenis Ephesius, filius Demonstrati re-  
uera autem Martis, genus mulierum exosus nosse ad pu-  
tris greges currens, cum asina congressus est: quæ grauidæ  
facta, puellam formosissimam peperit, Onoscelia ab euen-  
tu dictam.

**Platonis in  
Phædre.**

Quinetiam melior euades, si mihi credideris, quam si  
amatori prebueris aures. Nam amantes præter modum  
dicta & facta tua laudibus effrent, partim quia uerentur  
ne te offendant, partim quia propter cupiditatis ardorem  
in iudicando fallitur. Talia enim quædam amor designat:  
infortunatos quidem, ea etiam quæ alijs molestiam nullam  
prebent, tristia putare compellit: fortunatos autem & uol-  
si sui compotes, quæ letitia digna non sunt, cogit tanquam  
iucunda laudare. Quapropter misereri magis eos oportet,  
quam diligere.

Quid emolumentum uel damnum ab amante & non amato  
te expectandum, leges copiose apud Plutonium in Phædro.

Non

Non conuenit igitur unquam amanti necessario amen-  
ti gratificari, imò homini multo magis ab amore libero  
mentemq; habenti. Alioqui necessarium fuerit seipsum cõ-  
mittere homini infido, moroso, inuido, molesto, pernicioso  
ad rerum possessionem, pernicioso ad corporis habitum,  
longè uerò ad animi disciplinam perniciosissimo, qua ni-  
hil apud deos & homines reuera aut est aut erit unquam  
uenerabilius. Hæc ò puer consideranda sunt, atq; illud in-  
super animaduertendum, amatoris amicitiam non beneuo-  
lentia ullâ, sed auiditate quadâ expletionis quasi fame con-  
stare.

LAUS PULCHRITVDINIS,

Sermo LXV.



Vitam uidere contingat mihi ipsorum nepotes  
nepotum,

Primum quidem forma dignos regno.

Hæc enim summa uirtus existit in uita,

Corpus habere quod res pulchras increatur,

Si naturæ decus mores exornent

Boni, duplo amore accedens capitur.

Forma mulieres ornat, uirum autem robur.

Non per deos aut pictor posset,

Aut statuarius ullus, fingere

Talem pulchritudinem, qualem ueritas habet.

Nullus enim est usus statuæ, licet pulchrè fabricata sit

Nisi quis accedat, qui uim artis intelligat!

Ex thalamo prodibat prudens Penelopeæ

Dianæ similis & aureæ Veneri.

Europam, Africam, & Asiam omnem peragrans

Miracula infinita egregia, dum erroribus agor uarijs &  
molestis:

ibidem.

Menandri.

Bionis in  
Bucolicis.  
Philemonis  
Pyphoxo.

Homeri.

Menophili  
Damasceni  
Plocamii.

T4/



Tale autem iubar nunquam in speculo nec in olympo  
 Ipsos etiam deos similem puto uidisse  
 Specie, huic quæ inopinata incredibilis meam rapuit mentem  
 Vehemens, ineffabilis: sub tristi autem silentio  
 Animus meus subinde uoluit abire, solutaque mihi sunt omnia  
 membra

A capite ad calcem, sensus omnis perijt  
 De pectore: denique omnia in terram deciderunt quæcumque  
 que sustinui

Mari & terra oberrans redeundo.  
 Adeo immensus supor animum mihi inuaserat.  
 Sed memento celebrare floridos capillorum nodos.  
 O quam gloriosam te à felicissimis balneis  
 Totam uidi splendens, & similem Gratij  
 Olympum aduentibus ab Acidalio fonte.

Phavorini.

Satis forsitan fuerit uel sola facies. Si tamen simul formosus sit, facetus & affabilis.

Biansem.

Huiusmodi res est formosum esse, iucunda uisui, delectabilis auditu: & ut cum Platone dicam, sensus omnes formosus delectat. Quare pulchritudinis epulo frui non dubito. Quid enim aliud faciunt qui ora mutuo tangunt, quam animis coniungunt: si modo corporis sui terminum transire possent: quod cum nequeant, circa corpus ueluti fores, astare supplices uidentur.

Ex Melancomio.

In primis ipsam felicem existimo pulchritudinem, quæ inter humana bona maxime conspicua & suauissima diis est, hominibus gratissima: possidenti minime molesta, cognosci facillima. Cætera enim bona in homine sita, ut fortitudo, prudentia, latere possunt, nisi opere aliquo demonstrentur: pulchritudo autem latere nullo modo potest, statim enim in possi-

in possidente apparet, aut etiã à principio celerem sui sensum exhibet. Ad hæc bonis quidem plurimi inuident, & inimici redduntur: pulchritudo autem eos qui ipsam sentiunt, amicos reddit, & neminem inimicum sibi fieri permittit.

Agessilaus, cum interrogasset quidam, cur alerent conum: Quoniam inter ornamenta, dixit, minimo constat.

Aristoteles dixit, pulchritudine homines quauis epistola magis commendari.

Nonne hominum natura ex corpore & anima composita est: An uerò alterutrum nobis sufficit? Sed quomodo id fieri posset? Corpus enim nisi anima uteretur, non uiueret: neque anima existeret, nisi haberet cui inniteretur. Cum igitur utraq; cognatis sibi uirtutibus ornentur, anima quidem, iustitia, temperantia, prudentia: corpus autem uiribus forma, sanitate: an non admiratione dignum fuerit, corporis neglectis, solius anime bona recenseret?

Pintarchi pro pulchritudine.

Pulchritudo corporis, opus est anime gratificantis ei decus forme. Nam si corpus emigrante anima moriatur, nihil restat: uigor, color, oculus, & uox pereunt. Denique nihil amabile residuum est destituito corpore antiquis coloris. Formam igitur culpans, in animam quoque, ut humane pulchritudinis causam, imprudens contumeliosus es.

Ibidem.

Aristoteles interroganti cur quæ pulchra sunt amarentur: Cæci, dixit, hæc interrogatio est.

Diogenes speciosa scorta reginas appellabat: multos enim facere quæ præceperint.

Diogenis.

Quodnam premium, uel quæ uera est felicitas uitæ? & qui alij beati iudicandi, quam per Iouem qui corporis pulchritudine præditi sunt, nature dono? Illos enim plurimi seu deos aut deorum statuas maximi faciunt, & colunt inser-

Dij Pythagorici.

inseruientes eis non tamen ut debebant. Et reuera mihi uideatur pulchritudo nescio quid reuerendum & admiratione dignum continere. A cæteris enim hominibus, qui eos beneficio affecerunt, gratiam reposcunt: formosis uero, cetera ipsi agunt, quod accipere ab eis sustinuerint: Omnino enim felices formosi illis uidentur (scio) qui ipsorum pulchritudine frui cupiunt.

Pulchritudo certe desiderium sui non sine uoluptate accedentibus immitit, seipsam ueluti statuam, aut picturam aut aliud huiusmodi arte confectum opus eis proponens. Quam obrem malim ego habere formosum, quam ipsi scilicet esse: & uinum suauem ac generosum bibere, quam esse uinea & suauem proferre succum: & uestem indui pulchriam quam ipse uestis esse.

Si quo in homine hæc concurrant, ut in animo pulchri mores insint, & in corporis specie illis singula correspondeant consentiantque, eandem suscipientia ratione pulcherrimum hoc erit ei qui inspicere possit, spectaculum.

## CONTRA PULCHRITVDINEM,

### Sermo LXVI.



**A**nimus spectandus est. Nihil pulchritudo luuat, cum quis mentem non bonam habet.

Volo ut qui mente sapit, manum quoque fortiter habeat.

Deformis sim potius, quam pulcher & malus.

Socrates etiam nunc pulcher est: Alcibiadæ uero uiuentem adhuc sua destituit pulchritudo: & multi qui post pubertatem eum accesserunt, quorum nonnulli eum antea uiderant nunc etiam intuentes, Alcibiadem quærebant.

## Contra Pulchritudinis, Ser. LXVI. 401

Atqui nihil est ex alijs periculi, sed à solo corpore. Animi ornamenta salutis spem coniunctam habent, ut prudentia, pietas, actiones iustæ: item ingenua disciplina pulchritudo in familia, ciuitate, & gentibus semel constituta cum tranquilla pace perseverat. Speciosa autem forma mulierum, ansam affectibus & cupiditatibus exhibet.

Bion ad inquietantes pulchritudinis tyrannidem inesse: Pape dixit: cum tyrannis tribus modis soluat, &c.

Formosos intueri iucundissimum est: tangere autem tractare, non sine periculo licet. Imò ut Xenophon inquit, ignis quidem tangentes solū urit: pulchri uero etiam procul distantes, inflammari: Visus enim ueluti ansa est capiendi amoris.

Temere gloriari ob ætatis formam non modò filij tui Phyllidæ peccatum, sed tuum quoque dicendum est. Vide ris enim mihi neque Laconicum habere animum, neque animatum esse decet ut uirum modestum, ueram et iustam laudem respicere. Nam qua ratione meritò magni feceris corpus, quod non uiribus ualeat, sed uoluptatis mentione laudetur? Corpus enim admiratione dignum censent homines, quoniam anime coniunctum est. Ista uero quæ paulò post laudem omnem amittent deflorescente forma, minime curanda sunt uero Laconi. Quinetiam poetæ qui uirtutem celebrarunt, aut nihil aut paucissimè de corporis laudibus dixerunt: magna uero animi facinora, & sapientiæ finitima, carminibus posteritati commendarunt. Vide igitur ò Aglaidada & diuinam sententiam sequere, qua præcipitur animam post deos colendam esse: corpus autem tertio loco à superis. Est autem anime cultus disciplina, & mēs ad prudentiam composita. Nulla enim ferè alia institutio ho-

Platonis lib. 3  
de Repub.

Insuper in  
Dipo.

Uidem in  
Chyippo.

Phaorini.

Atqui

mines dijs cognatos efficere potest. *Quamobrem corpus imprudentium & si bene concinnatum esse uideas, non tam pulchrum dices. Siquidem fortitudo & prudentia pulchritudinis laudē merentur. Reuera enim dixeris ea quæ carent prudentia mentis, omnia inter homines turpia iniustaq; fore. Itaq; de Laconum genere tui gloriari poteris, cum Laconicis legibus inseruire filium docueris. Enimvero nullus aut Lacon aut Atheniensis natus est.*

LAVS NVPTIARVM,  
Sermo LXVII.

Euripidis in  
Oedipo.

**S**atis magnū regnum est marito liberi & uxor.  
Aequalem enim calamitatem uiri esse iudico,  
Liberis priuari, & patria, & pecunijs,  
Ex uxore sedula. Potius enim est, quàm solas pecunias  
Possidere,

Vxorem ducere uirum, quæ modò pudica sit.

Eiusdem.  
Apollonidæ.

Quæuis mulier prudens marito suo inscruit.  
Pape, ô mulieres, Certè inter homines  
Non aurum, non regnum, non diuitiarum luxus  
Voluptates tam eximias præbet,  
Quàm boni mariti & uxoris piæ.  
Voluntas iusta, & legitime affecta.

Theognidis.

Nihil est suauius Cyrne quàm uxor bona,  
Testis ego sum, tuq; uicissim meæ ueritatis esto testis.

Sophoclis.

Quenam domus inter homines unquam beatis  
Diuitijs & delicijs, absq; bona muliere excreuit?

Apollonidæ.

Mulieres uirtutes pro dignitate laudare,  
Sapientis alicuius fuerit & docti uiri.

Euripidis in  
Orestæ.

O prædita animo quidem uirili,

Corpore autem inter foeminas eximia.

Virum enim qui familiam perdit, prohibet uxor  
Bona ei coniuncta, & seruat domum.

Eiusdem.

Bonis & ingenuis moribus uerum inest philtrum  
Quo mulier uirum facile retinere solet.

Menandri.

Optime sunt diuitie generosam inuenisse coniugem.  
Nihil tam familiare est ô Laches,

Eiusdem in  
Andromeda.

Si quis consideret, quàm uir & mulier.

Menandri.

Virtutis est penu generosa mulier.

Astrictus nuptijs haud amplius est liber.

Euripidis in  
Antigone.

Vnum uero hoc habet commodi, quoniam affinitati

Bona coniunctus ab omni peccato sibi cauet,

Bona possessio uiri est uxor beneuola.

Hippothoon-  
tis.

Mulier marito malis aut morbis affecto  
Suauissima res est, si honestè domum inhabitet,  
Mitigans iram, & à tristitia

Euripidis in  
Phryxo.

Animū eius auertēs, delectat etiā doli eorū quos amamus.

Ex Aristonis  
cōmentarijs,

Spartanorum lex multam statuit, primam non ducen-  
ti uxorem: alteram sero duciti: tertiam & grauissimam illi,  
qui malam duxerit.

Pitacus interrogabat quendam, quamobrem uxorem  
ducere nollet: qui cum respōdisset, Quoniam si formosam  
duxero, habiturus sum communem: sin deformem, poenam:  
Haud quaquam, dixit, sed si pulchram duxeris non erit tibi  
pena: sin deformem, non habebis communem,

Gaij pro Lu-  
cilla.

Sæpius maior uxoris in maritum quam liberos beneuo-  
lentia est. Nam diuturna uite communio stabiliorem ami-  
citiā reddit, quàm liberi semel nati.

Meretrices gratia uoluptatis habemus: concubinas, ad  
quotidianam corporis curam: uxores uero, ut liberos le-

Demosthenis  
in oratione  
contra Neæ-  
ram.

gitimos gignamus, & rei domestica fidam custodem præficiamus.

Ex Musonij  
libro an philo  
sophum impe  
dient nuptiæ.

Cum uero quidam dixisset, nuptias sibi uideri impedimento ad philosophandum esse: Pythagoræ quidem dixit Musonius, non fuit impedimento, neq; Socrati, neque Cræti, quorum unusquisq; cohabitauit uxori: nec ullos alios nominare possis, qui melius illis philosophati sint. Certe Crates licet domo, supellectile, bonisq; omnibus caveret, uxorem tamen duxit: & cum latibulum nullum haberet proprium, in publicis Athenarum porticibus egit tum inter diu, tum noctu cum uxore. Nos autem qui domo progre dimur, & famulos ministrantes aliqui nostrum habemus, dicere tamen audemus philosophiæ nuptiis impediri? At qui philosophus autor & præceptor hominibus est in omni re, quæ quidem hominis naturæ conueniat. Sunt autem & nuptiæ secundum naturam si quicquam aliud. Quam enim aliam ob causam opifex hominis, primū quidem bipartito diuisit genus nostrum: deinde pudenda bina ei adiunxit, aliud mari, aliud femine: deum cupiditatem uehementem utriq; iniecit conuersationis & coniunctionis cum altero, & ingens desiderium mutuum, utriq; alterius concitauit, ut mas feminam appeteret, femina mare? Nonne igitur sit euident, quod utrumq; sexum conuersari iungiq; uoluerit, & communi opera uitam instituire, seq; mutuo uiuare, & gignere simul ac educare liberos, ut genus nostrum perpetuum esset? &c.

Ibidem.

Humanum ingenium apiculæ simillimum quæ sola uiuere nequit: perit enim si relinquatur sola: sed ad unum & commune opus suarum congenerum tota inclinat, operam suam omnem & studium proximis coniungens, &c.

Maximè

Maximè necessaria est oratio de nuptiis. Vniuersum genus nostrum ad societatem natum est. Prima autem & præcipua societas est, quæ per nuptias initur. Nam ciuitates sine familijs esse non possunt: & familia profectò inuupti manca est: integra autem & perfecta illius, qui nuptus fuerit.

Coniugalem uitam deligendam esse uiro sapienti puto: sine uxore autem, non nisi aliqua circumstantia aut casus ita suaserit. Quandoquidem igitur ubicunq; licet prudentem uirum imitari oportet: prudenti autem nuptiæ ceu bonum proponuntur, nimirum & nobis conueniens, nisi quid impedimenti prohibeat. Et hoc primum sit argumentum. Videtur autem & ipsa natura multò prius quam uir sapiens, utpote quæ & ipsum sapientem ad nuptias instigat, nos admonere. Non enim gregales nos solum, sed etiam uiuantes, id est, ut bini ageremus, fecit: & huic societati unum communeq; opus, liberorum progenerationem dico, & uitæ stabilis conuersationem proposuit. Probè uerò ipsa natura nos docet quod ex ipsius constitutione ea quæ facere decet deligi oporteat. Quippe singula animalia uitam naturali suæ constitutioni idoneam uiuunt: & per Io uem stirpes quoq; omnes similiter, eo quidem modo quo uita ipsis tribui potest: non enim ratione aut reputatione aliqua utuntur ad eligendum res dijudicandas. Verū planta sola natura utuntur, animæ expertes: animalia uerò phantasijs ad res sibi commodas trahuntur, & cupiditatibus impelluntur. At nobis natura rationem donauit, ut & alia omnia, & cum omnibus, imò antè omnia ipsam naturam consideret, ut ad ipsam ceu scopum rectè splendideq; propositum feratur, & quicquid ei consonum est eligens, ad uitam decentem nos promoueat.

Hieroclis ex  
libro de Nu-  
puijs.

Ibidem.

Ibidem.

Proinde non errauerit aliquis, domū sine nuptijs man-  
cam esse dicens. Nam neq; pars princeps sine subdita, neq;  
subdita sine principe animo potest concipi. Hæc sanè ratio  
non parum efficax mihi uidetur ad commouendum illos,  
qui à nuptijs alieni sunt.

Ibidem.

Quin etiam utiles esse nuptias assero, primum quia di-  
nitum reuera fructum produciunt liberorum generatione,  
qui nobis & ualentibus adhuc, utpote consanguinei, in om-  
nibus negotijs opem ferunt: & ætate cōfectis senioq; pres-  
sis boni sunt auxiliarij, familiares quidem in secunda fortu-  
na. Letitiæ socij: in aduersa uerò condolentes rerum tristitiæ  
successores. Sed etiam præter liberorum procreationem  
utilis est cum muliere coniuctus. Primum enim externis la-  
boribus attritus suscipit officioso tractans, & omni cum  
studio recreans: deinde animi tristitiæ obliuionem indu-  
cit. Tristiores enim uitæ partes, & in uniuersum omnis soli-  
citudinis aut negotium agentes nos circa forum, gymnasiū,  
rus, aut inter amicos & familiares non tam euidenter mo-  
lestant, neccessarijs occupationibus admixta, & ceu caligi-  
ne quadam eis obducta: expeditis autem inde, ac domum  
regressis animoq; in ociū restituto, & ita molestiam senti-  
tiente suam, tædium per hanc occasionem augetur, si uita  
solitaria & beneuolentiæ expertis sit. Mulier uerò præsens  
magnum hic etiam solatium addit, interrogans aliquid de  
rebus externis, aut de domesticis ad ipsum referens, & in  
commune deliberans, unde gaudij non nihil animi eius ni-  
mè simulata promptitudine & honesta Letitia nascitur.  
Ceterum qualis sit uxor in festis ad uictimas & sacrificia  
communiter procuranda: qualem se gerat peregrinante ui-  
ro, ad familiam stabiliter conseruandā, & non prorsus sine  
impe-

imperio: quale numen famulis uideatur: qualem se præ-  
beat in morbis, quā sedulò auxilietur, hæc inquam omnia  
singulatim recensere nimis longum foret. Sat autem fuerit  
summam dixisse, nempe omnes homines ad uitā mediocri-  
ter transigendam duo requirere, auxiliū à cognatis, & si-  
militer affectam beneuolentiam. Nihil autē reperias quod  
æque cum alio afficiatur & condoleat ac mulier, neq; ma-  
gis cognatum quām liberos. Vtrunq; autē nuptiæ præbēt:  
quomodo igitur non utilissimæ nobis fuerint? Insuper &  
pulchram existimo esse coniugalem uitam. Nā quod aliud  
huiusmodi ornamentū dor:us esse potest, quale per mariti  
& uxoris consortium efficitur? Non sanè præciosa ædifi-  
cia, & sublimes muri, & peristilia uel ambulacra ornata  
lapidibus, quos pleriq; ob ignorantiam uirtutis admiran-  
tur, neq; pictura, et fornicati myrrhinones, nec aliud quip-  
pianæ uulgus stupet, ornamentum est domus. Sed uiri  
& mulieris coniugium, qui mutuo copulantur, & sacri  
sunt dijs nuptialibus, nat. altijs, laribus: & inter se consen-  
tiunt, nihilq; non commune habent usque ad corpora, imò  
ipsas animas: qui domi & famulis decenter præsent, libe-  
ros alunt & instituunt, deniq; eorum quæ ad uitam neces-  
saria sunt curam gerunt neq; anxie neq; negligenter, sed  
moderatam, & ut par est: tale inquam coniugium ædes ex-  
crinat. Quid enim melius & præstantius fuit, ut cum ad-  
mirabili poëta Homero dicam,

Quam cum chara domi coniunx fidusq; maritus  
Vnanimis degunt? Quocirca non raro miratus sum illos,  
qui molestam opinantur cum uxore uitam. Nec enim per-  
uocem uxor onus aut molestia est: sed contra facillimè ac  
sine negotio ferri potest, imò res molestas et pergrauas ipsa

leuat. Nam nihil tam onerosum est, quod uir & uxor non facillime ferant concordēs, & communi opera quicquid est ferre uolentes. Caterum imprudentia omnino grauis est, & ægre ferri potest à possidentibus ipsam, ut quæ res etiam per se faciles, onerosas efficiat, & inter alias uxorem quoque. Non paucis enim intolerabiles fuerunt nuptiæ: nõ quod sua culpa aut suapte natura talis sit cum uxore societas. Sed quando ducimus quas non oportebat, & ipsi quoque planè imperiti sumus in uita, neq; instructi ad ducendum ingenuam uxorem, tum usuuenit ut difficilis ac intolerabilis societas sit. Hoc sanè modo nuptiæ uulgo eueniunt. Non enim procreationis liberorum, aut uitæ societatis gratia ducunt uxores: sed alij propter magnitudinem dotis, alij excellentia formæ, alij uerò alijs istiusmodi causis ducti, ceu malis consiliarijs usi, de ingenio & moribus sponsæ nulla cura habita, in perniciem suam nuptias celebrant, & coronatis foribus pro uxore tyrannum sibi ipsi introducunt, cui ne breui quidem tempore resistere, & de primatu cum eo certare possunt. Itaq; constat non propter se, sed iam dictas ob causas, multis molestas ac intolerabiles fieri nuptias. Oportet autem, ut aiunt, neq; inculpata culpæ, neque ex imbecillitate nostra & utendi ignorantia rebus crimen impingere. Quin & aliter absurdum, fuerit, ubiq; uenari occasione amicitiarum, & amicos nobis sociosq; comparare, ceu futuros auxiliares in uitæ difficultatibus: recreationem uerò auxilium, & opem illam, quæ à natura, legibus, atq; dijs bis exhibetur, nempe uxoris et liberorum, non inquirere & comparare.

Nobilis animosus, placidus, et ciuilis iuuenis, considerat domum uitamq; perfectam consistere non aliter possit.

quam

quàm cum uxore & liberis: secus enim mutila foret, quæ admodum ciuitas non illa modo, quæ mulieribus solis, sed etiam quæ uiris solis cõstat imperfecta est. Certè ut greges & armenta sine foetibus laudari non possunt: sic neq; ciuitas & familia, idq; multo minus. Hæc apud se reputat iuuenis generosus, & quod hominem ingenio ciuili præditum, commune negotium patriæ oporteat augere. Nam alia ratione ciuitates seruari non possent, nisi optimi quiq; ciues, & generosorum filij, prioribus tanquam arboris pulchræ folijs marcescentibus & defluentibus, uxores tempestiue ducerent, et liberos ceu generosa quædam germina patriæ successores relinquerent, ut ipsam florere semper, & in uigore perpetuo durare efficerent, nunquam hostibus oppugnatu facilem fieri pro uirili sua molientes. Hoc igitur sibi scopo proposito, ut & uiui & defuncti patriam tueantur & adiuuent, nuptias cõtrahere maxime necessarium, ac in primis conueniens æstimant, cum omnia quæ requiruntur à natura perficere cupientes, tum illud apprime quod salutem & augmentum patriæ, ac multo magis diuinum cultum attinet. Quandoquidem si genus humanum deficeret, quis sacra faceret dijs? Nimirum lupi aliqui, uel tauricidarum genus leonum. Profectò quisquis uxorem & liberos non expertus est, uerissimam & genuinam beneuolentiam ignorat. Aliæ enim amicitia & beneuolentia animorum inclinationes, similes sunt mixtionibus leguminum, aut aliorum huiusmodi, quæ inuicem apponuntur: uiri autem & uxoris amor mixtioni quæ tota per totum fit, ut uini cū aqua. Reuera enim undequaq; commiscetur coniugalis amor, cū non solum opes & liberos omnibus charissimos, & animam, sed etiã corpora soli coniuges cõmunia habeant.

Alia quoque ratione maximus hic amor est: quoniam alia societates, aliorum etiam quandoque declinant: in matrimonio autem ad unum solum neque mariti animi respectus fit, &c.

Ibidem.

Quemadmodum enim si quis unam habens manum, alicunde et alteram adipiscatur, aut unico pede utens, etiam alterum aliunde acquirit: facilius multo aliquid apprehendere, aut quod libuerit, ire potest: ita qui uxorem duxit, facilius fructur salubribus et utilibus uitæ commoditatibus. Nam coniuges pro duobus oculis quæternos habent: et pro duabus manibus totidem alias, quibus unam à iumentis, scilicet agent opus manuum. Proinde fessis aut læsis alteris, alteræ suum officium præstabunt. Coniugium igitur quod unius membri uice ex geminis coalescit, felicius omnia ad ministrare in uita poterit. Quapropter ille qui uxoris introitum degravare uitam, et difficilem ad agendum reddere existimauerit, haud aliter afficitur, quam qui plures pedes assumere prohibuerit, ut si multum itineris conficiendum fuerit, non attrahendi sint plures: aut qui plures habentem manus accusauerit, tanquam illis propter multitudinem impedimento futuris si quid agendum fuerit. Eadem certe ratione si quis ueluti alterum seipsum ascuerit (nihil autem interest siue uir siue mulier fuerit) multo lenius minorique labore perficiet omnia quæ uirum honestum decent opera, tum in literarum studiis, tum in reipublicæ tum in utrisque tranquillius uersari cupientem, quanquam utrumque simul perfecte præstare difficile sit. Nam quo quis remotior à rei familiaris cura esse uoluerit, eo magis assumenda est quæ administrandæ eius prouinciam subeat, ut ipsi circa necessarias res parandas minime occupetur. Huc pertinet illud Comici carmen: Uxorem semper illi duciturum pu-

to, &amp;c.

to, Cui magna familia gubernanda est domi: Ut ocio fruatur ipse, et libere. Domi relinquens æconomum deambulet.

Quod ad nuptias attinet, his uerbis consolari debemus: quod naturæ perpetuitatem promouere oporteat, et filios filiorum relinquendo semper deo ministros pro seipso tradere. Platonis Legum, 6.

Gignere debemus et educare liberos, uitam ceu lampadem alijs post alios tradendo. Ibidem.

QVOD VXOREM DUCERE NON bonum sit, Sermo LXVIII.



Visquis uxorem ducere deliberat, non deliberat Recte: nam ubi deliberauit, statim ducit. Anaxandridæ

Quod multorum uitæ malorum initium est.

Nam si quis pauper, pecuniosam uxorem duxerit, non uxorem, sed dominam habet, Cuius famulus est, et seruus. Quod si duxerit Nihil ei afferentem dotis, iterum fit seruus. Oportet enim deinceps unius loco duos alere. Duxit aliquis turpem, non amplius ei iucunda est uita. Neque omnino domum ingredi libet. Formosa ducitur: non est illa Magis mariti sui quam uicinorum. Itaque nullo modo malum cauere potes.

Quis quæso sanus et mente constans unquam audeat Uxorem ducere cum uitam autem multo suauius egerit?

Alexidæ.

An non satius est homini prudenti Infamem fieri potius, quam uxorem ducere, Si pauper furrit? Infames enim non sinit Lex, magistratum nactus imperare proximis. Postquam uero duxerit uxorem, ne tui quidem ipsius dominum

Esse

Esse tibi licet, sed poenas solum & litigia  
Quotidiana uitæ possidemus.

Philemonis.

Perpetuum & necessarium malum est mulier,

Menandri.

O ter infelix quisquis in paupertate ducit uxorem,

Et liberos gignit. Stolidus sane uir est

Qui necessarias quoq; res non custodit.

Neque si quid acciderit infortunij, in reliqua uita

Emendare aut obtegere id potest pecunijs:

Sed uitam omnibus detectam & miseram

Degit tempestate oppressus: tristium habens

Partem omnium, bona uero consequi non ualens.

Nanachij.

Pulchrum sane est, corpus habere castum, in domitium  
que manere

Virginem, & puris cogitationibus perpetuo gaudere:

Nec onus laboriosa circa illa ferentem,

Neq; trementem suspiriosas Lucinæ parturigines:

Sed permanere quasi reginam inter imbecillas mulieres,

Splendidum animæ oculum ad illam uitam emittendo,

In qua gloriosa & uera sunt nuptiæ, ubi commixta

Diuinis uerbis lumine plenas meditationes parit.

Quod si & alienam desideres uitam,

De ista quoq; præsciens tibi dicā, quomodo cōficiendū sit

Nauigatio, ut aiunt, secunda animo leto.

Philippidæ

in Ananeusa.

Dicebam tibi ne duceres uxorem, sed suauiter uiuere.

Bonum est Platonis dogma illud Phidyle:

Non esse ducendam uxorem, neq; fortunæ

Oportere se pluribus negotijs auctum obijcere.

Hipponasias.

Bini sunt cum uxore iucundissimi dies,

Alter quo ducitur, alter quo mortua effertur.

Epicharmi.

Nihil est in inçlyta terra muliere grauius.

Novi expertus, felix ille qui ignorat.

Nullus unquam mihi amicus uxorem ducat.

Tu qui uxorem ducere statuisti, scito quod

Bonum habebis: si minus malum delegeris.

Nuptiales leges non bene conditæ sunt.

Oporteret enim hominem felicem quàm plurimas habere

Vxores, si modò uictus domi suppeteret:

Vt malam expelleret foras,

Bonam uero libenter sibi serualet.

Nunc autem ad uitam solum respiciunt, uehementer

Periclitantes: in experti enim morum

Sponsas in ædibus constituunt homines.

Felices aio homines in nuptos & sine liberis,

Vna enim est anima, cui pro seipsa dolere, onus est me/  
diocre,

Nunquam plus exhilarare nuptias, quàm grauari di-  
xerim.

Multos diuitijs & genere gloriantes,

Dedecore stulta domi mulier affecit.

Hominem solum quantum uis angusta fortuna alit.

En uxorem hanc ego tibi trado

Phædræ. Videor autem mihi additurus ignem igni.

Vxorem habere, & liberorum esse parentem

O Parmeno, multas in uita solitudines adfert.

Nunc uero nihil sum sola. Verum sapius

In hunc modum consideravi mulieberem naturam,

Quod nihili sit: Puellæ quidem adhuc cum parente

Suauissimam omnium uitam agimus.

Semper enim omnes iucunde stultitia nutrit.

Vbi uero ad pubertatem hilares peruenimus,

Menandri.

Eiusdem.

Euripidis in  
Ilo.Eiusdem in  
Alceide.

Ibidem.

Eiusdem in  
Sthenobœa.Philemonis  
Aristophanis  
in Polydo.

Menandri.

Sophoclis in  
Tere.

Pellimus



Pellimur fores, atq; diuendimur,  
 Procul à dijs patrijs & parentibus,  
 Aliæ uiris peregrinis, aliæ barbaris,  
 Aut in ueras familias, aut auxiliares.  
 Et hæc, ubi nox una tantum nos coniunxerit,  
 Approbanda nobis sunt, & rectè habere existimanda.

Philetæ.  
 Diphili.

Egregiè uiues, si non habueris uxorem.  
 Bonam uxorem consequi, non facile est.

Chærcemonis.

Sepelire uxorem, quàm ducere, melius est.

Philemonis.  
 Hippothoi.

Quisquis instituit uxorem ducere, poenitentia incipit.  
 Africtus nuptijs, non amplius liber est.

Menandri.

Quisquis mortalium uiuere uult suauiter,  
 Vxores alijs ducentibus ipse abstineat.

Theodestis.

Similes res sunt senectus & nuptiæ.  
 Vtramq; enim consequi desideramus:  
 Postquam uerò nacti fuerimus, tristamur.

Antiphanis.

Infortunium extremum nuptiæ sunt.

Menandri.

Paternæ opes uerè beato possidende sunt.  
 Quæ uerò domum ingrediuntur cum uxore,  
 Neq; tutam sui possessionem, neq; letam præbent.

Thaletis.

Thales roganti matri, ut uxorem duceret, Nondum esse  
 tempus, dixit: deinde maior natu, non amplius esse tempus.

Socratis.

Socrates interrogatus, quinam homines poenitentiam  
 incurerent: Qui uxores duxerunt, respondit.

Platonis.

Plato interroganti cuidam, an uxore ducta philosophi  
 ri deberet: cum nescias dixit te solum seruare, an uxorem  
 quoq; super humeris te seruaturum speras?

Lysia.

Mulier enim eo die quo prostituerit corpus, & pudicitie  
 modum deseruerit, statim animū immutat, ita ut fami-  
 liares pro inimicis habeat, alienos autē sibi fidos reputet.

ac de

ac de honestis & turpibus contrariam opinionem induat.

Lycurgus consulenti cuidam, ut contra non ducentes  
 uxorem poenam statueret: graue onus mulierem esse dixit.

Thales interrogatus, cur in uigore ætatis liberos non  
 procreasset, respondit. Quia nolui sponte negotium uitæ  
 facessere, & eius tranquillitatem turbare.

Cum semel uxor beneuolentia in maritum priuata est,  
 minime uitalis ei reliqua uita est.

Epaminondas interrogatus, quidnam utilitatis caperet  
 uir in nuptus: respondit, Pro patri mori non dubitare.

Magnum profecto homini certamen nuptiæ sunt. Nam  
 si uxor incommoda contigerit, quo pacto leuabis calami/  
 tatem? Difficile est illam ablegare & pro amicis inimicos  
 sibi parare, quotquot illi cognati & animis coniuncti sunt.  
 Graue autem est rem huiusmodi possidere, & uoluptates  
 comparare sibi existimantem, dolores asciscere. Verū age  
 tacēdo deteriora, ea quæ omnium commodissima sunt re-  
 censeamus. Quid enim homini suauius fuerit, quàm uxor  
 grata? Quid inquam dulcius cum alijs, tum in ætate iuue/  
 nuli? Sed eidem rei cui iucunditas inest, in uicino est mole/  
 stia. Nam uoluptates non solæ accedūt, sed comites earum  
 sunt tristitiæ & labores.

### QUOD PRO DIVERSIS CONIUGVM

moribus nunc profint, nunc obsint  
 nuptiæ, Sermo LXIX.



Vando maritus uxorem domum ducit  
 Non solum ut uideatur, uxorem accipit  
 Sed unā cum ipsa quoque introducit.  
 Aut bonum sibi dæmonem, aut contrarium.

Theodestis

Audite

Sufarionis.

Audite populus, hæc inquit Sufarion:  
Malum sunt mulieres: ueruntamen ô populares,  
Hoc sine malo domum inhabitare non licet,  
Nam & uxorem ducere, & non ducere, malum est;

Euripidis.

Non omnes aut infortunati sunt in nuptijs,  
Aut fortunati. Calamitatem est autem, qui incident  
In malam mulierem: felix, qui in bonam.

Menandri.

Mulier sumptuosa, res est molesta, neq; finit  
Maritum pro arbitrio uiuere. Fit tamen aliquid  
Boni ex ipsa ô iuuenes: affectum enim a gritudine  
Virum magna diligentia curat,  
Infortunatum non deserit, & defunctum  
Sepelit, ornâtq; familiariter. Respicenda tibi  
Hæc sunt, ubi quid ex rebus quotidianis molestum fuerit  
Sic enim omnia feret: at si recensueris  
Id semper quod molestum est, non uicissim considerans  
Bona simul narranda, ferre tandem non poteris.

Euripidis.

Felix cuiuscunq; coniugium prosperè successit  
Vxoris bonæ felix & ille qui nullam duxit.

Hesiodi in  
Operibus.

Haud etenim uxore melius quicquam uir acquirit  
Bona: Mala uerò nihil est deterius  
Clanculum abliguriente, quæ uirum utcunq; egregium  
Vrit sine torre, & ad crudam impellit senectam.

Eiusdem in  
Alcæone.

Mulier uel fructum uel morbum marito  
Maximum affert, quod uos admoneo.

Philippidæ.

Deformem uxorem duxisti, uerùm diuitem.  
Cubes igitur iniucundè, suauiter epulans.

Euripidis in  
Protesilao.

Quisquis omnes uno sermone uituperat  
Mulieres simul, rudis est, non sapiens.  
Multæ enim cum sint, aliam inuenies malam;

Aliam uerò ut hæc est, animo præditam generoso.

Vxorem ducere, si quis ueritatem consideret,

Malum quidem est, sed necessarium malum.

Nihil serè deterius existit mala

Muliere: bona uerò eximie, nihil

Est melius: differunt autem ingenia.

Quid enim uiro calamitosius fuerit, quam non potiri  
fida uxore?

Quibuscunq; hominibus bene constituta sunt nuptiæ,  
Illorum beata est uita: quibus autem malè cesserint,  
Tum domi, tum foris infortunati sunt.

Adeo nullum incommodum maius muliere

Mala uir habere potest, neq; moderata

Melius. Vnusquisq; autem, quæ sibi contigerunt expertus,  
narrat.

Sic etiam malum uiris mortalibus mulieres

Iupiter altitonans fecit socias operum

Molestorum, & alterum malum pro bono largitus est.

Quicumq; nuptias fugiens, & plena curis mulierum opera

Vxorem ducere noluerit, & perniciosam senectam attigerit

Sine liberis curantibus eum, hic alimoniam non inops

Viuit: defuncti autem opes diuidunt

Alieni raptores: ille uerò qui nuptias celebrauit,

Et uxorem duxit sollicitam, & prudentem,

Aequalia bona malis in uita sortitur.

Ne quid agas temerè, neq; tuis malis

Comparans adeo accuses uniuersum genus mulierum.

Multæ enim de nobis amulatione dignæ sunt,

Aliæ uerò ex numero malarum.

Vxorem ducere, perinde est ac ter senas

Menandri.

Euripidis in  
Menalippe.Eiusdem in  
Alceide.Eiusdem in  
Oreste.Sophoclis in  
Phædra.Hesiodi in  
Theogonia.Euripidis in  
Hecuba.

Epicharmi.

Aut res tesseras fortuito iacere.

Nam si compositam moribus acceperis,

Et cætera non molestam, felices habebis nuptias.

At si frequenter exeuntem domo, loquacem, & sumptuosam duxeris,

Non uxorem habebis, sed instructum per uitam infortunium.

Quæ uis mulier proba marito suo inseruit:

Improba uerò, per uecordiam contemnit uirum.

Miserimum est muliebree generis, postquam odio haberi coepit.

Nam quæ peccarunt, etiam immeritis

Dedecori sunt mulieribus. Et communicant uituperium

Male non malis. Et quantum ad nuptias attinet,

Nihil beneuolentiæ uidentur erga uiros gerere.

Mali semper uxores ducunt ex similibus.

Abstineo ne quid grauius dicam propter noueracamen: multa enim nomina ad confirmandum odium præoccupantur: & noueram uera dicere uix creditur. Verum non oportet ex significatione nominum de moribus iudicari: quandoquidem non pauci hætenus, qui infames nomenclaturas habebant, ingenio præditi fuere non male. Alij rursus honestis à natura nominibus ornati, animis et similibus ad opera accedunt.

Mortuus est ille cum plurimum uxoris amore flaguaret, & maximum illi desiderium sui reliquit. Nihil unquam inter se contumaciter loqui aut dicere ausi sunt, sed ita in decore & officio suo ambo perseverauerunt, tanquam industria declaraturi uerecundæ modestæ plurimum legitimo amanti adesse. Itaque longo mihi tempore maritus conuixisse uidetur. Semper enim conuictus eis æqualis in

Euripidis in Oedipo.

Eiusdem in Mitalippe.

Eiusdem in Alexandro. Causa pro Lucilla.

Themistij ex libro de Antiquitate.

tegro fuit decennio. Aliæ uerò mulieres cohabitant potius quam conuiuunt maritis suis, dum illis molestæ sunt aut zelotypia erga eos laborant, aut propter pecunias discedunt, aut maledicunt eis, aut ad tempus relinquunt beneuolentiam mutuam & conuictum interuolantes. Quod si spaciū illud temporis, quo hæc faciunt, separet, breue admodum illud quo uerè conuixerunt, tempus relinquitur.

Vitæ ac generationis liberorum communione, esse nuptiarum dicebat. Siquidem sponsum & sponsam hoc nomine inter se conuersari oportet, ut simul & uiuât, & unâ liberos gignant, & omnia existiment communia, nihil uerò proprium, ne corpus quidem suum. Per magni enim faciendâ est hominis generatio, quæ tali coniugio producit. Verum hoc non satis est ad nuptias, cum & aliter ipsis citra nuptias coniunctis fieri posset: sed omnino communis uita in matrimonio requiritur, & mutua uiri uxorisque cura, alterius pro altero, tum in secunda tum aduersa uoletudine, denique omni tempore. Huiusmodi curam & procreationem liberorum unusquisque desiderans nuptias contrahit. Vbi igitur hæc procurandi diligentia perfecta est, & perfecte à coniugibus exercetur, dum alter alterum superare contendit, tum nuptiæ se habent ut conuenit, & emulationem merentur. Optima enim est huiusmodi communio. Vbi uerò uterque suam rem solum considerat, altero neglecto, aut alter saltem ita affectus est: & licet eandem domum habitet, animo tamen foras prospicit, non uolens adiuuare coniugem, & consentire, ibi necessario societas perit, & res coniugum male se habent, ita ut uel omnia dirimantur, uel conuersatione, quæ deteriori solitudine sit, utantur.

## DE VXORIS PETITIONE, ET AM.

plus de nuptijs, Sermo LXX.

Euripidis in  
Menalippe.

Quicumque nuptias fato sibi non destinatas  
ambiant,

Frustra laborant. Vxor autem viro fatali  
Manēs, etiam absque omni cura domum in-  
greditur,

Eiusdem.  
Euripidis in  
Antiope.

Ne gignas liberos dijs inuitis.

Sapientem oportet affines sibi comparare suæ fortunæ  
homines

Eiusdem in  
Menalippe.

Quicumque nuptias aut genere præstantiores contrahit,  
Aut multarum opum gratia, uxorem ducere nesciunt,

Vxor enim imperans domi

Subijcit maritum, ita ut non sit liber amplius.

Opes autem nuptijs acquisite uxoris

Inutiles sunt, ac citò dissoluuntur.

Menandri.

Si quis pauper nuptias instituerit,

Et allatas ab uxore pecunias acceperit,

Hic dat seipsum, non illam ducit.

Euripidis in  
Mecleagro.

Si mihi ducenda esset uxor, quod dii auertant,

Malim ex illis mulieribus, quas labor quotidianus ex-

Familie meæ prolem suscipere,

Nam & pater & mater si uitam

Duriusculè uiuant, meliores procreant liberos.

Menandri.

Res due potissimum uxore ducturo consideranda sunt.

Nempe aut facies blanda, aut boni mores:

Hæc enim alunt beneuolentiam mutuam.

Hæciodi in  
Operibus.

Ducas aut uirginem, ut bonis moribus ipsam instituas,

Omnia diligenter circumspiciens, ne uicini tuas nuptias  
irrideant.

Theognidis.

Canes & equos nobis ô Cyne querimus

Nobiles: & libet ex bona progenie

Suos iniri. Malam uerò uxorem maliq; patris filiam ducere non curat

Vir bonus, modò ei magnam dotem adferat.

Adhortor autem omnes homines,

Vt ex bonis uiris bonos liberos gignant.

Sic enim nunquam malus euentus accidet.

Euripidis in  
Antiope.

Vulgaria ista præcepta haud latere te puto, non tam re-  
spiciendam esse nobilitatem, & gloriam parentum, quam  
ipsam uxorem. Multæ enim perquam honestis & bonis  
parentibus nate, deprehensæ sunt mala, & impudicæ. Pe-  
cunias autem alij prorsus non solent morari: alij uxorem  
omnino aliter non ducendam existimauerunt, nisi diues es-  
set ac dotem magnam afferret. Verum hic apparet egre-  
gia seruitus, si quis seipsum tum uxori opum luxuria dif-  
fluenti, tum pecunijs adulatoriè submittat, & si maxime li-  
ceat pecunias ab ea acceptas insumere. Quod si quis meæ  
sententiæ fuerit, uel paruam dotem libenter capiet. Multo  
enim præstat uxorem uirginem & rari nutritam inquirere/  
re sibi, & studiosè accersere, quæ idonea sit, si oportue-  
rit uel aquam haurire, uel ignem accendere suo tempore,  
non tamen illiberalis aut mechanici ingenij: & quæ mo-  
lere aliquando, & ad mole stridentis sonum ueluti ad ty-  
ram accinere possit. Et enim hæc exercitia mulierem robu-  
stam reddunt, & in rem sunt familie. Quoniam uerò qui  
uxores ducunt, initio nesciunt quales tandem futuræ sint  
moribus, Indi & ipsorum sapientes hoc modo uxores du-  
cunt, & nunquam se falsos aiunt. Nempe nõ propter opes  
& gloriam uiri Indi ac diuitis filiam ducunt, sed ipsam puel-  
lam

Nicostrati de  
Nuptijs.

lam eiusq; faciem & pulchritudinem studiose considerat, idq; non ita ut nos, nec intemperanter, sed arte quadam sapienter faciunt. Benigni enim oculi summam animi pulchritudinem comitantur: & fieri solet ut qui non excandescit, nec facile irascitur, aut bile mouetur, faciem splendendam serenamq; habeat. Qui uerò malignus & dolosus fuerit, is statim & oculis transuerse implacideq; intuetur: qui stolidus ac simplex est, pupillas & oculos patentes gerit, ut asini & oves. Cui supercilia coniunguntur, improbus est: cuius superficies in uultu non rubet, sed obscura caliginosaq; est, huius anima nunquam ullo modo exhilaratur. Ceterum eiusmodi nec non modo uirginibus & mulieribus, sed etiam uiris insunt, &c.

Antipatri ex  
lib. de conui.  
cu Vxorib.

Vxor non temere ambienda est, sed omnino circumspicienda: non diuitiarum, non turgide nobilitatis, non uoluptatis ullius, non deniq; formæ gratis, nam hæc quoq; ut plurimum fastum & dominandi libidinem excitare solet. Primum itaque de moribus & ingenio parentum percundabimur, an civilis sit pater, nemini molestus, non ingratus, modestus, iustus, & qui rebus uanis non oblectetur, & alia huiusmodi. Deinde matrem quoque considerabimus, in cuius conuictu educata est nuptura, & moribus eius imbuta. Postea desponsa, an illam, ut par est, instituerint, neq; officio suo defuerint, & amori in ipsam nimis indulgendo utilitatem eius neglexerint, omni studio inquirendum est per seruos simul & liberos, tū domesticos tū externos, nec non per uicinos, & alios qui ingrediuntur, ut amicos ad cōuuiua, & coquos, & opifices, et mulieres nutrices, et alios deniq; artē manuaria in utrouis sexu exercetes. Hoc enim facile introducit pleriq; et res magnas ipsoru fidei præter dignitatem committunt.

Oportet

Oportet uxorem ducturos, non respicere nobilitatem generis, neque dotis magnitudinum; neq; corporum formositatem. Non enim opes, aut forma, aut nobilitas magis possunt uel societatem uel concordiam promouere: neque ad meliorem liberorum procreationem quicquam faciunt. Verum corpora quidem nuptijs sat idonea sunt, quæ sana fuerint, formæ mediocris, & ad laborem ualida, huiusmodi quoq; minus exposita sunt lasciuorum hominum insidijs, & corporis labores fortius subeunt, & liberos sufficienter procreant. Ingenia uerò habenda sunt optima, quæ ad temperantiam, iustitiam, omnem deniq; uirtutem habilissima sunt. Nam quæ nuptiæ quæ so citra concordiam honeste sunt? aut quæ societas utilis? Quomodo autem concordies inter se fuerint homines improbi? Vel quo pacto bonus cum malo consentiet? Nihilò certè magis, quam ligno recto cum incuruo, aut duobus curuis inter se conueniet. Nam curuum & simili suo adaptari non potest, & contrario, nempe recto, longe minus. Itaq; malus etiam malo, nec amicus esse, neque consentire potest, & multo minus homini bono.

Nuptias frugales, & æquales opibus celebrato.

Cleobulus dixit, filias uiris elocandas esse ætate uirginibus sed prudentia matronas. Chilonis.

Pericles Atheniensium imperator, duobus filiam eius ambientibus, quorum alter diues ac imperitus erat, alter uerò pauper & studiosus: elocauit eam pauperi, inquiens illum qui diues fieri possit, meliorem esse quam qui iam sit. Periclis.

Democritus dixit, quod ille qui bonum generum nactus sit, inuenerit filium: qui uerò malum, simul & filiam perdidit. Democriti.

QVOD IN NVPTIIS VTRIVSQVE  
 atas consideranda sit, Sermo LXXI.

Euripidis in  
 Phœnicæ.



Olesta res est, si homini seni liberi  
 Contigerint: non tempestiua amplius sunt nu-  
 ptia.

Vxor enim senis sponsi domina est.  
 Incommoda est uxor iuuenis uiro seni,

Theognidis.

Non enim gubernaculo instar nauis regi potest,  
 Nec anchoris detineri: sed abruptis funibus  
 Sæpius de nocte alium portum habet.

Euripidis in  
 Æolo.

Malum est iuuenem uxorem, uiro iuueni coniungere:  
 Diuturnior enim est maritum uigor.

Fœmineum uerò corpus citius pubertate destituitur.

Sapphus.

Si nobis amicus es, lectum iuuenilem sequere.

Ego enim iam natu grandis, nõ sustinebo tibi conuersari.  
 Ego enim coniugem habeo, qua cum honestè uiuere  
 Iustum est, ad senectutem usque.

Hæsiodi in  
 Operibus.

Ætate matura uxorem domum ducito.

Neq; multo minor natu triginta annis:

Neq; multo maior. Istæ enim tempestiua sunt nuptia.

Virgo autem pubescens anno decimo quarto, nubat deci-  
 mo quinto.

Euripidis in  
 Danae.

Et nunc iuuenes adhortor omnes,

Ne in senectute nuptias celebrent,

Sed paulatim in iuuentute liberos procreent. Nihil enim uo-  
 luptatis habet,

Et res est inimica mulieri uir senex.

Maturè igitur ducenda uxor. Nam & educatio liberorum  
 res est honesta,

Et liberi adoleſcentes pati adhuc iuueni iucundi.

Senex

Senex maritus, uxori iuueni ingratus est.

Scimus autem omnes homines, cum inæquales ætate  
 nuptijs coniunguntur, immoderatè indulgere iuuentuti.

IN CONTRAHENDIS NVPTIIS  
 non oportere nobilitatem, neque diuitias  
 spectare, sed mores, Sermo LXXII.



Go mihi hanc legem

Sancio, et approbo iuxta hanc sententiã facere.

Melius enim est bene educatam ducere

Vxorem sine dote, quàm cum pecunijs malè,  
 Præsertim cum uita pariceps futura sit.

Hoc sanè modo uxores nos ducere oporteret

Omnes, o Iupiter seruator, ut fructum inde perciperemus.

Non quidem res inutiles inquirere,

Quisnam eius, quam ducit, auus, aut quæ fuerit auia.

Ipsius autem sponsæ futuræ mores,

Qua cum uicturus est non examinare, neq; inspicere,

Sed ad mensam proferre dotem, ut

Bonumne sit argentum, trapezita uideat,

Quod non per quinque menses domi mansurum est.

Eam uerò quæ per omnem uitam intus perpetuo sedebit,

Nullo modo considerare, sed temerè sibi ducere

Ingratam, iracundam, molestam, si ita contigerit,

Et loquacem. Filiam meam circumducam

Per totam ciuitatem. Vos qui ipsam ducere uultis,

Dicite, præmeditantes quantum malum

Accepturi sitis. Necessum enim est mulierem esse malam.

Fortunatus autem ille qui minimum malorum sumpserit.

Quod si contrahendum est matrimonium, a generoso

familia petatur,

Euripidis in  
 Phœnicæ.  
 Theodori pro  
 Bipidiphora  
 na.

Diodori.

Menandri.

Euripidis

Et ge-

Et generosis elocet, quisquis sibi consultum uolet.  
Malum uerò coniugium non appetat,  
Neq; si dotes aurcas secum adferret uxor.

Eiusdem in  
Cretsis.

Nunc uxores ducite, ducite inquam, & mortem obile  
Aut ueneno ex mulieribus, aut fraude.

Quicumque uerò diuitiarum aut nobilitatis respectu  
Malam duxerit, stolidus est: parua enim mala  
Prudentem potius: quàm magna domi habere oportet.

Hippocratis.

Nuptiæ optime sunt uiro prudenti,  
Qui mulierem bonis moribus præditam domi accipit.  
Hæc enim dos sola domum conseruat.  
Quicumq; uerò uxorem huiusmodi duxerit,  
Hic pro domina laboris sociam habet  
Beneuolam & constantem per omnem uitam.

Euripidis in  
Bellerophonte

Multos autem diuitijs & genere gloriantes  
Stulta domi mulier infames fecit.

Menandri.

Quæ cum uxore domum ingrediuntur,  
Possessionem sui neq; firmam neq; iucundam præbent.  
Si mêtè habeat, bene est: sin minus, quid opus est uxor

Eiusdem in  
Antiope.

Uxore, nisi probo fuerit ingenio prædita?

Antiphonis.

Haud ullum est onus grauius  
Reuera, quàm uxor dotem ferens copiosam.

Euripidis in  
Andromache

Hæc etiam illecebra est. Non forma ô mulier,  
Sed uirtutibus oblectantur mariti.

Menandri.

Quisquis uxorem ex asse heredem ducere cupit,  
Diuitem, is uel poenam iratis luit dijs,  
Vel infelix esse uult sub nomine fortunati.

Euripidis in  
Meleagro.

Existimaui igitur si quis adiunxerit  
Deteriorem meliori, non bonam futuram prolem.  
Ex bonis autem ambobus prolem etiam fore bonam.

Moderatas nuptias, & mediocre coniugium cum tem-  
perantia consequi, hominibus optimum.

Euripidis in  
Menæippe.

Honestius est hominibus pauperem bonum, quam ma-  
lum & diuitem

Euripidis in  
Andromache

Generum habere & amicum: tu uerò nihil es.

Lacon quidam diues bono & pauperi adolescenti si-  
liam elocauit: qua de re cum à cognatis reprehenderetur,  
dixit: Ego mihi generum comparauì quem diuitem potius,  
quàm pauperem futurum expectem.

Ex Serino.

Quemadmodum speculi ex auro gemmisq; constructi  
nulla fuerit utilitas, nisi formam similem representent: ita  
neq; diuitis uxoris fructus ullus est, nisi uitam exhibeat  
marito similem, & ingenium concors.

Plutarchi in  
Nuptialibus  
præceptis

#### VITUPERATIO MULIERVM, ET amplius de nuptijs, Sermo LXXIII.

Euripidis.

**D**ira quidem uis est marinorum fluctuum:  
Et uehemens fluij, feruentis & impetus ignis  
Est dira paupertas, & alia innumera.

Sed nullum immanius est malum muliere,  
Neq; huiusmodi malum aut scribi posset,  
Aut uerbis exprimi. Quod si deum aliquis  
Mulierem formauit, opificem se malorum esse  
Sciat maximum, hominibus inimicum.

Mulier uerbis benigna maximè timenda est.

Menandri.  
Euripidis in  
Hippolyto.

Dispreatis. Nunquàm equidem saturitas me capiet odij  
In mulieres, etiamsi quis dicat eadem semper à me peti:  
Nam & illæ semper similiter male sunt.  
Aut igitur aliquis eas respiscere doceat,  
Aut me quoq; sin. at eis insultare semper.

Menandri.  
Euripidis in  
Oedipo.

Difficile est uerbis mulieris fidem habere.  
Inter omnes alias res maximè inexpugnabilis est mulier.

Hostibus eueniat, inimicas habere uxores.

Menandri.  
Euripidis in  
Medea.

Nam mulieris ingenium fide dignum non est.  
Mulier enim in cæteris quidem meticulosa est,  
Viribus imbellis, ad ferri faciem timida:  
Cum autem offensa fuerit in re matrimonij,  
Non est alia mens crudelior muliebri.

Euripidis in  
Hecuba.

Si quis mulieribus ex antiquis male dixit,  
Aut nunc id facit, at facturus est olim:  
Illorum ego omnium maledicta breuiter comprehendam.  
Nam neq; pontus, neq; terra genus alit  
Huiusmodi: quod nouit qui id semper experitur.

Huiusdem in  
Menalippe.  
Eiusdem in  
Danæ.  
Huiusdem in  
Alope.  
Huiusdem in  
Æolo.  
Huiusdem in  
Ligeo, forte  
Ægeo:

Muliebri genus unum, excepta parente, odi,  
Mulier paternam egressa domum,  
Non amplius parentum est, sed mariti.  
Mulier mulierem defendere solet.  
Quisquis mulieri maledicere desinit,  
Infelix profecto, & non sapiens uocabitur.

Huiusdem in  
Anthemache  
Eiusdem in  
Ægeo.  
Huiusdem in  
Andromache

Fit enim quodammodo mulier inimica  
Omnibus qui prius familiares, erant, ubi coniuncta est  
cundo marito.

Ibidem.

Multa inuenire poteris machinameta: mulier enim est.  
Timidorum dominorū uxores audaciam habent omnes.  
Mulierem oblectat præsentia mala  
Semper in ore & lingua habere.  
Muliebri mens inuidiosa res est,  
Et maximè infensa maritis semper.

Ibidem.

Credo. Miserum autem est reptilium ferarum

Remedia hominibus deorum quempiam constituisse:  
Quod uerò grauius est malum quam uipera & ignis,  
Mulieris nullus dum inuenit pharmaca  
Male. Tanta sumus calamitas hominibus.

O pessima, & mulier. Quid enim aliud dicens  
Quam hoc, maiori quis opprobrio te afficeret?  
Sic enim dici solet, mulieribus artes  
Curæ esse, uiros autem plus ualere hasta.  
Nani si dolis acquirere uictoriam liceret,  
Nos sanè uiris imperaremus.

Tecum sentio, Vbiq; sumus inferiores  
Semper, si destituamur uiris omnes mulieres.  
Ignis enim loco alium ignem maiorem producimus  
Nos mulieres, multò difficiliorem impugnatu.

Papè, quanto infelicus mulierum genus est  
Quam uirile. Nam in bonis rebus  
Multum inferius est, malis autem superat.

O res mortalium, ô muliebres animi,  
Quanta nos egritudo Venus afficit.  
Callidæ sunt mulieres inueniendis dolis.

Omnium quæ animata sunt, & mente prædita,  
Mulieres miserrima stirps sumus:  
Quis primum oportet magnis opibus  
Maritum comparare, & corporis dominium  
Accipere, quod omni malo deterius est.

Pior est uxor, & si pessimus uir existimationis optima  
ducat mulierem.

Quod si uiris curæ essent radij textorij,  
Mulieres uerò delectarentur armis,  
Vtriq; sua scientia amissa,

Euripidis in  
Bellerophōte

Eiusdem in  
Danæ.

Ibidem.

Huiusdem in  
Hippolyto.

Huiusdem in  
Iao.

Ibidem.

Huiusdem in  
Iphigenia.  
Huiusdem in  
Medea;

Huiusdem in  
Oedipo.

Huiusdem in  
Meleagro.

Tum illi,



Tum illi, tum nos nihil essemus amplius.

O Iupiter, cur adulterium malum hominibus  
Mulieres in lucem solis constituisti?

Nam si genus humanum producere uolebas,  
Non ex mulieribus gignendum erat ipsum,  
Sed homines oportebat tuis in templis ponentes  
Aut æs, aut ferrum, aut auri pondus,  
Semen liberorum precio redimere.

Odi mulieres: te uerò præcipue,  
Quæ cum male egeris, blandè loqueris.

Mulieres in rebus bonis imperitissimæ sumus,  
Malorum uerò omnium artifices doctissimæ.

Neq; tu hæc diceres, nisi te lectus stimularet.  
Sed ita affectæ estis, ut si prosperè succedat  
Coniugium, nihil uobis deesse existimetis.

Mulieres semper in calamitatibus impediunt  
Viros, ita ut infeliciores fiant.

Nam nihil boni aiunt noueras cupere  
Liberis spurjis, quarum reprehensionem uitabo.

Mulieres natura sunt ad uituperandum pronæ.

Quod si exiguam dicendi ansam nocte fuerint,  
Plurima adiiciunt. Volupe enim est  
Mulieribus, nihil sani inuicem loqui.

Vehementer metuenda est mulier, cum benignis uer-  
bis, utitur.

Difficile est ex mulieris sermone aliquid fide dignum  
accipere.

O quam infidum est ingenium muliebre.

Nosti enim qualis sit mens in pectore mulieris,  
Illius uult domum augere, qui ipsam duxerit uxorem.

Eiusdem in  
Hippolyto  
coronæ.

Eiusdem in  
Medea.

Ibidem.

Eiusdem in  
Oreste.  
Eiusdem in  
Phryxo.  
Eiusdem in  
Phoenissis.

Menandri.

Homeri.

Priorum uero liberorum, & primi mariti  
Defuncti non meminit amplius, neque moratur.  
Quisquis mulieribus credit, furibus aut impostoribus  
credit.

Non est impudentius ullum animal  
Muliere: ex meipso coniecturam facio.

Atqui cogito miser ego, qui expectabam  
Beneficium ex muliere accepturum me, ne modò  
Mali quidpiam patiar, & bene res habeat.  
Rarum enim est mulieris beneficium.

Mulieres sumus, & ad multas res ignaue,  
In quibusdam uerò omnium audacissima.

Non est uel murus, uel pecunia,  
Vel aliud quicquam custoditum tam difficile, quàm mulier.

Mulieres tum in primis timendæ sunt,  
Cum blandam orationem fingunt.

Multo deterius est irritare animum, quàm canem.  
Meretrix nunquam curauit honestatem,

Quæ ex ingenij malignitate lucrum facit.  
Mulier natura effrenis & amarulenta.

Ex hac enim ortu est exitiale genus, & muliebris sexus  
Qui damnum ingens cum uiris mortalibus habitat,

Non misere paupertatis, sed tantum saturitatis comes.  
Ego mulieri hoc unum credo,

Quod à morte non reuiuiscat:  
In cæteris uerò omnibus diffido, donec mortua fuerit.

His ego loco ignis malum dabo, quo omnes  
Animo delectantur suum diligentes malum.

Et animum impudentem moresq; fraudulentos inferre/  
re Vulcano præcepit.

Hesiodi.

Alexidis ali-  
às Euripidis  
in Danae.  
Menandri.

Euripidis in  
Auge.

Alexidis.

Menandri.

Hesiodi in  
Theogonia.

Antiphanis.

Hesiodi in  
Operibus.

Ibidem.

Imposuit eius pectori nuncius deorum Argicida  
Mendacia blandosq; sermones, & ingenium subdolum.

Sophoclis. O mulier omne facinus ausa, & plus quam omne.  
Verum nihil est peius, nec erit unquam  
Muliere, inter hominum calamitates.

Antiphanis. Homo ualde lippiens, dum mala  
Plurima patitur, unum hoc boni habet,  
Quod a interea mulierem non uidet.

Philisci. Ad quæ libet facile persuadendum negotia  
Probabiles habere solet coniugium sermones.

Sophoclis. In familia patre orba uirilis est uxor.  
Euripidis in Hippolyto. Consilium tibi Theseu optimum do,  
Muliere ne credas, quamuis uera audiens.

In Hyperboliæ. Cum multæ in terra mariq; ferae sint,  
Mæna. Menan. Omnia maxima mulier fera est.

Euripidis in Phœnicæ. Mulier enim omnium effera-  
tissimum malum est.  
Vbi mulieres, ibi omnia mala sunt.

Menandri. Non admodum solet quicquam ueri dicere mulier.

Phocylidis. Hæc Phocylidis est sententia: Ex quatuor hisce anima  
libus natum est

Genus mulierum, cane, apicula,

Torua sue, aut equo iubato.

Ex equo nata agilis est, uelox, discurrens, pulchritudine  
prestans.

Ex torua autem sue, neq; mala, neq; bona est.

Ex cane uero molestia & fera est. Ex apicula autem,

Bene regit rem familiarem, & nouit operari,

Cuius amabiles nuptiæ, charæ sodalis, optandæ tibi sunt.

Simonidis. Mulieris mentem seorsim fecit Deus,  
Primum aliquam ex sue fetosa produxit.

Cui omni

Cui omnia domi luto inquinata  
Inornataq; iacent, & humi deuoluuntur.

Ipsa illota cum uestibus immundis  
In stercore sedens pinguescit.

Aliam uero Deus fecit ex maligna uulpe  
Mulierem omnisciam, neq; ipsam mali  
Neq; boni quicquam latet.

Nunc autem bona est se penumero,  
Nunc mala rursus, alia alijs prædita moribus.

Aliam ex cane, maledicam, parenti suæ perfimilem,  
Quæ omnia audere, & omnia scire uult:

Vnde quaq; autem circumspiciens, & oberrans  
Latrat, & si neminem uiderit.

Ipsam uero compescere neq; minis uir potest,  
Nec si iratus excusserit ei saxo

Dentes, neq; si benigniter alloquatur,  
Etiam si iuxta hospites confederit.

Sed pertinaciter inutilem clamor em exercet.  
Aliam ex tellure formatam coelicolæ

Marito dederunt in damnum. Nam neq; mali  
Neq; boni quidpiam calleret huiusmodi mulier.

Sed comedere solum nouit, haud aliud opus.  
Et cum duram hycem deus fecerit,

Ipsa frige ns ad ignem propius sellam attrahit.  
Mulierem aut ex mari geni tam nunc mihi considera.

Interdum ridet, & hilarem se præbet;  
Ita ut hospes eam domi uident si audaret, inquires:

Haud est mulier ulla melior, quam ista  
Inter omnes homines, neq; elegantior.

Interdum contra intolerabilis est tum uisu,

EVA

e

Tum

Tum accessu. Tunc enim furit  
Adeò, ut appropinquare nemo sustineat, ueluti canis cir-  
ca suos catulos.

Omnibus est implacida, in fensaq;

Ac similis in amicos & hostes.

Quemadmodum mare aliquando tranquillum

Et innoxium stat, ingens gaudium nauis

Aestiuo tempore: aliquando autem furibundum

Grauissonis procellis agitur.

Huic maxime similis est huiusmodi mulier

Ingenio. Variam enim naturam pontus habet.

Aliam ex cinere & dissuauio asino constituit:

Quæ uix necessitate minisq; adacta,

Tandem omnia facit & operatur

Quæ uiro placent. Interim autem furtim aliquid deuorat:

Noctu & interdum: quintiam in foco comedit.

Ad opus autem Venercum

Quemuis aduenientem suscipit socium.

Aliam ex mustela creauit, miserum & triste genus

Huic enim nihil pulchrum desiderandum

Iucundum, aut amabile prorsus inest:

Sed aliena est à Venerco complexu,

Et presentem maritum fastidio habet,

Et furando multum damni uicinis infert.

Quin & hostias sæpe nondum immolatas deuorat.

Aliam equus ceruice iubatus genuit.

Quæ seruilia opera, & laborem abhorret,

Neq; molam attingeret, neq; cribrum

Leuaret, neq; sterces foras proijceret,

Neq; iuxta furnum, ad euitandam fuliginem,

Sedet

Sederet. Virum non sponte, sed coacta amat.

Abluit autem sordes quotidie

Bis aut ter, & unguentis ungitur:

Et comas perpetuo pexas gerit,

Densas, & floribus obumbratas.

Talis sanè mulier pulchrum est spectaculum

Alijs: habenti uero damnosa,

Nisi rex fuerit, aut princeps aliquis,

Quem eiusmodi res oblectent.

Natam autem de simia præcipue omnium

Iupiter uiris maximum malum contulit.

Talis mulier faciem turpissimam habens

Per urbem ingreditur, nulli non irrisa.

Ad ceruicem uix potest flecli ob breuitatem,

Nates exiles habet. O miserum uirum

Qui malum huiusmodi amplectitur.

Novit enim genus consiliorum, & mores,

Instar simiæ, neq; ridere solet.

Neminem beneficijs demeretur: sed illud spectat,

Et quotidie consultat secum,

Vt malum aliquod facinus, idq; maximum, edat.

Ceterum ex apicula natam, qui duxerit, felix est,

Vt quæ sola nihil reprehensione dignum habeat.

Florent autem eius opera & augetur res familiaris,

Amansq; cum amato senescit marito,

Enixa pulchram & celebrem progeniem.

Hæc excellit inter mulieres

Cunctas, & diuina quædam gratia circumdat eam.

Non gaudet cum mulieribus confidere,

Vbi Venercos narrant sermones.

Eiusmodi uxores uiris largitur  
Iupiter optimas, & prudentissimas.

Sed etiam reliqua mulierum genera consilio Iouis  
Omnia sunt, & apud uiros manent.  
Iupiter enim malorum maximum creauit  
Mulieres, & si forte prodesse uideantur:  
Habenti uerè maximè sentitur malum.  
Nunquam enim hilaris diem transigit  
Totum, quisquis cum uxore degit.  
Nec citò famem à familia arcebit,  
Inimicam contubernalem, hostem decorum.  
Imò quando uir sibi maximè letari uidetur  
In domo siue diuinitus, siue alicuius hominis gratia,  
Tum uerò mulier inuento quod culpet, ad fugnam amittitur,

Vbi enim mulier est, ne hospes quidem  
Ad domum ueniens, beneuolè suscipitur.  
Porro quæ maximè bona esse uidetur,  
Ea plurimum obesse solet,  
Hianti nimirum & nihil ab ea metuente marito.

Vicini autem  
Etiam illum uidere gaudent aberrantem.  
Nam unusquisq; suam collaudat memor  
Vxorem, alterius uerò reprehendit.  
Nec agnoscimus a qualem nobis obtigisse sortem,  
Iupiter enim hoc ipsum fecit maximum malum,  
Et uinculo constrinxit indissolubili.  
Quamobrem aliqui mortem obierunt  
Pro uxore pugnantes.

Democriti. Mulier multo quam uir promptior est ad astutias & malignitatem. Mulier

Mulier ad credendum facilis est, præsertim in calamitatibus.

Agilis & promptus est muliebris animus ad audaciam.

N U P T I A L I A P R A E C E P T A,  
Sermo LXXIII.

Supra etiam in Politicis quædam sunt ad coniu-  
gium pertinentia.

**D**ifficile tibi dico, & arduum ô filia  
Iter est, ad patrem abire domum  
A marito, cuius honeste mulieri.

Reciproca enim ista uia infamis est  
Nunquam oportet uirum sapientem mulieri  
Remittere frenum, neq; sinere ut libere imperet.  
Nihil enim fide dignum habet. Si quis uerò consequitur  
Bonam uxorem, fortunatus est accepto malo.

Ne coloribus ornare corpus uelis:  
Sed potius animum factis & moribus sinceris.  
Sed nunquam, nunquam (non enim semel tantum dicā)  
Mentem habentes permittere oportet, quibus uxor est,  
Ut domum ad ipsam ingrediantur alia  
Mulieres: docent enim res malas.

Alia quaestus gratia matrimonium corrumpit:  
Alia cū peccauerit, multas morbi sui uellet habere socias.  
Multæ autem ex stultitia. Hinc est quod domus  
Virorum malè habeāt. Aduersus hæc igitur bene munite  
Seris & pessulis adium fores.  
Nihil enim bonum aut sanum introitus externi  
Mulierum efficiunt, sed uaria & mala.  
Porro mulierem semper loqui oportet,  
Penes uirum uerò omnium esse imperium.

Gaij pro Lu-  
cilla.  
Eiusdem con-  
tra Menandrum

Anaxandridæ

Euripidis

Antiphanis.

Eiusdem in  
Andromache

Ea namq; familia que à muliere gubernatur,  
Non fuit unquam que non interierit.

Antiphanis.

Quin istam punite. Hac enim parte laborant  
Res mulierum. Aliqui propter liberos,  
Alij cognatorum gratia non perdidērunt  
In crimine deprehensam uxorem. Ita ubi iniustitia  
Multis impunè abit, & succedit,  
Planè iūrtus ipsa euāescit.

Naumachij.

Hic tibi sit maritus quemcunq; parentes decreuerint,  
Et si fuerit, prudens, felicissima es: sin aliter  
Virum sortita fueris, istum quoq; ferre necesse est.  
Quod si quis prudens aliquid tibi dixerit,  
Obedias: nec ab ipso dissentias. Esto autem ei  
Blanda, idq; magis cum aliqua cura afficitur.  
Virò enim indignanti consilium & solatium est coniunx.  
Externa negotia, que conficere potest, ipsi relinques.  
Tibi uerò cura rei familiaris sit, & custodia domus,  
Nec ipsum interrogas de rebus, quas nefas est mulieres  
Nosse. Si tamen uelit te in consilium adhibere,  
Statim quidem eius sermoni auscultā, serò autem responde  
cum ipso  
Deliberans. Et nihil promitte, nec hortare,  
Vt uoluntati tuæ res agenda permittatur: exitus enim ual  
nus est.  
Prudenti mulieri, que uirgo nupsit, sat est maritus: neque  
ipsam  
Videbit alter lecto nudatam,  
Principiò stultè agentem tolera: est enim necessarium  
Sæpius & morbum sustine quantumuis anxii:  
Celatq; in pectore tuas curas, neq; dicas

Omnibus que facit, nec omnia parentibus indices.  
Sed sola desipientem moncas, idq; leniter ut deceat.  
Nam contumelia prudentem quoq; uirum irritare scio.  
Sæpius autem oratio lenis etiam insipientē uirū demulcet.  
At si malis socijs coniunctus, malus euadat,  
Ne aduersus ipsum ò filia contendas,  
Sed instiga socios ut inter se dissentiant,  
Facilis autem est ratio dissipando societatis  
Malæ, ac socijs amicū reddi bonis  
Et prudentibus. Quis enim sponte stultum sibi uellet a/  
micum?

Sic igitur charum uirum ex pectore ames.  
Et intelligat maritus tuus euidenter, quod liberos  
Ex animo diligas. Haud enim talis existit,  
Vt non sentiat amorem, nec fidele ingenium agnoscat.  
Sed audi ò uirgo, hæc omnia tibi obseruanda sunt.  
Neq; procliuis ad risum, neq; tristis esto:  
Nec ociosa prorsus, sed labores sub moderatos.  
Neq; tuis famulis duram aut ualde lenem  
Te præbeas: negligētiore enim domini semper damnum  
patiuntur.  
Timentibus autem seruis domini facillè cum confidentia  
imperant.  
Externos amores reiice, priusquam ab alijs  
Reuera cognoscas studia & mentem ipsorum.  
Improbam animum domi nunquam receperis.  
Multorum bene conditas familias pessunderunt anus.  
Sed neq; loquacem mulierem tibi associes:  
Egregios mulierū mores improbi sermones corrumpunt.  
Nunquam nimis afficiaris auri studio, neq; in collo

**Purpureum hyacinthum** geras, uiridemue iaspim,  
**Quibus stulti superbiunt.** Tu uerò ornatu  
 O uirgo inani non indiges, neq; in speculo  
**Manu discernens tuam contempleris formam:**  
 Sed neq; circa comam multiplices contexe nodos,  
 Neq; sub genis tuis oculos colore nigro inficias.  
**Haud enim mulieribus natura dedit corpus imperfectæ**  
**Formæ, ut & alia opus esset in corpore machinari.**  
**Quomodo autem ò filia sustineres à prudente uiro conspici,**  
**Mortalis mortale corpus tam uarijs modis ornans?**  
 Ex alia aliam te factam, teq; tibi dissimilem uideo,  
 Vnam mulierem sub multis mihi formis apparentem.  
 Non Bacchus est qui ad intemperantiã adigit mulieres.  
**Quid ais? Cùm latere uelis aliquod negotium, mulierem**  
**Ipsam aperies? At quid inter est, siue mulieri,**  
**Siue omnibus in foro præconibus narrare?**  
**Euripidis.** Frustra laboramus muliebri genus custodiendo.  
 Nam quæ non ultro iusta fuerit,  
**Quid opus est illam custodire, ac amplius delinquere (hæc**  
**ueluti occasione admonere?)**  
**Menandri.** Excedis ò mulier limites uxoris,  
 Per atrium. Nam uestibuli fores, ultra  
 Domum esse ab ingenua matrona existimantur.  
 Vtlerius autem persequi, & in uiam currere,  
 Et insuper conuicijs impetere, caninum est ò Rhode.  
**Euripidis in** Intus manere mulierem oportet  
**Meleagro.** Bonam: egrediuntur autem foras, nullius præcij sunt.  
**Herodis in** Ne statim ò uirgo bilem naribus  
**Hemiambis.** Præ te feras, si quod uerbum stolidum audieris.  
**Bonæ mulieris est omnia tolerare:**

**Mulieris felicitas est, si diligatur à marito.**  
 Date ueniam & sustinete tacitæ. Nam quod  
**Mulieribus turpe est, in muliere tegi debet.**  
**Quid est quod magno labore muliebres nuptiæ**  
**Custodiantur? Nam quæ bene educate sunt, amplius**  
**Peccant in familias, quam quæ neglectæ.**  
 Non didici quidẽ mihi moderari: oportet tamen uereri  
**Quicquid immodicũ est ò mulier, & declinare inuidiam.**  
 Non enim decet duabus mulieribus uirũ unũ præesse.  
**Sed unicam spectantes furtiuam uenerem**  
**Contenti sunt coniuges, qui bene conuersari uoluerint.**  
**Bonæ matronæ est ò Nicostrata,**  
**Non imperare uiro, sed obedire.**  
**Mulier autem uincens uirum, ingens malum est.**  
 Ne matrem tuam ò mulier amoribus uirorum  
 Vincere studeas. Parentis enim malæ  
 Fugiendi mores sunt prudentibus liberis.  
 Non leuem ob causam graue malum mouendum est.  
**Neq; si mulieris noxium sumus malum,**  
**Viros mulieribus consimiles natura fieri decet.**  
 In cæteris enim minus offendi potest mulier.  
**At si marito priuetur, uita frustratur.**  
**Æqualis est uis & uxori**  
**Quæ iniuriam à uiro patitur: & marito**  
**Qui uxorem desipientem domi habet,**  
 Hic enim plurimum ualet manibus:  
 Illa uerò per parentes & amicos rem suam agit.  
**Quocirca iustum est ut feram opem meis.**  
**Malarum mulierum introitus me perdidit.**  
**Probo. Sed docere te ò filia uolo,**

Eiusdem.  
Sophoclis in  
Phædra.Euripidis in  
Atopæ.Eiusdem in  
Antiope.Eiusdem in  
Andromache.

Philemonis.

Euripidis in  
Andromache.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.  
Eiusdem in  
Peliæ.

In puerili aetate non ultra illam sapiendum esse:  
Inter uirgines autem uirginicos mores seruandos:  
Cum uero sub egregij uiri pallium ueneris,

Menandri.

Reliqua studijs uiris finito.

Ne ducas uxorem, si uero semel acceperis magnam  
Dotem, & uxorem ferre tacitum oportet.

Plurimum autem refert ne unquam uir sapiens  
Nimis custodias uxorem in penetrabilibus a dium.

Desiderant enim oculi rerum externarum uoluptatem.  
In quibus si abunde uersetur,

Aspiciens omnia & ubiq; presens,  
Visumq; saturans, liberatur crimine.

Nam & mares semper appetunt quod latet.

Quisquis autem uectibus & seris  
Custodit uxorem, cum sibi sapiens uideatur,  
Stultus est, & nihil sapit.

Si qua enim mulier animo foras spectat,  
Vel telo & penna citius abscedit:

Ra ut etiam Argi plurimis oculis præditi pupillas latere  
possent.

Vnde præter malum, ingens quoq; ludibrium fit,  
Et uir simul & uxor inuites pereunt.

Sophoclis in  
Acrulio.

Præsertim cum & uirgo sit & Argiua genere,  
Quibus silentium & pauca uerba ornamentum est.

Euripidis in  
Ione.

Tace apud uirum, ne quid dedecoris tibi pariam  
Subseruiens furtim, & uerba procedant

Non eam in partem qua à nobis emittuntur.  
Difficiles enim res mulierum sunt apud uiros,

Et bonæ etiam cum malis mixtæ  
Odio habemur, adeò sumus infelices.

Ipsa autem in omnibus Iasoni consentiens.

Eiusdem in  
Mædea.

Quippe ad salutem præcipuum est.

Uxorem à uiro non dissentire,

Vera dixit. Oportet enim coniugis mariti

Eiusdem in  
Phryxo.

Quamuis semper fortunam uxorem ferre communiter.

Theano Pythagoræ dogmatum studiosa interroganti,  
quomodo celebris euasura esset, respondit: Contexens te/  
lam, & meum curans coniugium.

Oportet mulierem egredientem domo hunc ætatis ter-  
minum attigisse: ut qui nō cognoscunt ipsam, cuiusnam sit  
mater, non autem cuius uxor, interrogent.

Hippocridæ.

Domi coram uiro liccat uxori ornare se ut libet: orna-  
menta autem quæ sumit egressura domum, non ad mari/  
tum, sed ad alios spectant.

Eiusdem.

Timere conuenit nō tam uiri minas, quàm legis uocē.

Eiusdem.  
Herodoti.  
Epicharmi.  
Democriti.

Mulier cum ueste simul & pudicitiam exuit.

Bonæ mulieris uirtus est, maritū cōuersantē nō offende  
Sermo parcus mulierem ornat: & ipsius ornamentis

parcitas ei decora est.

Parere mulieri, extremum dedecus est uiro.

Eiusdem.

Veruntamen aliquo opus habet mulier, à quo castige-  
tur. Habet enim in natura lasciuiam, quæ nisi quotidie am/  
putetur, luxuriatur & syluescit instar arborum.

Hippocratis

Optimus consensus est nuptiarum, si uterque coniunx  
temperantiam exerceat.

Eusebij.

Mulier nec alios uidere, nec ipsa uideri debet, præser-  
tim quæ elegantè ornata fuerit. Virunq; enim ad res inho-  
nestas incitamentum est.

Theophrasti

Plato felicem & beatam esse ciuitatem inquit, in qua  
istæ uoces, mecum, & non mecum, minime proferri audian-  
tur,

Plutarchi ex  
nuptialibus  
præceptis.

tur, eo quod communibus quoad fieri potest rebus quidem alicuius estimationis sunt, uti ciues debeant. Sed multo magis huiusmodi uox e' connubio eximenda est.

Talis quoque pecuniarum societas connubio iuncta maxime conuenit, ut unam in substantiam rebus omnibus confusis ac mixtis, non hanc partem propriam illam ducant, sed omnia propria, ac nihil alienum arbitrentur. Vt potationem temperatam, & si plus insit aquæ, uinum tantum appellamus: ita substantiam & rem familiarem, quam uis uxor contulerit, mariti dici oportet.

Romanus quidam cum eum amici reprehenderet quod pudicam uxorem, locupletem, & formosam repudiasset, calcem protendit: nam & hic, inquit, nouus est pulcher, sed nemo uestrum nouit ubi me premit. Oportet igitur non doti, non generi, non formæ uxorem credere, sed operam dare, ut quibus uir maxime tangitur, confuetudine, moribus, & obedientia, ea non dura, nec molesta, sed composita, iucunda, & grata præstet.

Vt medici eas febres, quæ ab incertis causis paulatim collectis eueniunt, magis suspectas habent & timent, quæ manifestas magnasque causas habent: sic latentes periculososque paruæque, & frequentes ac quotidiana uiri atque uxoribus offensa, magis eos disiungunt & uitæ consortium infestant.

Inexpugnabilis res est uxor legitima, si omnia in se collocans, dotem, genus, pharmacum, & cæstum ipsum, in se habet, atque uirtute comparet beneuolentiam.

Ornamentum est, ut inquit Crates, quod ornat. Ornamentum autem, quod honestiorem mulierem facit: talem uero præstat non aurum, non smaragdus, non corcus, sed quæcumque

grauitatis, moderationis, & pudoris specimen adhibent.

Phocion, cum ab eo Antipater rem minus honestam indecentemque postularet: non potes me inquit, & amico uti, & adulatore. Ita de uxore pudica & seuera cogitandum est, Non possum eadem & coniuge & amica uti.

Theano uestem induens, brachium nudauit, & cum quidam dixisset: ô pulchrum cubitum: at non publicum inquit. Pudicæ autem mulieris non cubitus modo, uerum neque oratio publica esse, nec minus sermo quam nudatio corporis formidari, & ab externis cauere debet: propterea quod affectus & mores, ac dispositio animi in sermone plane conspiciuntur.

Elensibus Phidias Venerem fecit testudinem calcantem, indicans mulierum esse munus, & ædes custodire, & silentium. Debet autem uxor aut cum marito, aut per maritum loqui, non ægrè ferens, si aliena lingua, tanquam tibicen, loquatur grauius.

Nam & Romanorum legumlator munera uicissim dare & capere coniuges uetuit, haud quidem ne rei cuiusquam participes forent, uerum ut omnia communia esse existimarent.

Græcis qui erant cum Cyro, duces iubebant, ut si hostes uociferantes impetum facerent, cum silentio exciperent, quod si illi silerent, contra ipsi inuaderent cum clamore. At mulieres prudentes, cum irati mariti clamant, silentium agunt: cum silent, eos alloquuntur, & consolantes mitigant.

Hermione uerum dicere uidetur, cum ait:

Fœminarum me malarum perdidit ingressus,

Sed non fit hoc simpliciter, uerum quando dissidia & zeloto.



zelotipiæ aduersus maritos existunt, huiusmodi feminini non ianuas modo, sed etiam auditum patefaciunt. Tunc igitur potissimum sana mente præditam uxorem occultare aures, & insusurraciones caucere, ne ignis addatur igni, oportet, illudq; Philippi dictum in promptu habere. Fertur enim ille, cum ab amicis contra Græcos concitaretur, quod bene ab eo affecti ei obloquerentur dixisse: Quid facient igitur, si male afficiamus ipsos? Quando itaque obtretratrices deserunt tibi: Vir tuus & amanti & pudice iniuriam facit, dices: Quid si ipsum odisse atque lacerasse cœpero?

Theano Pythagoricæ professionis mulier interrogata, quod diebus mulier post uiri congressum pura fieret: à proprio quidem uiro dixit, confestim, ab alieno autem nunquam.

Philonis uxor interrogata, quam obrem sola ex alijs in conuentu non gestaret ornatum aureum, dixit. Quoniam pro ornamento mariti uirtus mihi sufficit.

Theano querenti, quod officium esset matronæ, respondit: Viro suo placere.

Demades aiebat, pudorem in muliebre pulchritudini arcem esse.

In hoc etiam conuenient, ut mas imperet, obediatur mulier. Erit autem imperij genus, non quale dominorum est, ubi superioris utilitas curatur: nec quale artium, ubi inferiorioris tantum cura est, sed simile ciuili, in quo communis utilitas ex æquo promouetur.

Socratis. Viros oportet ciuitatis legibus obedire, uxores autem maritorum ingenijs.

Dionis ex Oeconomico. Pietas muliebris est, amor eius erga maritum.

Omnia

Ommino bona & modesta sit. Nam sine uirtute nunquam talis fieri potest. Omnis uirtus enim, id cui continetur, laudabile reddit: Videndi uirtus, oculos: audiendi, aures: equi, equum: uiri uirum, sic & mulieris, mulierem. Est autem prima uirtus mulieris, temperantia, qua uirum suum colere & amare poterit, &c.

Sana mulier minimè illinetur fucis, nec utetur cerussa, neq; depictione oculorum, aut alio pigmento, quod pingat & obumbret oculos. Atqui exercitia partim foris fieri possunt inter deambulandum: partim domi quod laborem & dispositionem requirit inueniet, ut texendi opus. Hanc sane pulchritudinem, quam labor conciliat, nihil est quod arguere aut improbare possit, non sudor neq; lachrimæ. Somnus uerò ad eò non arguit formam, ut etiam plus augeat in robustis corporibus. Iam non dico quod omnia hæc bona in prolem quoque propagentur, & liberi tales nascantur, qualem se mater lauando, exercendo, induendoq; præbuerit.

Cauebimus, ne qua eis amicitia & familiaritas sit cum alijs mulieribus, memores mulieris illius apud Euripidem, qua peccati sui culpam, non sibi, sed alijs quas traducit: adscribit: Malarum (inquit) mulierum introitus me perdiderrunt. Rectè etiam Theognis monet, biberendum cum illis & conuersandum esse, à quibus boni quippiam in nos deriuari possit. Hæc non mea, sed poetarum & aliorum scriptorum omnium sententia est: Ego uerò uctulas in primis cauendas consulo. Solent enim ille iuuentutem tanquam beatam, extollere, & tanquam longo iam rerum usu edocta, consilia intemperantia plena suggerunt, qualia sunt, omnè huius uitæ fructum in cibi potusq; uoluptate uersari, & se-

Phytyos Alie Callicratia Pythagore dogmatum studiosæ, ex libro de Temperantia mulieris.

Nicotirani.

Eiusdem.

Iamblichi in Epist de uis coniujijs.

ſequentibus eam adulterijs ac libidinibus. Itaque ſine peccant tum iuuenes, tum uetula: hæc, quòd intemperantijs ſemper patrocinentur: illæ, quòd erga eos à quibus amantur minimè alieno ſint animo.

Ibidem.

Quinetiam domeſtici omnes hoc pacto ſunt ad temperantiam aſſuefaciendi, ut nulli ipſorum conſabulari, aut in aurem clam aliquid dicere concedatur, præſertim te uidentem. Iniuſtum enim & iniquum quidpiam, quod utrumque adire inutile eſt, id ne uxori quidem emolumento erit. Ut uerò clanculariæ collocutiones non locum habent in adibus, bona ſpes eſt nullum ex ſumulis tam audacem fore, adulterum aliquem domina conciliet. Omnino enim à domino audietur, ſi neſas ſit aliter quàm aperte loqui, &c.

Ibidem.

Itaque dicendum eſt uxori, quanta turpitudine, nequitia & iniuſtitia ſit in adulterio: quantum utriusque ſexu uigilanti inurat: quod omnis bona exiſtimatio de quopiam apud homines hoc ſcelere amittatur: & quod grauiffimum eſt, liberi non ſolum ſpurij, ſed per luxum & contumeliam gignantur. Hæc ad eam dicenda ſunt, ut uel nomen adulterij exoſum habeat, ſi modò incolumis uictura ſit, non autem iugulanda, &c.

Ibidem.

Quid enim benignius uideretur uiro quàm uxor beneuola, quæ & nouit & facit omnia, quæ in uirum inſpectanda uale tudine fieri decet? Quid optatius, quàm ſi grot. antem ipſam curet? Quod ſi bona uel optima fuerit, nullam aliam domi tam bonam & præcioſam poſſeſſionem inuenio. Atqui par eſt ut mulier ita ſit affecta. Cum nemine enim quàm uxore noctu & interdium queſcit, nulli alij in ciuitate omnia ſecreta ſua communicat, ſed uiri ſolum, quàm tanti facit, quanti ſeipſum. Verùm non eſt

appellat

appellanda uxor, niſi amica & beneuola fuerit, ac te plurimum exhilarauerit. Minimè autem metetur hoc nomen, ſi talis non ſit. In primis uerò mariti deſiderio ardebit, quæ liberos ei pepererit, & eum deſunctum legitimo luctu ac dolore proſequetur, quem ne parentum quidem iuſſu deponet.

QUOD BONVM SIT HABERE  
filios, Sermo LXXV.

**B**eatus eſt, qui & ipſe adhuc ualeat  
Et filios ipſum deſcendentes robustos habet.  
Hæc eſt ò mater, poſſeſſio pulcherrima,  
Et potior diuitijs ſi cui ſit

Et liberi boni. Nam & ſi moriantur domi,  
Sunt tamen inſtar egregij theſauri: ac parentibus  
Ornamentum uitæ, quod nunquam relinquit familiam.

Quàm nihil eſt homini fidum præter ſuam prolem.  
Sed lucri cauſa uel conſanguinei mali ſiunt.

Mulier: Gratum eſt hoc ſolis iubar,  
Et amœna uifu tranquilla ſunt æquora,  
Terraque uermans, & affatim aqua fluens.  
Denique multarum rerum laudes recitare poſſim:  
Verum adeo egregium uisusque pulchrum nihil eſt.

Quàm cum carentes prole, cuius deſiderio maximo tenentur,

Filiorum recens natorum domi lumen aſpiciunt.

Quando fundamentum generis non iactum eſt  
Bene, tum filij neceſſario infortunati ſunt.

Quàm bona res eſt eſſe alicuius filij parentem,

O filij, quantum eſtis philtrum humanæ menti.

Dolorifica res eſt, ſi quis homo diues

Diogenis.

Euripidis in  
Mæcagro.Eiuſdem in  
Cœneo.Eiuſdem in  
Danaæ.Eiuſdem in  
Hercule ſu-  
rente.  
Menandri in  
Empipiame,  
ne.  
Eiuſdem.

f

Nullum

Nullum habeat domi suæ successorem.

**Eiusdem.** Non potest ulla maior esse patri uoluptas quam ha-  
Prudentem atque temperantem uidere aliquem De se pro-  
gnatum.

**Diogenis.** Beatus ille qui felix prole fuit,  
Nec propter insignes calamitates luxit.

**Ex memoria-  
bilibus Scri-  
ni.** Lacena quædam mulieri, quæ ornatum Ionicum  
ostendebat, liberos suos uicissim monstrauit, inquitens:  
meum ornamentum huiusmodi est.

**Platonis in  
Symposio.** Hoc modo omne mortaliū genus seruatur. Nō quæ  
semper planè unum & idem sit, quale diuinum genus  
sed quia id quod abit senescitq; aliud nouum sibi simile  
linquit. Ne mireris igitur, si unumquodq; animal suū  
seu germen suum natura colit. Hoc enim studium, hic amor  
cunctis inheret, genus suum æternum efficiendi gratia.

**Eiusdem.** Quinetiam unumquodque animal pro suis foetibus  
titer dimicat.

**Hieroclis.** Est secundum naturam & consentaneum nuptijs  
foetus omnes aut plurimi saltem educuntur. Videntur  
tem complures consilium istud improbare, idq; prop-  
ter causam non admodum decoram. Præ nimio enim diuini-  
tatis studio, & quia paupertatem longè maximum male  
interpretantur, ita sunt affecti. Primum igitur cogitandum  
est, quod non solum auxiliatores nobis, senectæq; nutria-  
res, ac omnis fortunæ & casus participes gignamus, ut  
inquam pro nobis ipsis solum, sed etiam pro parentibus  
nostris multas ob causas. Siquidem procreatio liberorum  
habet in se gratitudinem erga parentes nostros. Nam  
quid fortè nobis ante mortem ipsorum acciderit, filiorum  
nostri loco ad senectutem ipsorum nutricandam reuertitur.

mus. Est autem res egregia, auum deduci nepotum suorum  
manibus, & omni cura obsequioque ab ipsis affici. Pri-  
mum itaque gratitudinis officium erga parentes nostros  
præstabimus, si proli generandæ operam demus: deinde  
uota & desideria eorum qui nos genuerunt promouebis-  
mus, &c.

Porro legumatores, quibus unicum hoc institutum  
est, ut inquirant & dispiciant, quid ciuitati bonum aut ma-  
lum sit, quid reip. conducatur aut obsit, an non omnes utilis-  
simum fore ciuitatibus existimarunt, si ciuium familie au-  
geantur: contra maxime damnosum si minuantur? Et nul-  
los uel paucos esse liberos ciuibus, inutile: habere autem  
prolem, eamque numerosam, conducibile iudicarunt.  
Quamobrem mulieribus ne abortum facerent, interdixe-  
runt, non obedientibus autem poenam scripserunt: item nec  
medicamentis sterilitatem inducentibus, & conceptum  
adimentibus uterentur, prohibuerunt. Eandem ob causam  
multitudinis liberorum utriusque sexui præmia, & sterilita-  
tis poenam statuerunt. Quomodo autem nos iniuste ac ini-  
que nō faceremus, cōtra uoluntatē legislatorum agentes,  
diuinorum & deo charorum hominum, quibus obsequi  
honestum ac utile censetur, ageremus autem aduersus ip-  
sos, nostram liberorum numerositatem imminuēdo. Quo-  
modo item hæc facientes in patrios ac indigetes deos non  
delinqueremus, & in Iouem gentilitium? Sicut enim is qui  
hospites afficit iniuria, Iouem hospitalem offendit, & qui  
Ledit amicos in Philiū Iouem, id est amicitie tutelarem,  
peccat: ita quisquis erga gentem & familiam suam iniurius  
est, contra patrios deos, ac gentilitium Iouem, iniuriarum  
in genus proprium censorem, delinquit: Qui autem ad-

Musonij, An  
liberi nati e-  
ducandi sint  
omnes.

uersus deos peccat, impius est. At qui educatione numero-  
sæ proles rem egregiam & utilem esse intelliget, qui seculum  
estimauerit, quod magnis honoribus in ciuitate afficiatur  
quisquis multos liberos habet, & uicini omnes reuerenti-  
eius moueantur, quodq; potentior sit omnibus sibi equali-  
bus, qui non æque multos liberos habuerint. Nam ut pote-  
tia maior est uiri multitudine amicorum muniti, quam illius  
qui nullos amicos sibi obstrinxit: ita nimirum multo plus  
potest is cui proles est numerosa, quam ille cui uel nulla  
uel pauca: atque id eo magis, quo propinquiores eiusque  
sunt filij quam amici. Est autem operæ precium animo uide-  
re quale spectaculum sit uir cum prole multa, aut ma-  
lier que cum liberorum suorum frequenter cœtu specta-  
tur. Haud enim uel pompam in decum honorem celebra-  
dam pulchriorem, uel choream in templis maiori cum de-  
core constituentium ipsam aliquis uiderit, quam cœtum li-  
berorum multorum, qui ante parentes suos per ciuitatem  
incedunt, aut eos manibus ducunt, aut quomodo circum-  
circa ipsos obsequiosos uersantur. Quid obsecro pulchrius  
hoc spectaculo fuerit? Aut quid ipsis parentibus magis con-  
optandum, cum alias, tum si probe animati sint? Aut quibus  
alijs promptius uel optares bona diuinitus contingere,  
uel ubicumq; opus esset, auxilium prestares?

**Q**UOD INVTILE SIT HABERE  
prolem, & incertum an propria sit eius qui  
suam esse putat: item, non adoptari  
oportere: uel id potius quam  
propriam suscipere, Ser-  
mo LXXXVI



ihil est miserius patre:

Nisi quis alius forte plurium liberorum parens  
fuerit.

Dubius equidem sum, neq; diiudicare possim,

Vtrum melius sit progigni liberos

Mortalibus, aut sterili uita frui.

Istos enim quibus liberi nulli sunt, miseros esse uideo.

Et contra illos qui prolem generunt, nihilo feliciores.

Nam si mali fuerint, extrema calamitas est.

Rursus si probe euadant magnum pariunt malum:

Affligunt enim genitorem, dum ne quid patientur metuit.

Si quis imperitus liberos solatium appellauerit,

ille minus quidem sentit doloris, ac in medio infortunio  
fortunatè uiuit.

Aut oportet uiuere solū ac celibē, aut natis iam liberis  
Mori parentem. Adeo omnis deinceps uita acerba est

Magna uis est procreationis. Nam neq; si mala

Patiatur aliquis prolem à se genitam odisse potest.

Mater quidem ait ipsius me filium esse. Ego autem

Ignoro. Nullus enim suum genus per se cognouit.

Mater magis amat liberos quam pater.

Suum enim ipsa filium certo cognoscit, ille putat.

Patrem esse plurimum habet molestiæ,

Metusq; & cures infinitas.

Desine satis est huius patris filium nominari,

Si modo sum: sin minus, parum incommodi fuerit,

Nam opinio pro ueritate obtinet.

Hic se stultum fateatur, qui cum liberis antea careret,

Externam prolem à dibus suis accersit,

Fatum peruertens contra quam oportebat,

Menandri.

Euripidis in  
Oenomaos.

Euripidis in  
Andromache.

Menandri in  
Epiclero.

Sophoclis in  
Electra.

Homeri  
Odyss.

Menandri.

Eiusdem.

Sophoclis.

Euripidis in  
Mecnalippe.

Nam cui liberos procreare dii non concesserunt,  
Id pati debet, non incusare numen.

Nullum enim per se nouit, quomodo natus sit.

**Incerti autem,** Curas pariunt liberi. Magnum malum, si quid humanis,  
eis, tuis eis accidat.

Viuentes etiam non modicæ curæ causa sunt.

Vxor bona quidem, aliquid in se habet iucundi:

Mala uerò, acerbam facit marito uitam.

**Euripidis in** Adoptatorum liberorū nulla uis est. Naturales etenim  
**Erechtheo.** Præstantiores iudicare oportet, quàm eos qui solam expro-  
mationem habent.

**Democriti.** Periculosa est educatio liberorum. Nam si res bene co-  
dat, multum sollicitudinis & curarum adfert: si malè alio-  
dolores necessarios parit.

**Aristippi.** Vxore ipsum accusante, quod filium non admitteret  
dicente: Atqui ex te natus est: expuens. Hoc etiam, inquit,  
ex me, sed inutile mihi est.

**Democriti.** Non probo liberorum propagationem. Nam in ipsorum  
possessione multa magnaq; discrimina inesse uideo, &  
molestias plurimas: pauca uerò iucunda eaque tenuis  
exilia.

**Eiusdem.** Viro locupleti mea quidem sententia consultus fuerit  
amici alicuius filium sibi adoptare, utpote talem habita-  
ro, qualem desiderauerit. Licet enim eligere pro arbitrio,  
ac talem qui idoneus esse uideatur, & maximè naturam  
eius referre, Vides quantum intersit. Adoptanti quidem fi-  
lium ex plurimis & bonis deligere licebit aliquem, cum  
ingenio præcipuè delectetur. Gignenti autè ex seipso, ma-  
ta pericula imminet. Talem nanque oportebit habere,  
qualiscunq; natus fuerit.

**Eiusdem.** Necessaria uidetur hominibus liberorum procreatio,  
nature quodam instinctu & antiquissima institutione:  
quod in brutis etiam animalibus manifestum est. Omnia  
enim sobolem sibi parant secundum naturam, quamuis  
nullam inde sperent utilitatem. Natum enim setum non si-  
ne labore educat & nutrit ut potest unumquodq;, & in ni-  
nimis etiam pro eo sollicitum est: & si quid patiat, dolet.  
Talis quidem indoles omnium, quæ animam habent: mul-  
tò maximè uerò in homine, ut qui fructum etiam aliquem  
à prole percipiat.

**PROLEM MASCULAM PRÆFEREN-**  
dam esse, & quod nothos non minoris facere oportet,  
quàm legitimos suos. Sermo LXXVII.



**Euripidis.** Vlier egressa paternis ædibus,  
Non amplius est parentum, sed coniugis.  
Masculū uero genus perpetuo manet in ædibus  
Deorum paternorum, siue Larum, & sepulchrorum limi-  
tem honorat.

**Menandri.** Filia nubilis etsi plane nihil loquatur,  
Ipso tamen silentio plurimum de se prædicat.  
Eiusdem in Iphigenia.  
Filiij columnæ sunt familiarium.  
Menandri. Magna felicitatis pars est, filius bona mente præditus  
Eiusdem in Aneptijs. Verum filia, laboriosa est possessio patri.  
Eiusdem in Pileatoribus. Filia possessio est genitori molesta, & incommoda.  
Filiū aliquis educare potest, & si inops fuerit:  
Posidippi in Hermaphro- ditō. Filiam uerò exponit, quamuis diues fuerit.  
Diphili. A filia liberamur re, difficilis & molestæ custodiæ.  
Nothus tantundem ualeat, quantum legitimus.


**Sophoclis.** Omne quod bonum est, genuinam & legitimam habet naturam.

**Euripidis in Antigone.** Nothum genus nomen habet culpabile, natura ueritatis qualis est.

**Eiusdem in Eurythæo.** Frustra mortales sibi cauent à nothis. Filij generandis. Quisquis enim bonus fuerit, illius natura non corrumpitur nomine.

**Eiusdem in Andromeda.** Ego mihi filios asciscere nothos non dubito. Cum enim legitimis nulla in re sint inferiores, Propter leges male audiunt, proinde tu cauebis.

DE PVERIS, SERMO LXXVIII.

**Callimachi.**  Equalis tibi sunt agni charæ puer, & agni socii. Tecum in grege numerantur, dauliaci & herbei. Agnis parce lupe, & meis parato loculis. Nec me offendas, quia paruus ego manum gregem sequor.

**Euripidis in Medea.** Ipsa educatio inter homines frequenter, Maiorem uim amoris excitat, quam ipsa generatio prole.

**Eiusdem in Auge.** Quis non gaudeat puerilibus ludis. **Euphorionis.** O fili, ne tu matris mentum amputaueris.

Quæ soles trecentos te gestauit  
Fili sub zona, & graues parturiginis tuli.  
Te producunt in lucem, ac prima suauem labris  
Adhibens papillam candido lacte te enutriui  
Aut cretam ille miscam, aut ollam lusitat.

**Herodis in Hemambis.** Aut scarabeos funiculis uinciens

**De istis lud. genere uide lulum Pollucæ.** Estuppa contortis negotium seni facescit.  
Adeste ô pueri, ô quantum fas est plurimum amari,  
O iucundissimi, & minime molesti,  
Apprehendite matrem, & à me pendete.

Libetne ludere? Ludite ô pueriles animi.  
Est enim uobis hæc ætas totius uitæ uer.  
Cum libertate enim una molestie curæq; pubescunt.

Fortassis ad ulnas & pectus meum  
Saltans lusitabit, & bastorum frequentia  
Cor meum sibi conciliabit. Hinc enim inter mortales  
Maxima uis amoris est, ex tali conuictu pater.

Fili mi, utinam patre, fortunator euadas,  
Cætera uerò similis, & malus non fias.


Atqui nunc etiam hac parte felicem te iudico,  
Quandoquidem nihil presentium malorum intelligis:  
Nam nihil sapiendo iucundissima uita est:  
Donec quid sit gaudium, & quid tristitia discas.

At isti pueri iam à ludo trochi desinentes  
Procedunt: materna non æstimantes  
Mala. Mens enim puerilis dolorem nescit.

QUOD LIBEROS HONOREM

debitum præstare parentibus oporteat, & an  
per omnia eis obedire conueniat.

Sermo LXXIX.

ihil inter homines patre et matre præstatius  
Habetur illis, ô Cyrne, qui sanctam curant  
iustitiam. **Theognidis.**

Quisquis in uita sua parentes colit,  
Hic & uiuus & defunctus dijs charus est. **Euripidis in Heraculis.**

Nihil est tam honorificum liberis,  
Quàm bono & honesto genitore esse natos,  
Et debitum honorem parentibus offerre. **Ibidem.**

Nihil est genitrici sua prole suauius.  
Amate matrem ô liberi, non enim est amor **Eiusdem in Erechtheo.**

**Euripidis in Danae.**

**Sophoclis in Atace.**

**Euripidis in Medea.**

**Theognidis.**

**Euripidis in Heraculis.**

**Ibidem.**

**Eiusdem in Erechtheo.**

- Clezneti.** Vllus huiusmodi, & qui suauius ametur.  
Parentum gratia mori honestum est.
- Dicæogenis.** Tu qui à parentibus enutritus es,  
Merito similem eis gratiam retribuïs.
- Antiphanis.** Quisquis erubescit adhuc in illa atate  
Apud suos parentes, haud equidem malus est.  
Nam qui quod fieri in patrem conuenit non facit,  
Hic omnes deos contemptui habet.  
Patrem enim uincere, dedecus est:  
Victo autem gloria paratur uictoralis.
- Philemonis.** Peperisti me ô genitrix, utinam liberis tuis  
Fruare feliciter, ita ut mereris.
- Iulij, ex carminibus, in Bacchum & partium scriptis.** Cadmum assumens Agæue misera exhibat  
Patrem suum trementem: gestabat autem ipsum humeris  
Confectum senio, & onere premebatur honesto.
- Sophoclis in Antigone.** Nisi pater esses, dicerem te non rectè sapere.  
Parentes honora, & qui genere tibi proximi sunt.
- Pythagoræ in aureis carminibus Agathonis Alexidis.** Quam iucunda res est parenti obedire liberis.  
Non uolui matrem deserere,  
Sed omnium primam seruare. Nam rectè intelligentibus  
Ne diuina quidem matri præferenda sunt.  
Vnde antiquissimus ille conditor non imperitus,  
Matris eadem consecrauit, non manifesto declarans,  
Cuiusnam: sed rem ex nomine coniectandam relinquens.
- Menandri.** Hoc unum pudet me Clitophon, patrem  
Non sustinebo intueri  
Iniuste: cætera facile perficerem.
- Euripidis in Alcæone. Diphili.** Persequitur Deus piacula parentum, (uel in parentibus)  
Si tibi iustiora quam pater loqui uideat,  
Mihi ipsi iniurius & impius sum,

- Vt qui genitorem molestia afficiam, non amore profequar.
- Quicumq; patrem timet ac reueretur,** Timoclis  
Hic in bonum eiuem euadet proculdubio,  
Et hostibus incommodare poterit.
- Non difficile est patrem agnoscere, quoniam Qui maximè amat, idem ob minima irascitur.** Menandri.  
Necesse est filios parentum uerbis obedire.  
Suauissimum est liberorum oculos intueri.
- Non audis quantam gloriam sibi diuus Orestes peperit**  
Apud omnes homines, occiso illo qui patrem eius interfecerat?  
Iustum est ut liberi iuuent parentes.
- Quid est ô pater cur hominibus liberi nascantur,** Euripidis.  
Nisi in aduersa fortuna seramus opem? Sophoclis, alius Euripidis in Alcæone,  
Sermone breui probos ac modestos filios Sophoclis in Acristo,  
Erga suos parentes uti decorum est. Chæremonis
- Vtinam dignus possim parentibus referre gratias.**  
Lex iubet parentibus honores diuinis æquales præstari. Menandri.  
Verum scitote, nunquam mihi legem aliquam impedito fore, Euripidis.
- Quo minus ô genitrix per omnia tibi gratificer,**  
Iustitie simul tuiq; partus gratie.
- Amo autem genitorem mortalium omnium**  
Maximè: quod mihi expressè dicenti non inuideas.
- Nemo enim qua sit prognatus**  
Muliere gloriatur, sed quo patre.
- Iupiter inspicit illos, qui colunt iura parentum,** Orphæi,  
Et qui negligunt præ animi imprudentia.

Ac illis quidem benignus & mitis bona largitur:  
His uero in sensus indignatur per furias.

Sunt enim uehementes in terra parentum furia.

**Empididis in  
Alope.**

Ego id quod maximum est incipiam dicere

Hinc primum, parentibus obedire liberos,

Hoc ipsum iustitiam esse existimare oportet.

**Philemonis.**

Parentes in primis honoribus afficias.

**Chæremonis**

Parentes amato quam constantissime.

**Menandri.**

Cum parentibus causam agens & litigans infamissimus.

Parentes magnum sunt numen prudentibus.

**Platonis lib.  
2. Legum.**

Parentes negligere, nec deus, nec homo mentis compos alicui unquam consulit. Sed quod de cultu deorum ignorare non oportet, id recte dictum ad honorandos parentes premium erit. Leges de dijs antiquæ apud omnes dupliciter positæ sunt. Nempe alios deorum cernentes, eosque quos cernimus, colimus: alios uero non uidemus quidem, sed eorum imagines fabricamus, easque licet inanimatum honoramus, deos ipsos uiuentes existimamus ob id maxime nobis beneuolos ac propitios fore. Cuius ergo mater, aut mater, uel horum parens senio confecti, quasi thesaurus quidam domi existunt: is patet nunquam aliud sit tale simulachrum, magisque efficax domui suæ affuturum si recte, ut decet, ab eo colitur.

**Isoeratis ad  
Demonicum.**

Talem erga parentes te præsta, quales se tibi tuos liberos exhibere optares.

**Anaximenis.**

Ille sui genitoris apprime amator est, qui operam dedit ut patrem sine ulla molestia plurimum exhilaret. Quis enim iustius quam generationis & discipline auctores matris beneficijs demereri?

Olympiade octogesima prima Aetnam igne fluxisse aiunt, quo tempore Philonomus & Callias Catanæi, patres suos apprehensos per mediam flammam extulerunt, spretis opibus reliquis: quamobrem auxilium diuinitus ipsis collatum est. Ignis etenim currentibus ipsis ea parte diuisus est, qua ingrediebantur.

Adolescens quidam Eretricus Zenonem audiuit tam diu, donec uirilem ætatem attigit: postea reuersus Eretriæ, interroganti patri quidnam sapientiæ tanta temporis mora didicisset, respondit se demonstraturum: nec multo post id præstitit. Nam indignante patre, & tandem uerberibus eum afficiente, ipse quietus & tolerans, hoc se didicisse dixit, nempe facile sustinere parentis sui iram, & non acre ferre, nec indignari.

**Bionis**

Patrem uel matrem per uim cogere nefas esse arbitror, nisi propter morbum mente alienatos. Quod si suo quodam more uiuant, qui mihi nequaquam probetur, neque in sensus aduersari frusta monendo, neque rursus blandiendo eorum cupiditatibus assentarer, ea porrigens, quibus ego si indulgerem, uiuere nolim.

**Platonis in  
Epist. ad Diomnibus familiares**

Pittacus, filium admonens ne cum patre in iudicio litigaret, his uerbis usus est: Si patre iniquiora dixeris damnaberis: sin æquiora, uel ob istud damnari dignus es.

**Pittaci.**

Patri quamuis ingrato, sicut legi austeræ, mos tamen gerendus est.

**Socratis**

Plato cum uidisset quendam erga patrem suum fastuosius agere: Non desines, dixit, adolescens illum contemneris, cuius gratia altum sapere uis?

**Platonis.**

Qui nunc ex philosophia omnes reprehendunt, idque facere à parentibus incipiunt, non secus affecti sunt quam nuper

**Ex Aristoteli  
Amibibus.**



nuper empti canes, qui non solum alios, sed etiam domesticos allatrant.

Ex Aristotele  
ni Pythagori  
cis sententijs.

Post deos & demones plurimi facere oportet patres atque leges, non simulate, sed fideliter se ipsis accommodantem, in patrijs consuetudinibus & legibus persolvendo: licet paulo deteriores alijs fuerint.

Ibid. lib. 4.

Demum uiuentium cultus parentum, quibus fas est prima & maxima debita omnium antiquissima debitorum persolvere putare enim quisq; debet, omnia que possidet, eorum esse qui genuerunt & educarunt, ita ut illis hæc omnia pro uiribus ministrare debeat, primum quidem exteriora bona, deinde etiam corporis, postremo que ad animam pertinent, hæc omnia uidelicet mutuo data persolvens, pro curis doloribusq; priscis parentum, in senecta reatus reddens, quando maxime indigent. In uerbis que etiam per totam uitam parentes uenerari maxime decet. Leuium enim uolatiliumq; uerborum grauisima immane poena. Nam omnibus preposita est Nemesis iudicij angulus, huiusmodi omnium consideratrix. Oportet itaque patris animumq; explentibus cedere, seu uerbis siue rebus faciant, non ignorantes patrem iure admodum filio male succensere, si quando ab eo iniuriam sibi fieri arbitretur. Mortuis uero parentibus monumenta decentissima, que temperatissime structa. Neque consuetam magnitudinem oportet excedere, neq; minora illis facere, que maiorum genitoribus suis struebant, &c.

Perysiones  
Pythagorica  
ex lib. de ma-  
lijs harmonia.

Mali quicquam parentibus nec dicto neq; facto exhibere oportet: sed obedire cuiuscumq; conditionis fuerint. Item in quacumq; corporis, animi, rerumue exteriorum fortuna, in pace, bello, sanitate, morbo, diuitijs, paupertate, &c.

ria, infamia, siue priuatis, siue in magistratu constitutis parentibus, adesse ipsis oportet, nec unquam eis contradicere: obediendumq; tantum non etiam insanis. Hæc enim sapienter & recte fieri à pijs hominibus existimantur. Contemptus autem parentum, peccati genus eiusmodi est, quod in uiuis simulatq; defunctis diuinitus damnetur, ab hominibus odio habetur, & sub terra in loco impiorum unà ceteris reliquis improbis perpetuo punitur à iustitia & infernalibus dijs, qui his rebus inspiciendis destinati sunt. Honestissima enim est, imò diuina parentum facies. Et aspectus cultusq; eorum tanti fieri debet, quanti nec Solis fit, neque omnium siderum, que gratissimas coeli choreas constituunt: aut si qua alia res istis maior à quoquam aestimatur. Deos equidem arbitror, si contemni parentes uiderint, haudquaquam id esse toleraturos. Quamobrem & uiuos & mortuos colere par est, nec unquam eis contradicere. Verum si quid ignorent, morbi aut animi deceptionis uitio, consolari atq; docere oportet: odisse nequaquam. Maius enim inter homines peccatum admitti nequit, quàm erga parentes impietas.

Iuuenis quidam, quem pater philosophandi cupidum prohibebat, Musonium interrogauit his ferè uerbis: An ò Musoni per omnia obsequendum parètib; aut in aliquibus rebus id non faciendum est? Cui ille respondit: Parere quidem unumquemq; suis parentibus, decorum uidetur, & abs me commendatur. Sed quidnam sit parere, uideamus: aut primum potius, quid sit immorigerum esse, & quis inobediens dispiciamus: postea uero melius uidebimus, quid sit obedire. Age si pater, qui medicus non est, neque salubrium & contrariorum peritus, filium ægotantem aliquid facere iusserit ceu conducibile, quod tamen noxium sit & inuti-

Musonij. An  
per omnia ob-  
bediendū pa-  
rentibus.

inutile, ac ipsum agrum huiusmodi esse non lateat, dicere filius non obtemperare ac inobediens esse, nisi iussu cerit? Non equidem uidetur. Item si ipse pater alicuius bo laborans uinum aut cibum intempestiue petierit, utq; bus assumptis egritudinem aucturus sit: filius autem sciens nō exhibuerit, patrine immoriger ille est? Nempe dixerit. Et multo minus illum quis inobedientem appellerit, qui patrem auarum habens, ab eo furari aut decepto fraudare quempiam iussus, nō exequitur imperata. Non putas aliquos esse patres, qui filiis suis talia imperant. Ego certē quendam noui adeo sceleratum, ut filij, quos formosum habebat, pulchritudinem uendere ausus sit. Quod si hic adolescentulus à patre uenditus, et misseturpe facinus, contradixerit, neque iuerit, an potius inobedientem eum, aut castum et sobrium esse dicemus? Solentē huiusmodi ne interrogari quidem merentur. Nam cum tumacem esse, et non parere, conuicium ac opprobrium est: non facere autem ea quæ non faciendū sunt, laudum rector, non dedecus. Itaq; siue patris, siue magistratus domini præceptis mala, iniusta, uel turpia imperantis obsequens quis fuerit, nequaquam inobediens est, ut neque iniuste, neque perperam facit. Verum ille dum immoriger est, qui bene honestē utiliterq; imperat negligit, et non obtemperat. Talis igitur est inobediens. Immoriger autem illi contrarius, et contrario modo affectus. Is autem hoc nomine appellandus erit, qui obtemperat. Ultro obsequitur recta monenti, &c.

Pempeli Pythagorici ex lib. de Parentibus. Et autem paraphrasia uerborum Platonis lib. 11. de Legibus.

Parentes negligere neq; dæmon, neq; hominum quam, qui uel mediocriter sapiat unquam, cuiquam fuluerit.

Existimandum est, nullum apud deos magis honorandum simulacrum habere nos posse, quàm patres et auos senio confectos, matresq; similiter. Nam si quis muneribus et honoribus parentes exhilarat, deus bona rependit. Nisi enim deo curæ essent parētes, minime eos super filiis precantes exaudiret. Mirabilius profecto et augustius parentum simulacrum nobis quàm inanimes quæq; imagines, uideri debet. Nam quæ animam habent, quando coluntur à nobis et ornantur, pro nobis orant, et optima dona nobis imprecantur: quando despiciuntur, contra, quæ uerò anima carent neutrum horum faciunt. Quocirca qui erga parentes et auos, ceterosq; huiusmodi rectē se gerit, is ad deos sibi conciliandos simulacrorum omnium optima possidet. Omnis igitur qui sapit, colat et ueneretur: et timeat parentum preces et execrationes, multas illarum saepe euentu comprobatas sciens, &c.

Si quis parentes secundos ac terrestres quosdam deos dixerit, non errabit, cum nobis propter uicinitatem, si dicere fas est, uel ipsis dijs honorabiliores sint. Necessarium autem est existimare unum erga ipsos gratitudinis modū esse, perpetuam et nunquam remittentem beneficia ipsorum rependendi animi promptitudinem. Quantumuis enim multa in eorum gratiam fecerimus, semper tamen inferiora erunt omnia, quàm esse deberent. Quinetiam propemodum actiones nostræ omnes illorum uideri possunt, ut qui nos etiam hæc agentes produxerint. Quemadmodū enim Phidie aut aliorum artificum opera, si et ipsa rursus alia quæpiam facerent, ea quoq; non dubitarem opera nominare artificum: eodem modo actiones etiam nostræ parentum nostrorum opera esse dicentur, per quos et nos nati sumus.

Hieroclis, ex lib. quomodo erga parentes agendum sit.

sumus. Ut igitur in promptu habeamus, quibus officio-  
ga parentes obstringamur, somnariam hanc sententiam  
semper animo uersare oportet: Quod parentes deorum  
nobis imagines sint, & per Iouem dii lares, seu domesticæ  
beneficiorum autores cognati, creditores domini & amici  
constantissimi. Sunt enim deorum imagines certissime, et sim-  
litudinem eorum nobis referunt melius quam ullius artis  
facultas exprimere possit: cum tanquam dii domus patrum  
& nobis familiares sint. Beneficiorum item maximorum  
nobis autores sunt, & maxima quæque præstant, non quod  
idem ea solum quæ habemus, sed quicquid uobis exhibent  
& optare uoluerint. Adhuc proxime cognati & autumati  
cognitionis ad alios. Præterea creditores rerum præditi-  
ssimarum, ex quibus ea solum repetunt, quorum ipsa in-  
ditio iterum nobis beneficium est, &c.

Xenophonitis  
de dictis So-  
cratis.

Si omnium anicitiā magni existimandam esse putas,  
nonne matrem etiam quæ plus te omnibus istis amat, præ-  
tas oportere colere? An ignoras, quod ciuitas quoque, diu-  
quidem non nimium curat ingratitudinem, nec in iudiciā  
compellit, sed despicit, si quis beneficiis acceptis non re-  
dat gratias: si quis uerò parentes non obseruet, hunc in iu-  
diciū compellit, ac reprobat, magistratibusque omnino  
indignum existimat, tanquam ab illo non possint neque sa-  
crificia pie sacrificari, nec aliud quicquam bene aut iuste  
agi. Nec solum hoc, sed etiam si quis parentum defunctorum  
sepulchra non ornet, hoc etiam ciuitas inuestigat in de-  
tentionibus magistratuum. Tu itaque, fili, si compos es mentis,  
& deos ut tibi ignoscant exorabis, si quid matrem negle-  
xisti, ne ingratum te esse existiment, nec benefacere uelint.  
Ab hominibus quoque cauebis, ne sentientes quod com-  
miseris, &c.

nas parentes, pro nihilo te habeant, et priuatus amicis om-  
nibus effectus fueris. Si enim te arbitrabuntur erga paren-  
tes ingratum esse, nullus putabit te pro susceptis beneficiis  
fore in referenda gratia memorem.

## DE DIIS ET PHYSIOLOGIA

circa cœlum ac mundum, Ser-

mo LXXX.

**R**hilosophi quidam sapientiam uenati, illius se <sup>Incerti autē</sup>  
compotes factos sibi persuaserunt, ut Epicurus <sup>ris.</sup>  
& Stoici. Alij uerò se illam in hac uita semper  
adhuc perquirere, ut Socrates & Pyrrhon, & rem dijs  
propriam non humanam esse professi sunt.

Cum ergo de Socrates multa de dijs mundi generatio-  
ne à multis dicta sint, ne mireris obsecro, si rationes de  
ijs probatissimas afferre non possim. Satis enim factū pu-  
tare debes, si non minus probabiles quam quibus alijs, ra-  
tiones attulerim. Aequum est meminisse, & me qui disse-  
ram, & uos qui iudicabitis, homines esse: ut si probabilia  
dicentur, nihil ulterius requiratis.

Bion aiebat maximè ridiculos esse astronomos, qui cum  
non uideant pisces iuxta se nantes in littoribus, illos qui in  
cœlo sint uidere se dicant.

Pindarus nature speculationibus uacantes imperfecti  
sapientiæ fructum capere dicebat.

Talem dum, cœlum contemplatur, in fossam illapsam,  
ancilla eius ex Thracia oriunda iure id pati dixit, qui cum  
iuxta pedes posita ignoraret, cœlestia intueretur.

Cum astrologus quidam in foro stellas in tabella qua-  
dam depictas monstraret, atque diceret, En tibi hic stella

errantes, audiens Diogenes: Ne mentiaris inquit bone  
Stellæ enim non errant, sed illi, ostensis qui asidebant.

Aristonis.

Ariston dicebat, eorum quæ philosophi scrutantur,  
quædam ad nos pertinere, alia nihil, alia supra nos esse.  
Nam disciplinam morum ad nos spectare. Dialectica nihil  
nos attingere, cum emendationi uitæ nihil conferant. Phy-  
sica uero supra nos esse: cognosci enim non posse, & nihil  
utilitatis adferre.

Eusebij.

Non querendū est an dii sint, sed protinus credere pro-  
stat. Nam questione proposita, etiam ille qui impiissimam  
opinionē defendit, nempe deos non esse, superare conatur.

Mercurij ad  
Tantum.

Deum cogitare animo difficile est, eloqui impossibile.  
Res enim incorporea non potest corpore significari: &  
quod æternum est, cum temporaneo agrè coniungitur. Hoc  
enim præterit, illud semper existit: Item hoc per imagina-  
tionem adumbratur, illud reuera est. Imbecillius autem  
fortiore, & inferius à præstantiore tantum distat, quantum  
à diuino mortale. At medium inter ista interuallum, publi-  
citudines spectaculum obscurat. Etenim quæ oculis &  
alijs sensibus usurpari possunt, ut corpora uisibilia (& eo-  
rum accidentia) eadem lingua & sermone enūciare possi-  
mus. Quod autem incorporeum, inconspicuum, & sine om-  
ni figura est: neq; materia constat, à sensibus nostris per-  
cipi non potest. Intellego ô Tati, intellego, rem ineffabilem  
Deum esse.

Eisdem in  
Cruia uel At-  
lanico.

De dijs aliquid apud homines differentem facilius  
approbari tanquam recta dicentem, quam de mortalibus  
rebus apud nos. Imperitia enim & omnimoda ignorantia  
auditorum, in quacumq; re fuerint rudes, de illa dicturo  
plurimum copiam ministrant.

Quæ

Quod res diuine supra nos sint, cuius costat: & quod  
uirtutis ipsarum excellentiam uenerari sufficiat. Quinam  
uero dii sint, nec inueniri facile potest, nec inquiri fas est.  
Quippe seruatorum etiam non interest scire naturam aut fa-  
cta dominorum suorum: ut quibus nihil conueniat quam  
in seruire, &c.

Xenophonis  
ex Epist. ad  
Ælchimum.

Quemadmodum insanientium quidam: nec illa quæ hor-  
rida sunt abhorrent, quidam uero & ea quæ timenda non  
sunt, pertimescunt: & his quidem nec publice agere aut  
facere quodcumq; contigerit, turpe esse uidetur, his uero  
nec conuersandum cum hominibus esse: & quidem nec tē-  
plum, nec aram, nec quicquam aliud adorant diuinum, qui-  
dam autem lapides, ligna, ac feras colunt: sic etiam eorum  
qui in rerum omnium natura contemplanda uacant, qui-  
busdam unum solum uidetur esse quod est, quibusdam uero  
infinita multitudo. Et his quidem omnia semper moueri,  
his uero nihil unquam moueri. Et quibusdam omnia gigni  
atque corrumpi, quibusdam autem nihil unquam aut gigni  
aut corrumpi posse.

Xenophonis  
de factis & di-  
ctis Soeratis  
lib. 1.DE LITERIS, SER/  
mo LXXXI.

De philosophia uide etiam in præcedenti sermone de  
dijs. Coheret autem hic illi in antigraphis  
nonnullis tanquam unus sermo.



Vinctiam in signem numerum Sophismatum  
Inueni per literas: Literarum autem compositio  
Memoriam produxit omnium opificem

Æschyli in  
Prometheo.

Musarum matrem.

Oratio sanè utilis est egrotantibus.

Philemonis  
in Philera.

Veluti splenium ulceri aptè impositum  
Inflammationem sedat, sic & oratio.

Euripidis.

Multum ueterum carmina bene prolata sunt.

Nam oratio commoda remedium timoris est hominibus.

Philetæ in  
Pægnijs.

Nullus me ex montibus rudis rusticus

Auferet alium sublato ligone.

Sed qui callet uerborū elegantia, & post multos labores

Variorum sermonum rationem nouit.

Euripidis in  
Hercule.

Non desinam Gratiæ Musis

Commiscere suauissima coniunctione.

Ne uiuam alienus est à Musis.

Eiusdem in  
Andromeda.

Ab miser, quam debilem tibi fortunam

Dedit demon, sermones tui autem ualde sapiunt.

Eiusdem in  
Palamede.

Ego remedium obliuionis statuens, solum

Ex consonis & uocalibus literis syllabas iungens,

Autor fui hominibus ut literas scirent.

Ita ut absens ultra maris æquora,

Res quæ illic gerantur in ædibus omnes rectè intelligat

Et moriens liberis aliquod literas

Scribendo animū aperiat, qui acceptis literis cognoscant.

Mala autem quæ contentionibus hominum agitantur.

Codicillus dirimit, nec falsa loqui sinit.

Callimachi.

Etenim ego quæcunque capiti olim largitus sum

Flaua cum odoratis unguenta corollis,

Omnia statim odorem amiserunt: & quæ dentes

Intra, & uentrem ingratum subiuerunt,

Eorum quoque nihil in crastinum remansit: Quæcumque

uerò in aures

Philemonis  
ex Apolline,

Recundi, ea mihi sola adhuc adsunt.

Ille non solum inuenit, quomodo colloquamur

Inuicem, longo tempore alter ab altero absentes:

Neque quo modo nullus unquam in posterum

Ex nobis quicquam obliuiscatur, sed inspiciens

Quæ quouis tempore gesta sunt cognoscat, uerumetiam

Medicum animæ reliquit literas.

Arbitror equidem ô Nicocles, pulchra monumenta esse  
corporum etiam imagines: uerum multo pluri faciendas  
mentis & actionum icones, quas in solis orationibus ar-  
tificiose compositis spectare licet.

Iocæris in  
Euagora.

Plurimum ad persuasionem sermo ualet.

Democriti.

In bello quidem ferrum auro præstat ad defendendum  
se: in uita autem eruditio diuitijs.

Socratis.

Oratio tanquam bonus figulus, eleganti specie animam  
ornat.

Eiusdem.

Postquam infinitam uocem cogitauit, siue deus ali-  
quis, siue homo diuinus, qualis apud Aegyptios Theutho  
fuisse fertur, primo in ipsa uocis infinitate uocales lite-  
ras considerauit, quæ non una res sunt, sed plures, rur-  
susque alias, quæ non uocis, sed soni participes essent, at-  
que harum numerum certum similiter definiuit: tertiam  
deinde speciem literarum distinxit, earum quas nunc mu-  
tas uocamus: postremò liquidas mutasque discreuit, usque  
ad singula quædam, uocalesque & medias eodem modo,  
donec earum numero in singulis speciebus, & in uniuersis  
reperito, elementa uocauit: cumque uideret neminem no-  
strum quicquam seorsim percepturum, nisi uniuersa per-  
cepisset, hoc uelut unculum unum quiddam existens, &  
in unum dispersa redigens meditatus, quam unam in his  
esse artem grammaticam animaduertit, eo nomine ap-  
pellauit.

Platonis in  
Philebo.

Nominum quippe copulationem orationis esse substantiam. Quocirca elementa sine oratione rationeue, & incognita esse, sensibus tamen percipienda: syllabas autem & cognosci & dici posse, & uera opinione comprehendi. Quando ergo absq; ratione opinionem de aliquo ueram aliquis adipiscitur, uera quidẽ de illo eius sentire animum ferunt, nõ se uerò nequaquam. Nam cum qui accipere & reddere rationem nequit, inscium esse, cum uerò rationem consequitur, hæc omnia cognoscere posse, perfectamq; scientiam adipisci.

Ex Iamblichi  
Epist. ad De-  
cipam de  
Dialectica.

Reuera deus quispiam fuit, qui hominibus dialecticam monstrauit, & cœlitus dimisit, siue ut nonnulli dicunt, doctus Mercurius, qui manibus dialecticæ symbolum gestat, nempe dracones se mutuo inspicientes: siue ut illi contendunt, qui semper in philosophiæ studio primas tenuerunt, Calliope maxima natu Musarum constantem orationis firmitatem, quæ redargui non potest, blanda grauitate excellentem, mortalibus exhibuit. Ut autem res ipsa ostendit, Delphicus deus, neque dicens secundum Heraclitum, neq; abscondens uaticinia, ad dialecticam inuestigationem oracula audientes excitat, cuius opera, quicquid ambiguum & æquiuocum est, diiudicatur. Et qui ambiguum quidpiam scrutatus id perspexerit, scientiæ lumen sibi accendit. Theophrastus certe lignei muri sensum recte, ut oportebat, consecutus, publice Græcorum salutis indubiè autor fuit. Istis similia Dialecticæ opera Deus qui in Branchidis uaticinatur proponit, euidenti inductione quid sibi uelit indicans his uerbis: Non ærea sagitta, nõ lyra, neq; nauis, nec aliud quicquam absq; artificiali usu unquam utile fieri potest.

Omnes homines disputatione utuntur, insitam hanc facul-

Eiusdem ex  
Epist. ad So-  
patri de Dia-  
lectica.

ultatem à pueris habentes & aliquatenus omnes, alij magis, alij minus, eius participes sunt. Quamobrem deorum munus haudquaquam negligendum est: sed meditatione, experientia & arte confirmandum. Considera quæso, quæ sit eximius in omni uita ipsius usus. Nam in colloquijs iuxta communes notiones ac opiniones cum hominibus agit: in artium inuentionibus prima ipsarum principia constituit: antequam res aggrediaris, quomodo administrandæ sint ratiocinatur. Item admirabiles in philosophia scientias præexercitamentum atque methodum exhibet. Imò quod maius est, nulla philosophiæ pars absq; dialectica ratione comparatur. Enimvero & cū naturale quodpiam dogma inquirimus, rationes ad eius confirmationem adhibemus: & omnia quæ considerantur de dijs, dialectica ratione astruuntur. Denique nihil dici audiriue potest hac methodo dimissa. Nam & hoc ipsum, Dialecticam non discendã esse, dialecticis argumentis probandum est. Omnino igitur exercenda est, siue incumbendum ei fuerit, siue non. Absurdum enim esset, cætera quidem omnia ratione iudicare, ipsam uerò absolutissimam rationis considerationem relinquere. Et cum ratione animalibus alijs antecellamus, eximium istud humanæ naturæ bonum possidentes, temere & obiter excolere ipsam: & rerum omnium disquisitioni admixtam orationis uim deligere, ipsam uerò ipsius cognitionem, qua relictis cæteris dignissimam & preciosissimam scientiam sui per se constituit (ut testatur inscriptio illa Delphica) uelut improbandam reijcere.

Sed transeamus ad philosophiæ studia. Omnium prima sunt, quæ ad reminiscentiã referuntur (hæc & Socrates ostendit Menoni) & recte i uerrogando apparent.

Ibidem.

Secundum locum obtinent quæ speculari meditarique gratia exercentur, & in animo nata in lucem proferunt, ac uera distinguunt à falsis. Caterum & hæc omnia à dialectica perficiuntur. Argumentis enim & nationibus animi illustrantia contrariis differentium opiniones mutuo conferunt, ac inter se conciliant. Sunt quæ discipulis experiendi causa, & ut aliquod specimen edant, proponuntur, quibus aut aliquod thema tractatur, aut ueterum obscuriora dicta explicantur. Ex illis omnibus in philosophia studijs nullum sine dialectica munere suo fungitur. Denique rite interrogando ac respondendo colloqui non potest, qui istum orationis scientiam non habuerit.

ADVERSUS LITERAS,  
Sermo LXXXII.

Euripidis in  
Hippolyto.



Ei heu, cur non res ipsæ inter homines edunt

Vocem, ut nihili fierent artificiosi sermones?

Nunc autem compositis argumentis quæ ueris-  
sima sunt

Fraudulenter inuoluunt, ita ut non iudicetur, sicut iudica-  
ri debebat.

Eiusdem in  
Antiope.

Nihil non in utramque partem aliquis  
Defenderit, si fuerit dicendi peritus.

Bueni. Multis quidem mos est in omnibus ex æquo contras  
dicere,

Recte uero contradicere non solent.

Et aduersus illos satis est antiquum sermonem respondere.

Hæc mihi uidentur, illa uero tibi.

Arcefilai. Arcefilaius philosophus dialecticos aiebat similes esse  
ludentibus aleæ, qui non sine delectatione decipiuntur.

Zenon

Zenonis. Zenon dialecticorum artes iustis mensuris compara-  
bat, quæ non triticum, nec aliud quidpiam alicuius precij,  
sed paleas & stercorea metiuntur.

Pythagoræ. Vana est illius philosophi oratio, quæ nullam in homi-  
ne passionem curat. Quemadmodum enim medicinæ nullus  
est usus, nisi morbos à corporibus exterminet: ita neque phi-  
losophiæ, nisi animæ uitia expellat.

Ex Aristonis. Qui dialecticæ studium profundè rimantur, caneros  
Similibus. edentibus similes sunt, qui propter exiguum alimentum, cir-  
ca crustas plurimas occupantur.

Antisthenis. Contradictentem docere oportet, non condicendo cõ-  
pescere. Nam neque insano, si uicissim insaniat, aliquis me-  
debitur.

Ex Serini. Cleanthes interrogatus, cur inter ueteres, cum non  
Memorabilibus. multi philosophati essent, plures tamen quàm nunc clari  
euaissent:

Cleanthis. Quoniam, respondit, tunc quidem res ipsa exercebatur,  
nunc autem uerba solum.

Arcefilai. Arcesilai. Dialecticam fuge: susque deque confundit  
omnia.

Aristonis. Aristonis. Ariston dialecticam aiebat luto uiarum similem esse.  
Nam & lutum inutile cum sit, transcuntes prosternit.

Theocriti. Theocriti. Theocritus ad dialecticum quandam acriter & con-  
tentiosè respondentem ei, istud Homeri carmen dixit: Lis  
utinam pereat inter hominesque deosque.

Carnæadis. Carnæadis. Carneades dialecticam inquebat polyppo similem esse:  
Vti polyppus enim cirros suos auctos deuorat: ita dialecti-  
cos iam peritiores factos suas puoque opiniones resutare.

Clitomachi. Clitomachi. Clitomachus dialecticam Lunæ comparabat: ut quæ  
similiter augeri & decrescere non cessaret.

Ariston

Aristonis.

Ariston dialecticorum sermones aranearum telis con-  
ferebat, ut qui subtiles admodum, sed inutiles essent.

Ex Aristonis  
Staubibus.

Veratrum crassiuscule sumptum, purgat: in pollinem  
uero leuigatum, suffocat. Sic & nimis anxia subtilisq; in  
philosophia disputatio.

QVALESNAM OPORTEAT ESSB

patres erga liberos, & quòd utriq; naturali  
quadam necessitate mutuò efficiantur,

Sermo LXXXIII.

Menandri.



On est auditu suauior sermo, quàm qui Pro-  
latus

A patre ad filium, laudem eius continet.

Eiusdem.

Nunquam reuera neq; filio suo pater

Solet minari, nec amans amare.

Euripidis in  
Menalippe.

Quicumq; durum patrem habet adolescens,  
Et odiosum domi, magnum malum possidet.

Menandri.

Qui durissimus filio uidetur in admonendo,  
Verbis quidem asper est, re ipsa uero pater.

Eiusdem.

Si filio quod petit promptè exhibeas,  
Habebis cum uerè tutorem uia tue, non insidiatorem.

Euripidis in  
Alcmena.

Vehementem in liberos amoris affectum deus dedit  
hominibus.

Patris mina non ualde terrent.

Menandri in  
Simul pran-  
dentibus.

Suauius est pater prudentior quàm iracundior.

Eiusdem.

Filium beneuolentia patris meliorem facit.

Eiusdem.

Emendandi sunt liberi, non tam duriter tractando,  
quàm uerbis suadendo.

Eiusdem.

Quàm suauius res est benignus & iuuentim moribus se  
accommodans pater.

Eiusdem

Bonus

Bonus pater non fouet iram contra filium.

Sapientes oportet liberos natu minores castigare.

Et patrem oportet facile ferre

Liberos amoribus captos, absq; contumacia:

Et filios patris amores. Non enim spontaneus est

Hominiibus amor, neq; uoluntarius morbus.

Est autem ualde ineptus ille,

Qui deorum necessitatibus mederi uult.

Vna quedam est communis hominum lex,

Et diuinitus institutum, quod aperte iam dico:

Vt uidelicet nullum non animal natum ex se factum amet.

In ceteris autem peculiare sunt singulis leges.

Equidem autumo patri charissimos esse liberos.

Et liberis parentes, nec auxiliares

Alios sibi fieri posse iustiores aio.

Nam cum aliquid in gratiam dilecti filij facio,

Hunc ad me pertinere fructum mihi persuadeo.

Anacharsis Scythia interrogatus, qua de causa non ope-  
ram daret proli, respondit: Quia nimis amaturus essem

Cum liberi tibi sint, & familia parata,

Nouam domi prolem procreare uis,

Maximam inuicitiā tuis liberis concitans.

Patris increpatio, suaue remedium est. Plus enim utili-  
tatis quàm mordacitatis habet.

Diogenes interrogatus, quomodo patres & filij se inter  
se gerere deberent, respondit: Rectè se gerēt, si ea quæ opus  
est exhibendo petitiones inuicem præueniant. Meritò au-  
tem pater, ut qui prior beneficia contulerit, nisi uicissim ac-  
cipiat, statim tristatur: filius uero mollioris est animi, &  
non facile audet petere.

Charitonis  
Hippochoi,  
Euripidis in  
Dicye.

Ibidem

Antiphani.

Anacharsi.

Euripidis in  
Dicye.

Socratis.

Diogenis.

Non



Themistij ex  
libro de Mo-  
deratione af-  
fectuum.

Non uos latet ô uiri, amorem in liberos affectum esse laudabilem, & longè alium quàm pecuniæ & diuitiarum amorem. Hæc enim nomina apud homines iure uitia & ap- pellantur, & sunt: quippe suam originem non ex natura, sed improbitate nostra deducunt. At liberorum amor coeli tus naturæ alligatus est, & plane ab aurea illa infractaq; catena pendet, quàm natura perpetuo contextens, & ob- euntibus nascencia coniungens, ne in nihilum relabatur, sibi cauet.

Democriti.

Pueris maximè oportet distribuere administrandas communes pecunias, & simul ipsorum habere curam, ne incustoditi negligentius cum eis agant. Sic enim multo magis parci, promptioresq; ad acquirendum sunt, ac mutuo certant. Nam quæ communi nomine expenduntur, non molestant ita ut priuato: & quæ acquiruntur, non æquè exhiberant, sed multo minus.

Licet pueros non magno sumptu ita instituire, ut tum pecuniæ, tum corpora ipsorum, custodia instar muri, & sa- lute muniantur.

Platonis in  
Lachete.

Filijs namq; bene malè institutis uniuersa domus pa- terna eodem modo gubernabitur, quo & filij affecti sunt. Vera loqueris. Diligenter igitur huic rei inuigilandum.

Xenophontis  
ex Epist. ad  
Critonem.

Scias Socratem frequenter ad nos dixisse, quòd illi qui filijs de multis opibus prospiciunt, ut autem boni ac egre- gij euadant negligunt, simile quid agant equos alentibus, quos belli disciplinam non docent, multum uerò pabuli exhibent. Sic enim equos habituri sunt pinguires, sed re- rum quas præstare oportebat, imperitos. Nam equi lau- dem non in corpulentia, sed audacia peritiq; in bello, si- tam esse. Eodè modo peccare illos, qui filijs multos agros  
compa/

comparant, ipsomet uerò negligunt. Possessiones enim magni precij adimentionem habebunt, ipsi autem utiles e- runt: cum contra oporteret custodientem re possessa pre- ciosiore esse. Itaq; si quis filium suum magni precij ho- minem effecerit, quamuis paucas opes ei relinquat, multa tamen largitus est. Animus enim facit ut res multe, aut pauca appareant: quippe bono quicquid possidet, mode- ratum est: rudi autem & inepto, modicum. Tu uerò non plura quàm necessitas postulat largiris tuis filijs, quæ qui- dem rectè instituti, ut necessaria, sic satis esse sibi copiosa existimabunt. Imperitis autem præsentem quidem corpo- ris molestiam remittunt: futuri uerò temporis expectatio- nem metu plenam, nihil imminuunt.

HONESTISSIMUM ESSE FRATER-  
num amorem, & animi affectum erga co-  
gnatos, quodq; necessarij sint,  
Sermo LXXXIII.



Uam suavis est inter fratres concordæ  
amor.

Menandri.

Quem natura alicui coniunxit, ille nul-  
lo tempore alienus fieri potest.

Terentij.

Indignæ res est fratrum contentiones fieri seu uerbis,  
Seu pugnis, ubi in mutuam inciderunt discordiam.

Nam uiri amici & cognati familiarum

Diphili.

Veluti propriam reputare oportet uerè cognatum.

Num fratres aliqua in re accusat? in quibus unus  
quisque

Pugnantibus fiduciam collocat, licet magna lis ap-  
pareat.

Qui

- Ibidem.** Qui relictis fratribus alios amicos quærunt, similes illis sunt qui suum rus incultum sinunt, & alienum excolunt.
- Senonis.** Acheus & Dius fratres Athenis cum hereditate partirentur, ad eò benigni erant, ut cum Acheus, qui Gymnasio præfuerat & sumptus in ea dignitate fecerat, eos à sua parte detrahi uellet, Dius id non permitteret, ac se quoque alios sumptus fecisse dicitaret.
- Ibidem.** Callias iuuenis adhuc magister equitum creatus, petit ut liceret sibi hoc honore Theophilo fratri tanquam natu maiori concedere. Itaque plurimum laudis hæc ei modestia peperit, & iterum anno sequente primus electus est.
- Plotarchi de Amore fratrum.** Neque diuitiarum, neque regni, quod apud homines imperium est diuinissimum, sine fratribus ulla potest aut gratia aut fructus esse.
- Ibidem.** Qui fratrem suum non amat, is ne parentes quidem, qui amborum generationis communes auctores fuerunt, amat.
- Ibidem.** Boni probique filii non solum propter parentes amore mutuo se prosequuntur, sed etiam parentes propter sese. Cum enim multas ob causas parentibus gratitudinem debeat, plurimum eis fratrum nomine debent.
- Ibidem.** Musas nominatas aiunt quasi eas ueras, id est, simul de gentes propter sororiam animorum coniunctionem.
- Ibidem.** Pollux quendam, qui fratrem apud ipsum clam deferebat, pugno percussum occidit: ac ne deus quidem solus esse uoluit, sed potius cum fratre semideus agere.
- Ibidem.** Theophrastus ait alienos homines non amantem iudicare oportere, fratres autem contra.
- Ibidem.** Euclides Socraticus cum fratrem dicentem audiuisset, Disseream nisi te ultus fuero: respondit. Et ego, nisi ut nos ames tibi persuaserim.

- Ibidem.** Scilurus octoginta filiorum pater iam uicinus morti, fasciculum ex iaculis porrigens unicuique, confringere iussit. Cum autem omnes desesi nihil effecissent, ipse singulatim extrahens, iacula omnia facile fregit, docens ipsos hoc argumento, quod uniti & concordēs, robusti permansuri essent: dissoluti autem, imbecilles futuri.
- Fratrum amantum & pauperem dici præstat, quam Sotionis fratrum oporem ac diuitem.
- Canem tibi insensum mitigare conaris, ut fiat benignior: erga fratrem uero idem non facis.
- Aristippus ad fratrem dixit: Memineris te dissentionis, autem me reconciliationis auctorem fuisse.
- Nihil præsupponere opus est, illum qui considerat, quo pacto agendum sit cum fratre: sed statim in promptu quod eadem sit utriusque uestrum conditio, natura te docebit. Itaque primū hoc consiliū iam dictū sit, scilicet eo modo cum fratre uiuendum esse, quo ipsum aliquis secū agere uellet. Per Iouem aliquis dixerit: At ego modestus & æquus homo sum, frater uero rudis et difficilis in conuersatione. Sed non recte ita loquetur. Primum fortè, non ait quod res est. Nimius enim est amor sui in extollendis & laudandis rebus proprijs, alienis contra imminuendis ac eleuandis. Quamobrem multi deteriores, alijs longè præstantioribus semet anteponunt. Deinde, quamuis reuera talis sit frater: tu tamen, dixerim, melior appareas, & beneficijs agrestes illius mores uincas. Haud enim magna gratia illis debetur, qui faciles ac moderati sunt erga prudētes ac benignos. Rudem uero molestumque, suis factis mitiorē reddere uiro dignum & laudabile opus est.
- Cum erga omnes homines, tum fratres multo maxime. **Ibidem.**

\*Platarchus  
Euclidis So-  
cratico attri-  
buit.

+Socratis animū imitari ac referre debemus. Hic enim ad illum qui se moriturum exclamauerat, nisi ipsum ulcisceretur: At ego, dixit, nisi te mihi effecerim amicum, moriar. Deinde cogitandum est quod fratres quodammodo corporis tui partes sint, quemadmodum oculi tui, pedes, manus, & reliqua membra. Nam & fratres aliquo modo ita se habent, si communem generis originem spectes. Sicut igitur oculi manusq; si anime & mentis per se compotes fierent, reliquas partes omni studio curarent propter intercedentē ipsis cōmunionem: quoniam ne ipse quidē functiōnem suam recte administrare possunt citra presentia aliarum partium: ita nobis etiam, qui homines sumus, & animam habere nos fatemur, omnibus uiribus annitendū est, ut fratribus decēter utamur, magis enim q̄ partes corporis, ad auxiliū mutuū fratres cōpositi esse uidentur. Siquidē oculi simul aliquid intuentur, uterq; alteri præsens: et manus presentī manui subuenit: fratru uerō opera mutua multo latius patet. Negotia enim cōmunia peragunt, quamuis magno loci interuallō disiuncti: & commoda sua sedulo inuicem promouent, licet longissimo interstitio separentur.

Huiusdem.

Extremæ insaniæ argumentum est, cum illis coniungi uelle, quorum amorem nulla uis naturæ nobis commendat, & quam fieri potest latissimè familiaritatem propagare: auxilia uerō & socios in promptu existentes, & ab ipsa natura suppeditatos, quales nimirum fratres sunt negligere.

Mufonij, An  
liberti nati nu-  
trientiū sunt  
omnes.

Nonnulli homines, quod mihi grauissimum esse uidentur, cum paupertatem præterere nequeant, & pecuniæ sat habentes, alij uerō diuites aperte, audent tamen liberos post nascentes non educare, ut qui prius nati sunt, diuites

ores fiant. Ita per nefas ex cade fratrum opes suis liberis parant, occidendo fratres ut ceteri patrimonium amplius habeant. Ne illi non intelligant, quanto sit potius multos habere fratres, quam multas pecunias. Nam pecuniæ insidias à proximis struendas cient, à fratribus insidiatores arcentur. Item ille ad sui custodiam alienum auxilium requirunt: ipsi uerō fratres, optimi sunt auxiliatores: ita ut nulli ex alijs hominibus amici excellenti fratrum bono similes uel æquales haberi debeāt. Quodnam enim bonum, quod securitatem atinet, fraternæ beneuolentiæ comparauerit aliquis? Aut quem socium bonorum beneuolentiorē acquireret aliquis, quam fratrem cōmodum? Aut cuius presentiam in calamitatibus desideraret potius, quam huiusmodi fratris? Ego sane felicissimum esse iudico, illum quē in magno & concordia fratrum numero uitam degit, eundemq; Deo charissimum arbitror, ut qui bonis domesticis affluat. Quamobrem & suadeo, ut unusquisq; nostrum liberis suis fratres potius quam pecunias relinquat: ut pote maiores bonorum occasiones hoc pacto eis reliquas.

Quemadmodum equus damno fit ei, qui nesciens tentaret uti eo: sic etiam frater damno fit, cum quisquam uti eo tentet nesciens? Quo pacto, Cherecrates ait, nesciam ego fratre uti? cum bene scia & benedicere benedicenti, & benefacere benefaciēti? Illi autē qui uelit uerbo & opere mihi nocere, neq; possim, neq; tentare aut benedicere aut benefacere. Ad hæc Socrates: Mirāda dicis ô Cherecrates, aut si canis nanq; tibi esset ad omniū custodiā aptus qui pastoribus quidē afficeretur, tibi uerō aduenti exasperaretur, certū est q̄ ira atq; indignatione dimissa, omni conatu aliquib; be-

Xenophon de  
dicis ac faciis  
Socratis lib. 1.

neficijs eum mitigasset. Fratrem uero confiteris magno tibi bono fore, si qualis oporteat tibi efficiatur: & non conaris quam optimum tibi eum efficere, præsertim cum putes scire benedicere, beneque agere. Sed dubito ô Socrates inquit.

**Ibidem.** Nonne tibi uidetur magna ignorantia et calamitas eorum esse, qui manibus, aut pedibus, aut oculis, quæ ad utilitatem hominum gemina ac fraterna eis orta sunt, ad malum utuntur? At manus quidem si oportuerit eas, illa quæ plus quam unum passum distet coniungere, non poterunt: Pedes autem nunquam simul irent ad spacium passus unius: Oculi uero quorum uisua potentia maxime apparet in longum extendi, nunquam uidere possunt eorum qui propinqui sunt, anteriora simul & posteriora. Fratres uero dum amici sunt, quamuis multum unus ab alio distet, agunt tamen ea quæ profutura inuicem sunt.

**Xenophontis**  
ex libro octa-  
uo, de Cyri in-  
stitutione.

Ne putes homines nasci natura fidos: omnibus enim **Ibidem** fidei apparerent, quemadmodum etiam alia quæ natura gignuntur, omnibus apparent eadem: sed fidos oportet sibi unusquisque faciat, quorum comparatio nullo modo fit uis, sed beneficentia potius. Itaque si alios quosdam tentatis regni concustodes efficere, nusquam aliunde prius incipe, quam ab eo qui ex eodem loco natus est. Quare & homines ciues alienis præferendi sunt: et qui una sunt aliti, ijs qui contubernales non sunt. Qui autem ex eodem semine sunt orti, & aliti ab eadem matre, & in iisdem partibus adoleuerunt, & ab iisdem sunt dilecti parentibus, et eandem matrem, eundemque patrem appellant, quomodo hi minus sunt omnibus propinquitate præferendi? Nolite igitur quæ dii immortales bona admouent ad familiaritatem fratrum

tem fratribus, inania nunquam facere: sed ad hæc continuo parate alia amicitia opera, & ita semper inuicta uobis inuicem futura est charitas. Qui fratri prouidet, seipsum curat. Cui enim alij frater magnus existens, adeo bonum sit ut fratri? Quis alius honorabit uirum, qui magnus sit uiribus, ita ut frater? Quemnam adeo timebit quisquam inuicta afficere, si frater sit magnus, ut eius fratrem? Nemo igitur te celerius huic audiat, neque alacrius adsit. Nemini enim magis propria sunt huius uel bona uel mala, quam tibi. Cogita hæc præterea: Cui gratificeris unde maiora consequi speres, quam huic? Cui etiam si auxilium feras, ualentiore socium belli recipias? Quem præterea turpius est non amare, quam fratrem? Quem omnium pulchrius est antepone, quam fratrem? Solus quidem ô Cambyses, frater si priores habet partes apud fratrem, nulla inuidia uenit ab alijs.

OE CONOMICVS, SER-  
mo LXXXV.



T ille pauca quidem, sed iactata semper, ad me dixit: Sophoclis in Atace.

Mulier: silentium ornat mulieres.  
Huiusmodi ancillam uxori permittere conuenit,  
Quæ quod iustum est non taceat.

Euripidis in Ino.

Turpia uero oderit, & ante oculos habeat.

Hesiodi in Operibus.

Nec animum tibi decipiat mulier impudica  
Blando sermone garriens, tuum captans nidum.

Omnia enim per uiros Mulieres agere decet quæ modo sapiunt.  
Euripidis in Supplicibus.

Virgines in turbam progredi, non est honestum.

Eiusdem in Oreste.

Introducite illam. Credere autem debet

Euripidis in  
Stheneboea  
Theophrasti.

Nulla in re mulieri. quisquis bene sapit mortalium.  
Mulicrem nõ in ciuilibus, sed in domesticis rebus oportet ingeniosam esse,

Ex Epist. de  
Amicitia.

Nuptiæ propter amicitiam contractæ, meliores sunt: aliter uero, periculose.

Themistij pu-  
to.

Mulieres que stultis maritis imperare, quam prudentibus obedire malunt, similes sunt illis que potius in itinere cæcos ducere uolunt, quam peritos & uidentes sequi.

Plutarchi in  
præceptis  
moralibus.

Vir corporis studiosus uxorem efficit ornatum deditam: uoluptarius, amatoriam et luxuriosam: at boni honestiq; amator, temperantem et modestam.

Ibidem

Themistocles cum ex duobus filiam quam ambientibus bonis moribus præditum diuiti prætulisset: Virum se quere dixit potius sine pecunijs, quam pecunias sine uiro.

Dionis in Oe-  
conomico.

Suscepta proles ad temperantiam ualde mouet. (ris. Parere foris, necessitatis opus est: educare autem pij amorem Solon optimam sibi familiam uideri dixit, in qua pecunie non iniuste possideantur, nec mala fide custodiantur: neq; propter sumptus, penitentiam adferant.

Plutarchi in  
symposio sa-  
pientium 7.

Bias in qua dominus sponte sit huiusmodi, qualis propter legem foris est.

Thaletis

Thales in qua domo plurimum oculi agere liceat.

Cleobuli

Cleobulus, si dominus plures habeat sui amantes, quam metuentes.

Pittaci

Pittacus, optimè constitutam esse domum pronunciauit, cui neq; superfluum, neq; necessarium quicquam desit.

Chilonis

Chilon dixit, oportere domum maxime similem fieri ciuitati, que regno gubernatur. Et insuper adiecit, quod Ly-

Licurgi

curgus ad illum, qui democratiam in republica constituentem uolebat, dixerit: Quin tu primum domi tue democra-

tiam

tiam, id est, commune imperium instituito.

Eodem modo humanae res inuicem se habent, quo cate nae circuli, qui mutuo complexu hærent, seq; inuicem sequuntur: quod si unum ex eis, quemcumq; tandem attrahas, tota catena cum suo principio consequitur. Ita etiam quicquid in uitæ negotijs tibi sumas, reliqua necessario sequi, ordine continuo succedentia deprehendes. Verbi gratia, si quis agriculturæ studeat, an non prius oportet haberi artem fabrorum lignariorum, & ante illam arariorum: quam rursus metallæ fodentiũ ars præcedat opus est. Item ut qui fodinis uacant, ruri degere possint, corpore tegantur necesse est, ad quod textores ac domus structores requiruntur. Similiter & alia omnia, si quæras & scruteris, inter se connecti reperies.

Vniuersum cognationis coetum & systema esse iudicandum est: systema autem omne ex contrarijs quibusdam & dissimilibus, que ad unum aliquod optimum, & ad comunem utilitatẽ referatur. Nam chorus appellatus, coetus est Musicæ communionis, et unum comunem spectat finem, nempe concentum. Itẽ societas hominũ circa nauim ex dissimilibus & contrarijs quibusdam constituitur, & ad unum quoddam optimum respicit, uidelicet gubernatorẽ: & cõmunionem utilitatem sibi proponit, hoc est prosperam nauigationem. Sic & familia, que coetus est cognationis, dissimilibus sui partibus cõponitur, et ad patrẽ familiam ueluti unum optimum se refert, & concordiam uipote comune bonũ molitur. In summa, omnis familia tanquam psalteriũ, tribus istis indiget, apparatu, concinnitate, & contræctione siue usu musico.

Domos quoq; cum diceret easdẽ esse bonas atque utiles docere mihi uidebatur quales oporteat edificare. Vtrum enim aiebat, illum qui habiturus est, qualem deceat do-

Ex Brysonis  
Oeconomico

Callicratidæ  
Pythagorij.  
Læconis ex  
lib. de famili-  
arũ foelicitate

Xenophontis  
de factis & di-  
ctis Socratis  
libro 3.

num hoc considerare oportet, ut quam maxime delectabilis & utilis habitantibus sit: Cum uerò hoc concederetur, delectabile itaq; dicebat est, æstate frigidam illam habere, hyeme calidam. Cum autem etiam in hoc consentiret. In domos igitur, aiebat, respicientes meridiem, in hyeme solares radij ingrediuntur: tempore uerò æstiuo cum sol supra nos & per tecta eat, umbram reddit. Si itaq; bonum est sic ista fieri, oportet altiora quidem quæ meridiem respiciunt ædificare, ut sol hyemalis non excludatur: humiliora uerò, quæ aquilonem, ut frigidi non incidant uenti. Et, ut uno uerbo dicam, ubi omnibus horis ipse libenter refugiat, suamq; suppellectilem secure deponere possit, ista projecto maxime delectabilis, ac optima domus esset. Picuræ autem ac uarietates plures delectationes auferunt, quam afferrunt. Templis uerò atque aris locum esse aiebat in primis decorum & conuenientem, qui cum eminentissimus sit, non facillimum aditum habeat. Confert etenim hoc, tum ut aspicientes orent, tum ut casti adeant.

Eiusdem ex  
Oeconomico.

Igitur scientiæ cuiusdam nomen œconomia nobis uisa est, eaq; in augenda domo consistere: domus autem quicquid possidetur appellari: possessionem esse quamcumque rem uisæ utilem diximus: utilia uerò omnia, quibus uti quis sciret. Cunctas autem artes neq; posse quenquam scire, neque sanè à republica probari, quas uocant Mechanicas, quæ corpora pariter & animum corrumpunt.

DE NOBILITATE: QVOD

nobiles illi sint, qui secundum uirtutē uiuunt,

quamuis non claris nec bonis moribus

præditis parentibus orti sint,

Sermo LXXXVI.

De nobili-



De nobilitate parum laudis prædicare possum. Bonus enim uir mihi nobilis uidetur: Qui uerò non iustus est, licet à patre meliore, Quam Iuppiter sit, genus deducat, ignobilis mihi censeatur.

Superflua est oratio, nobilitatem Si mortalem laudauerimus. Olim enim cum primum nati sumus, Et mater tellus homines formauit, Omnibus consimilem largita est faciem. Peculiare nihil habemus. Sed una generis eadèq; origo Nobiles ac ignobiles produxit. Tempus autem legibus arbitrarijs nobilitatem efficit magis gloriosam.

Sed in prudentia nobilitas sita est: ac intellectus Non à diuicijs, sed diuinitus datur.

Tutissima generis laus est, Virum collaudare, qui iustus fuerit Et moribus optimis, ac eundem uocare nobilem. Sed huiusmodi uel unum inuenire difficile est, Et inquirentes ipsum infiniti sunt.

Non tandem sapietis uos qui uanis opinionibus Pleni erratis, ex conuersatione autem homines Iudicabitis, & ex moribus nobiles? Tales enim feliciter inhabitant ciuitates, Ac domos. Carnes uerò hominum inanes, Simulacra fori sunt. Neq; enim hastam Fortè brachium magis expectat quam imbecillum. Nam in animo istud situm est, & alacritate.

Equidem nunquam laudari nobilitatem, Quæ dominis uteretur indignis.

Euripidis in  
Diæye

Eiusdem in  
Alexandro.

A Sidamantis.

Euripidis in  
Bleæra

Theodectis.

Epicharmi  
alijs Me-  
mandri.

Perdet me genus. Ne nomines, si me amas  
Mater ad singula genus tuum. Quibus enim natura  
Nullum adfuerit bonum proprium,  
illi confugiunt ad monumenta,  
Et genus suum, ac auos enumerant quot habuerint.  
At ne unum quidem uideris aut nominaueris, cui  
Non sint aui: aliter enim quomodo nati essent?  
Quod si tamen indicare id nequeunt propter aliquam  
Loci mutationem, aut amicorum penuriam,  
Quid propter hoc ignobiliores habendi sunt illis, qui auos  
suos numerant?  
Quisquis suapte natura procliuus ad bona fuerit,  
Nobilis est, quamuis matre genitus Aethiope.  
Ex Scytia putas damnium fieri, Anacharsis autem an non  
Scythia fuit?

Euripidis in  
Alexandro.

Nulla nobilitas inter malos est, sed apud bonos tantum  
uiros.

Eiusdem  
in Ino.

Parcamus uiris nobilibus, parcamus:  
Malos autem ut merentur, respiciamus.  
Haud equidem scio, qua ratione considerata sit  
Nobilitas. Fortes enim natura,  
Et iustos, quamuis è seruis natos,  
Nobiliiores esse dico, quam inani gloria tumidos.

Menandri  
in Cnida.

Nullum enim opinor esse generis discrimen.  
Sed si rectè consideraueris, ingenuus  
Idem qui bonus: malus autem spurcius est.

Euripidis in  
Argeo.

Nimirum in agendo foelicitas nobilitate præstantior est.  
In hominum genere una produxit ex patre & matre

Sophoclis in  
Tereo.

Lux nos omnes: neq; præstantior  
Alius alio natus est. Sed sequitur aliquos

Sors infortunij alios nostrum opes & felicitas.  
Sunt qui necessario seruitutis iugo premantur.

Antigonus rex Bionè philosophū de ignobilitate crimi  
nati, interrogauit: Quis & cuius es: ubi tua ciuitas est: ubi  
sunt parentes? Cui Bion respondit: Atqui o rex bene facis  
cum indiges sagittarijs, quod non interrogando genus, sed  
scopū proponedo optimos illorū tibi deligis: sic igitur ami  
cos etiā explora, non unde nati, sed qui & quales sint.

Sofratus tibicen, cum ei parentū obscuritas à quodam  
obijceretur: Atqui, dixit, propter hoc ipsum admirationi  
magis esse debebam, quoniam genus à me incipit.

Iphicrates tanquā ignobilis uituperatus: Ego dixit, ge  
nus meum inchoabo.

Anacharsis cum per comitium Schyta nominaretur:  
Genere, dixit, non ingenio aut moribus.

De nobilitate, non minus quam de alijs bonis gloriari,  
non indignum est. Ego autem præter uirtutem, nullam ag  
nosco nobilitatē: reliqua uerè cuncta fortunā estimo. Nam  
humili genere natus ut bonus, ita regum & omnium homi  
nū nobilissimus fieri potest. Cōtra aliquis parentibus bonis  
ortus, malus euadere potest ac tū seipso, tū utilissimis qui  
busq; ignobilior. Glorieris igitur de laudibus anime, nō de  
maiorū nobilitate in obscuriori posteritate iam exstincta.

Pecudum nobilitas in bono ualidoq; corporis habitu si  
ta est, hominum autem, in bonitate morum.

Diogenes, interrogate quodā, q hominū nobilissimi essēt:  
Contēptores, dixit, opū, gloriæ, uoluptatis, et uitæ: cōtrarijs  
aut, paupertate, obscuritate fame labore, ac morte superiores.

Socrates nobilitas quid esset sciscitanti: Anima, respon  
dit, & corporis bona temperies.

Ex Platarchi  
lib. octava No  
biatam.

Quid aliud nobilitatem esse putamus, quam opes anti-  
quas, aut ueterem gloriam? quorum neutrum in nostro ar-  
bitrio est: sed alterum in constantis fortunæ, alterum pro-  
pter humanam intemperiem est. A duobus igitur alienis  
superbū istud nobilitatis nomen pendet. Atqui diuitiæ non  
reddunt nascentes sibi similes: uirtutis autem à iusto animi  
habitu profectæ facultas, sua ueluti nota in prolem diffusa  
eam insignit. Et hæc uerissima nobilitas est, similitudo se-  
cundum iustitiam.

Ibidem.

An uerò Mideæ regis diuitiæ, nobiliores Aristidis pau-  
pertate fuerunt? Quamuis hic ne sepulturæ quidem sum-  
ptus reliquerit: Phrygiæ autem sepulchro omnia cedere po-  
tuerint. Verum nobilitas non in opibus sita est: (cū opes  
potius pabulum sint malitiæ.) Omnis sanè malitia rectè cō-  
paratur igni. Vtrunq; enim pabulo destitutum extinguitur.  
Socratis uerò generis humilitas ex obstetrice & statuario  
nati, an nō Sardanapali gloria nobilior fuit? Xerxen quo-  
que non estimare debes nobiliorem Cynægyro fuisse, cui  
propter patriam suam amputata manus est: ille autem ui-  
tæ suæ fuga consuluit, magni regni uice magna timiditate  
præditus

Socratis.

Neq; frumentum optimum iudicamus quod in pulcher-  
rimo agro natum est, sed quod commodè nutrit: neq; ui-  
uum bonum & studiosum, aut amicum beneuolum, qui ge-  
nere clarus, sed qui moribus egregijs fuerit.

Aristotelis ex  
lib. de Nobili-  
tate.

De nobilitate planè dubito, quosnam oporteat appel-  
lare nobiles. Nec immerito dubitare me dixi. Nam et apud  
uulgus & apud sapientes quædam in dubium uocantur, et  
quædam non aperte, quam facultatem habeant, declaran-  
tur. Videlicet an præciosa, & studio digna sint: uel, ut Ly-  
cophron

cophon sophista scripsit, aliquid omnino nouū. Idem ubi  
cum alijs bonis nobilitatem confert, formam ipsius obscu-  
ram esse dicit: in uerbis autem magnificentiam eius haberi:  
tanquam nobilitatis laus, propter quam appetitur, glorio-  
sa quidem sit, reuera autem ignobiles nihil à nobilibus  
differant.

Ibidem.

Dubatur autem, quemadmodum de ipsius boni essen-  
tia, ita et quosnam oporteat appellari nobiles. Aliqui enim  
nobiles putant esse, qui ex bonis parentibus nati sint, ut  
etiam Socrates. Nam propter Aristidis uirtutem, etiam si-  
liam eius generosam esse dicunt. Simonidem uerò interro-  
gatum, nobiles qui essent, respondisse aiunt: illos qui maio-  
ribus longo tempore locupletibus nati fuissent: quod di-  
ctum quidam non rectè reprehendunt. Theognis uerò di-  
xit, homines laudare quidem nobilitatem, affinitatem au-  
tem potius inire cum ditioribus. An obsecro non præstat il-  
le qui diues ipse fuerit, quam qui proauum aut alium inter  
maiores suos diuitem habuerit, at ipse pauper sit? Sed cur  
non dixit, quod oporteret affines fieri diuitū potius, quam  
nobiliū? Nobiles enim sunt præci homines, nostri uerò tem-  
poris meliores. Atqui similiter ita secum aliquis reputaue-  
rit, non esse nobiles ex maioribus olim diuitibus natos, sed  
ex bonis iam longo tempore. Virtus enim: recens antiqui-  
ori melior esse uidetur, & unumquemq; plus à patre suo  
quam auo accepisse. præstat autè, si quis ipse uirtutis ama-  
tor sit, quam si talem auū, aut aliū ex maioribus habuerit.

Vtrum consentaneum est, meliores esse naturas nobili-  
in genere quam ignobili: Manifestum quod in nobili. Non  
ne bene nati, si bene etiam educantur, ita demum ad uirtu-  
tem perueniunt? Neesse est.

Platon's in  
primo Alcibiade.



**LIBEROS NON SEMPER EVA-  
dere similes nobilibus ac bonis parentibus,**

Sermo LXXXVII.

Euripidis in  
Antigone.

**P**ersuasio enim, patribus filios esse similes,  
Sepe falsa in liberis apparet. (nece nobiles,

Phocylidis.

Hoc quoq; Phocylides dixit, plurimos esse ge-  
Quos neq; dicēdo, neq; consilēdo ulla gratia sequitur.

Sophoclis  
in Tyro.

In copiosa hominum multitudine aliquando reperitur  
Bonus ignobili genere natus, & rursus claro  
Aliquis ualde malus. Ita nihil constās aut fidū est homini.

Menandri  
alias Epi-  
charmi.

Exitiale mihi genus erit. Ne queso mater commemo-  
res, si chara tibi sum,

Genus tuum in singulis. Nam quicumq; natura  
Nullum habuerint sibi bonum proprium,  
Illi confugiunt ad monumenta

Genusq; suum, & auorum recensent numerum.

At ne unum quidem uidere est aut nominare, qui

Non habuerit auos. Nam aliter quomodo natus esset?

Quod si tamē illos enumerare nequeāt, propter aliquam

Loci mutationem, aut amicorum solitudinem,

Quid hanc ob causam ignobiliores iudicandi sunt auos su-  
os recensentibus?

Euripidis in  
Meleagro.

Hæc sola pecunijs comparari non possunt,  
Generositas inquam & uirtus: formosus autem  
Puer, etiam ex malis parentibus gigni potest.

Sophoclis in  
Aiace.

Nunquam amplius ô uiri admirabor hominem.

Qui obscuro genere natus. alicubi peccat:

Cum illi qui uidentur esse nobiles,

Huiusmodi uerba loquendo delinquant.

Eipcharmi.

Nullus locus est usquam definitus,

In quo

In quo omnes aut improbi gignantur, aut probi.

Vnicuiq; natura generis est patria.

Nobiles quidem sunt, sed degeneres.

Multum enim nobiles, mali sunt.

Iam enim uidi hominem generoso parente natum. Nul-

lius esse pretij: & rursus ex malis boni filij generantur.

Plures sunt deteriores: pauci uerò patre meliores.

Cum iuuenis quidam strenuo patre natus, ipse uerò pa-

rum bonus miles existimatus, patris stipendia peteret, An-

tigonus ad eum dixit: Atqui ego adolescens, non paternæ,

sed propriæ fortitudinis, mercedem ac præmia largior.

**NOBILES ILLOS ESSE, QUI PA-**

rentibus bonis, aut potentibus, aut claris orti sunt,

Sermo LXXXVIII.

**P**ecuniæ quidem domesticæ nos deficiunt,

Nobilitas autem & generositas manent.

Papæ, nobili patre nasci,

Quantam uim habet ac auctoritatem.

Quamuis enim pauper sit, qui honesto loco natus est,

Honore tamen afficitur: & animo suo reuoluens

Patris nobilitatem, suis moribus proficit,

Certe opera nostra indiges.

Videris enim natus esse bonis parentibus,

Quamuis pauper enim, non amittit tamen patris ingenii  
itatem

Non parum adfert momenti, si nobilis

Exercitus dux fuerit, & gloriosa fama insignis.

In liberis etenim uirtus nobilium.

Concipitur: & generosæ nuptiæ præstant opulentis.

Egregia & insignis est inter homines nota

Euripidis  
Euripidis in  
Electra.

Ibidem.

Homeri  
Odyt. 22

Euripidis.

Ibidem.

Eiusdem in  
Archelao.

Ibidem.

Ibidem.

Eiusdem in  
Hecuba.

Boni

Bona stirpe nasci: & successus augetur  
Propter nobilitatis nomen hominibus dignis.

**Biudem in  
Heraclidis.**

Nihil est tam honorificum liberis,  
Quam honesto & bono patre natos esse:  
Et ingenuas uxores ducere. At si quis amore uictus  
Obscuram affinitatem contraxerit, illum non laudo,  
Vt qui uoluptatis gratia proli sue dedecus relinquat.  
Calamitatibus enim nobilitas subsidio est  
Multo magis ignobilitate. Nos enim in mala  
Delapsi extrema, inuenimus amicos.

**Biudem**

Hunc ego puerum tanta modestia præditum noui  
Et bonis conuersando pietatem coluisse.  
Quo pacto igitur ex tali homine malus  
Nasceretur? Nullus hoc mihi persuadebit unquam.

**Euripedis  
in Igo.**

Et ipsa generis nobilitas spem facit, quod futuri sint do-  
mini regionis.

**Ibidem,**

Nobilitatem etiam deformium coniugum,  
Liberorum gratia non pauci colunt:  
Et dignitati magis quam pecunijs student.

**Sophoclis.**

Quod si generosus es, ut ais,  
Indicato quis, & unde sis oriundus. Nam honestum  
Genus nullo sermone potest contaminari.

**Plutarchi  
pro nobi-  
litate.**

Absurda est sophistarum contra nobilitatem calumnia,  
qui uulgaria etiam et omnibus notissima non considerant:  
nempe quod generandæ sobolis gratia generosi equi et ca-  
nes emantur: item uitium, olearum, & reliquarum arborum  
optima quæq; semina. Homini autem nihil ad futuram  
successionem, generis nobilitatem conferre putant: sed tan-  
tundem ualere siue barbaram, siue Græcam originem. Ne-  
que credunt latentia quædam principia & semina uirtutis  
in genera/

in generatione liberis communicari, ut *Telamachus* uol-  
sis, de quo *Homerus* clarissimo uocabulo ueniens, dixit: In-  
stillata patris uirtus tibi: tanquam assereret ad paucos se-  
minum guttas paternæ uirtutis boni conferre.  
Euripides nobilem esse ait, nõ quæ maioribus longo iam  
tempore bonis natus sit, sed qui uir bonus ipse fuerit simp-  
pliciter, &c.

Virtus autem res laudabilis studioq; digna est. Item ge-  
nus, in quo multi studiosi boniq; fuerint, laudem studiumq;  
meretur. Fit autem tale genus, cum principium eius lauda-  
bile fuerit. Principium enim hanc facultatem habet, ut mul-  
ta efficiat quale ipsum est. Hoc opus, hæc uis est principij,  
ut plurima sibi reddat similia. Cum igitur unus talis in ali-  
quo genere fuerit, adeoq; bonus, ut uirtus ab ipso in mul-  
tas ætates transfundatur, hoc certe genus omni laude stu-  
dioq; dignissimum erit. Sic enim permulti fient studiosi  
homines, si genus humanum sit: nam in equis etiam, & ca-  
nibus, alijsq; animalibus eadem ratio est. Proinde meritò  
non diuites, neque boni, sed qui à præcis diuitibus aut an-  
tiquis bonis descenderint, nobiles iudicandi sunt, si uerita-  
tem inquiras, omnium enim principium longa retro origi-  
ne deducitur. At neque simpliciter nobiles sunt, qui à bo-  
nis maioribus nati fuerint: sed illi tantum qui progenito-  
res seu generandi autores esse possunt. Si quis igitur ipse  
bonus est, non pollet autem hac naturæ facultate, ut mul-  
tos sibi similes generet, principij rationem ad posterita-  
tem non habet. Principiū itaq; generis tale sit, & nobiles  
inde oriūdi. Non sufficit autē patrē esse uirū excellentē, sed  
antiquum generis autorē talem fuisse oportet. Neq; enim  
pater per se bonum genuit, sed quia ex tali genere erat.

Ex Aristote-  
le de Nobili-  
tate.

Iudicabat hominem, non aliud quicquam bonum futurum, nisi ex bonis parentibus prognatum. Itaq; exempla adhibere uoluit ab alijs animalibus quæ nõ temere aut negligenter aluntur, sed arte diligentiaq; ut maxime generosa sint, procurantur. Proponit autem rem hisce uersibus: Arietes, Asinos, & equos õ Cyrne querimus Generosos. Et unusquisque cupit hæc animalia ex bono genere

Parare sibi. Vxorem uerò malam maliq; generis ducere parui facit

Vir bonus, si modo pecuniarum addatur copia.

Neq; mulier uiri mali recusat nuptias,

Modò sit diues. Bono enim præfert opulentum.

Adeo coluntur opes, ut illarum gratia bonus mali generis uxorem ducat,

Et malus bonum sibi genus asciscat.

Hæc carmina reprehendit homines, qui nulla ratione circa liberorum procreationem utantur: hinc enim genus humanum deterius subinde fieri, cum mali coniuges bonis admisceantur. Sunt qui à poëta his uersibus nihil quam auaritiam hominum incusari putet, ut qui ignobilitatem & malitiam non declinent, dummodo pecunias accumulēt. At mihi potius uidetur hominum circa uitã suam & prolem suscipiendam ignorantie aduersari.

QVALEM OPORTEAT ESSE  
nobilem, Sermo LXXXIX.

Menandri.



Onesto loco natos, & bene educatos  
Etiam in aduersa fortuna rationem habere de-  
cet bonæ fame.

Euripidis in  
Helena.

In hoc obsecro mihi gratificare, & imitare mores

Iusti

Iusti genitoris. Hæc enim liberis est gloria  
Pulcherrima, si quis bonis parentibus natus,  
Moribus eos similibus referat, & patriisset.

Nobiles ac honestos in primis decet, ut perseuerent habere pulchritudinem in facie, temperantiam in anima, in utriusq; fortitudinem, & in uerbis gratiam.

Diogenes interrogatus, qui nam hominum nobilissimi essent, respondit: Qui diuitias, gloriam, uoluptatem, deniq; uitam contemnunt: & uincunt contraria, paupertatem, infamiam, dolorem, & mortem.

Hominem ingenuum ludibrio esse, multo  
Turpius est: dolere autem, humanum.

Voluptas contumelia iuncta hominem liberũ, mea quidem sententia, neutiquam decet.

Formosi debebant esse nobilissimi,

Liberi autem ubiq; magnanimi

Dixisti ut decebat te, & non acerbe.

Genus enim sui specimen honestum præbens,  
Nobilis fama honestatem potius, quàm reprehensionem  
sibi comparabit.

Omnia scio, quæ nobilem scire conuenit,

Tacere, ubi opus est, & loqui, ubi tutum:

Et uidere quæ fas est: & non uidere, quæ nefas aspici.

Et moderari uentrem. In malis enim uersatus

Ingenuos didici mores.

DE IGNOBILITATE,

Sermo XCI.



Tullitia, hereditarius morbus à patre est.

Sic enim solent mali generare malos.

O fili Creontis, quàm uerum est hoc dictum,

Demosthenis

Menandri in  
Epitreponce.

Eiusdem.

Eiusdem in  
Hercle.

Sophoclis.

Eiusdem in  
Inocæ.

Euripidis in  
Antigone.

Eiusdem in  
Alcæone.

Ex bonis uiris liberos gigni bonos:

Ex malis autem patris naturæ similes.

**Eiusdem.** Fieri non potest, liberos ita à quoquam institui,  
Vt improbis parentibus sati, non fiant mali.

Vbi fundamentum generis non iactum fuerit  
Recte, necessum est prolem infelicem fieri.

**Eiusdem in  
Dityc.** Dij boni, quam uera est uetus hæc sententia,  
Ex malo patre probum filium nasci non posse.

**Eiusdem in  
Phœnice.** Ingens profectò naturæ uis est. Malum enim  
Nullus bene educando bonum reddiderit.

**Eiusdem in  
Peleo.** Nusquam tantæ sunt apud homines tenebræ,  
Nec ullum t. ile hypogeum, ubi suum ingenium

Homo ignobilis abscondens, sapiens fieri possit.

**Epicharmi.** Tantum non suffocor, cum nobilitatem aliquis homo  
nibili & malus

Nominat, qui moribus ignobilis est.

Quid enim commercij speculo cum cæco?

**Ecdoti.** Faciem aspectu deformem possidens,  
Mores etiam eiusmodi habes.

Ex malo enim natura malum producit.

Quem admodum ex uipera, rursum uipera nascitur.

**Euripidis in  
Bellerophõte** Vulnus infligi non potest, si quis feriat

Iuncis palustribus, nec ex matre mala

Filij nascuntur qui fortiter hastam tractent.

Seruilis euadit etiam magnanimus uir,

**Eiusdem in  
Hippolyto  
coronato.** Qui conscius fuerit parentum malis.

Vnice uerò certare cum uita (id est à morte duraturam glo-  
riam conciliare) aiunt,

Cum animus ad fuerit iustus ac bonus.

Ceterum improbos homines tempus redarguit, dñ uelut

Specu

Speculum illis proponit, ut sibi uirgo puella solet.

Cum nobilis quidam, sed improbus, ignobilitatem obij-  
ceret Socrati: Mihi quidem, dixit, genus dedecori est, tu  
uerò generi.

LAUS DIVITIARVM,

Sermo XCI.



On frustra te ô Plute diuitijs præfekte magis Theognidis.  
quàm reliquos deos colunt,

Tu enim facile calamitatem fers.

Omnibus hominibus una hæc uirtus est, **Eiusdem,**

Possidere diuitias: aliorum uerò nullus est usus:

Neq; si quis prudentiam ipsius Rhadamanthi haberet,

Et plura sciret quàm Sisyphus Aeoli filius.

Iupiter enim opes bonis possidendas dedit,

Paupertas autem uiro sapienti commode fertur.

Iam olim quidem uulgo iactatur hoc dictum, non tace- **Euripidis**  
bo tamen

Pecunias hominibus preciosissimas esse,

Et momenti plurimum inter mortales habere.

O aurum pulcherrima felicitas hominibus,

Nam neq; mater huiusmodi uoluptatem habet,

Non tam liberi hominibus, neq; tã liberis charus pater est

Quod si Venus tales habet oculorum radios,

Non mirum est, infinitos amores eam alere.

Diuitiæ possunt etiam humanitatem conciliare.

Cum forte animu ad huiusmodi appello cõsiderãda,

Cogito quanta sit pecuniarum uis,

Ad largiendum amicis, & corpus morbo laborans

Sumptibus restituendum. Quod autem ad uictum attinet  
quotidianum,

**Menandri in  
Piscatore.  
Euripidis in  
Electra.**

Parum excellunt. Quis enim cibo satur,  
Tum diues, tum pauper, æqualem habet sortem.

Eiusdem in  
Cretsis.

Scio autem & nimis expertus sum,

Eiusdem in  
Polyide.

Quod omnes amici diuitum sint,

Non solum enim poculorum & epularum gratia  
Pecuniæ hominibus voluptatem pariunt,  
Sed in calamitatibus non parum subsidij præstant.

Menandri in  
Hypobolima-  
cæ.

Hoc solum obscurat

Ignobilitatem, & morum malitiam,  
Omnia deniq; mala, quæ quis habuerit,  
Mularum opum possessio: Cetera uerò redarguuntur.

Theognidis.

Omnes ita sentire oportet,  
Quod omnibus maxima uis & potestas ex diuitijs ac-  
cedat,

Chæremonis

Diuitiæ etiam cum summis honoribus patiuntur,  
Non habent fastum, itaq; gloriam assequuntur:  
Sed uenerabiles sunt, & elargiendo hominibus  
Suauem sui conuersationem faciunt, & nescio qua gratia  
pollent.

Euripidis in  
Phœnicæ.  
Philemonis.

O diuitiæ, quantumcūq; onus, facile tamen gestati, &c.

Putasne Amalthææ cornu huiusmodi esse,

Quale pictores cornu bouinum depingunt?

Argentum est, quod si habueris, petas

Ab ipso quicquid uoles, omnia tibi addentur,

Amici, auxiliatores, testes, domum multitudo.

Ratiphantis.

Omnia sanè nuge sunt auro comparata.

Hoc enim solum semper durare solet,

Idemq; color eius: Amicorum autem mores

Nunquam eodem modo depingunt fortune.

Opes uerò, humanos mores, uelut index, arguunt.

Nam

Nam si quis diues turpia facinora committat,  
Quid illum non facturum putas, si pauper esset?

Argentum hominibus sanguis & anima est.

Id quisquis non habet, neq; possidet,

Ille inter uiuos mortuus obambulat,

Quisnam ditatus, idem non fuerit bonus?

Aurum longe ualidissimum esse puto,

Per ipsum enim omnia sciuntur & conficiuntur.

Ne reddideris cum diitem. Nam si pauperior sit,

Humilis erit. Ingens autem uis est

Diuitiarum: quas qui nactus est, nobilis statim euadit.

Multorum malorum prætextus & uelamentum sunt opes

Aurum præcipuè domi possidere uelim.

Nam uel seruus, si diues sit, in precio habetur.

Liber autem egenus, nihil efficere potest.

Itaq; felicitatem in auro tibi sitam existimes.

Nobilitatis mentionem amabo ne mihi feceris.

Hoc in pecunijs situm est, ne gloriari pater.

Vertuntur hæc in orbem, hic habet, alter indiget:

Rebusq; ipsis communiter utimur. Cui autem domi

Diuitissime fortuna conuersatur, ille felix est.

Da operam opibus. Nam illæ nobilitatem donant,

Et nuptijs primarijs potiri in causa sunt.

In paupertate uerò obscuritas inest,

Ut cunq; sapias, & ignominia uitæ.

Scis ne, quòd nobiles quidem mortalium,

Dum pauperes sunt, non amplius clari existant?

Qui uerò prius nihil erant, nunc diuites facti

Gloriam assequuntur propter numos,

Genusq; & nuptias suis liberis excellentes comparant.

Eiusdem in  
Timoclis.

Euripidis in  
Archelao.  
Diphllu.

Euripidis in  
Archelao.

Menandri in  
Bœotia.  
Euripidis in  
Andromeda.

Euripidis in  
Æolo.

Eiusdem in  
Brechtæo.

Eiusdem in  
Hecuba.

Porrò quilibet diuiti malo potius donare  
 Promptus est, quàm pauperi & bono:  
 Infelix autem qui nihil habet, fortunati habentes.

Eiusdem in  
 Palamede.

O Agamemnon mortalibus ciuicis fortuna  
 Certam habet speciem, quæ ad pecunias concurrat,  
 Ceterum omnes, & qui Musicam amant,  
 Et qui sine hoc studio degunt, pro pecunijs  
 Laborant: qui autem plurimum habuerit, sapientissimus  
 iudicatur.

Hesiodi in  
 Operibus.  
 Theognidis.

Pecuniæ anima sunt miseris hominibus.  
 Opes & sapientia nunquã superari possunt hominibus.  
 Nam neq; diuitijs animum saturaueris,  
 Nec sapientissimus aliquis sapientiam relinquit,  
 Sed amat, atq; animum non satiare potest.

Sophoclis.

Pecuniæ mortalibus comparant amicos,  
 Deinde honores, tandem uerò supremæ  
 Tyrannidis ad sedem proximè perueniunt.  
 Præterea nemo inimicus fit  
 Diuitum, & qui inimici sunt, negant se odisse.  
 Peregrinæ enim diuitiæ & ad inuia loca procedunt,  
 Et trita uijs: & ubi uir pecuniarum egens,  
 Quamuis cetera fortunatus, desiderio potiri non posset  
 Hominem enim deformem, & inauspicati corporis,  
 Lingua disertum, uisq; pulchrum efficiunt opes.  
 Soli autem gaudendi & egrotandi facultas  
 Diuiti permittitur, & mala celandi.

Eiusdem in  
 Creusa.

Non est quod mireris ô domine, lucrum à me  
 Tantopere queri. Nam & qui longa uita  
 Mortales fruuntur, lucrandi tamen studio  
 Assiduo tenentur, & pecunijs

Nihil non postponunt homines. Sunt autem nonnulli qui  
 A morbis immunem laudant. At mihi nullus uidetur,  
 Qui pauper sit, uacare morbo, sed egrotare perpetim.  
 Epicharmi quidem deos esse dicit  
 Ventos, solem, terram, aquam, ignem, stellas,  
 Ego autem utiles esse deos arbitror, Argentum nostrum  
 & aurum.

Menandi.

Nam illos si collocaueris in domum,  
 Pete quicquid uoles, assequeris omnia,  
 Agrum, domus, seruos, argentea pocula,  
 Amicos, iudices, testes, largire solum.  
 Sic enim uel ipsos deos habebis ministros.

Reliquum est, ut omnes multaendant, si multis sit opus: Demosthenis  
 fin paucis, pauca. Omnino autem opus est pecunijs, & sine  
 illis nulla res necessaria fieri potest. Olynthiac 1.

Simonides interrogatus: utrum diuitiæ aut sapientia Simonides  
 præstaret. Ignoro, dixit: uideo tamen sapientes diuitum li/  
 mina frequentare.

Bion aiebat, quemadmodum uilia marsupia, & si nul/  
 lius precij fuerint, tanti tamen aestimantur, quantum in se  
 numismatis continent: ita diuites etiam, homines uani &  
 nihili, honorum, quæ possident, aestimatione ac precio  
 fruuntur. Bionis.

Diuitiarum deus iactabat se hominum necessitates su/  
 stentare, ac emendare, desideria perficere, damnis restituere, curare corpus, animæ gratificari, splendere in pace, mi/  
 litia suppeditare sumptus, à moribus restituere: singulis  
 anni temporibus magnas commoditates præbere, nempe  
 calorem in frigore: & contra, declinationem aestuum: au/  
 gere domos, & conseruare, successiones magnarum fami/  
 lia. Teletis, ex  
 lib. de Com/  
 paratione di/  
 uitiarum &  
 uirtutis.

liarium, nuptias magnifice struere, & liberorum generationem promouere. Adhæc orno inquit templa, ciuitates per me pulchriores fiunt. Opera mea sunt, mœnia, portus, classes. Annes profundos pontibus operio, terramq; diuisam coniungo. Me indiget negotiatio, Agricultura quoque sumptus ex penoribus meis postulat. Nihil enim sponte terra producit, nisi antea aliquid acceperit: non potest autem aliunde accipere quàm ex meis. Quinetiam alijs rebus omnibus non parum commoditatis præsto. Nam ornamentis plurimum formam iuuo, & sumptus suppedito, qui ad corporis curam & exercitium sufficiant. Omnibus disciplinis præceptores exhibeo. Vnde mulieribus ancillæ ad lanificium? Vnde uiris arma? Ebur ac aurum quæ simulacris destinantur, mea sunt, item anathemata omnia. Per me magna sunt ciuitates, & regna propter me potentiora. Ego festa celebros, mihi hospitalis est mensa, beneficia prompta, retributiones ample. Qui me possidet, non ipse solum fortunatus agere potest, sed etiam alijs fortunam suam communicare. Ego artes omnes meliores facio, dum illis spem iniicio, fouentur enim magnitudine mercedis à me suppeditandæ. Atqui tu ipse ô Iupiter diuitiarum usum hominibus necessarium fecisti. Corpus enim dedisti nobis, quod non ut reliqua animalia pilis ac pellibus munitur, sed uestibus indiget, & alimentum nobis non herbas, aut alia sponte nascentia produxisti: sed perpetuo aliquid emendandum est ad uictum. Item domus habitari necessario, & ciuitates constitui uoluisti. Morbis quoque tentantur homines: propter hæc omnia pecunijs opus est. Cur igitur non uocas me felicem, cum per me rerum omnium usibus fruaris, &c.

QUANTUM

## QUANTVM DIVITIAE VALEANT

propter uulgi stultitiam,

Sermo XCII.



Ed nihil est nobilitas comparata pecunijs.

Nam uel pessimus propter diuitias inter primos recensetur.

Da operam opibus: nam illæ nobilitatem donant, &amp;c. ut in præcedente sermone.

Diuitiæ si absunt, imbecilles fiunt nuptiæ.

Laudant enim nobilitatem homines,

Magis autem affinitatem sequuntur diuitum.

Opulenti enim nemo non amicus est.

Hoc etiam in diuitijs non rectè habet,

Quod ingeniosi putantur diuites. Arbitramur enim

Diuitem hominem oportere omnia scire.

Scisne, quod nobiles quidem mortalium, &amp;c. ut in præcedenti sermone.

Nunc si quis præsepe diues domi habuerit,

Inter primos refertur à malis promotus.

Res autem pecunijs posthabemus.

Vbi stultæ diuitiæ potestatem nactæ sunt,

Illos etiam, qui sapere uidentur, stolidos reddunt.

Multi imperiti diuites sunt: alij uerò res egregias

Studiose inquirunt, dira paupertate afflicti.

Vtrique autem faciendi aliquid eximum potestate priuantur.

Illos enim animus prohibet, hos pecunia.

Ut aurum trementi manui impositum, tremis: sic &amp; diuitiæ ab anima, metu curisq; detento accumulata, unà concutuntur, &amp; eodem modo afficiuntur.

Euripidis in Alcmena.

Eiusdem in Brechtheo.

Eiusdem in Thyete.

Eiusdem in Crexis.

Euripidis in Hecuba.

Menandri.

Theognidis.

Ne

Plurarchi  
quod mulie-  
res etiam eru-  
diendæ sint.  
Hocæris ad  
Demonicum.

Ne puero gladium, prouerbio dicitur: Ego autem dixi-  
rim, ne puero diuitias, neq; uiro imperitiam.

Contemne illos, qui nimium operam dant diuitijs, præ-  
sentibus autem uti nequeunt. Nam isti non secus afficiun-  
tur, quàm qui bonum equum possidens, equitandi artem  
ignoret.

Dioegenis.

Plerosque diuites comparabat arboribus & uitibus,  
quæ in locis inuis ac præruptis nascuntur. Quod istarum  
fructus non usui sint hominibus, sed à coruis & similibus  
animalium consumantur: Itæq; diuites non ad honestas res  
opibus utantur, sed adulatoribus, meretricibus, & turpissi-  
mis uoluptatibus, uanisimæq; gloriæ pecunias præbeant.

Democriti.

Quemadmodum inter ulcera pessimus est affectus  
phagedæne, ita in pecunijs animus non contentus & sibi  
inaequalis.

Eisdem.

Diuitiæ malis artibus comparatæ, infamiae notæ inter  
homines insigniuntur.

Platonis in  
Eryxia, seu  
de uitijs.

Si uir iniustus & promptus ad cupiendum, diues sit, &  
pecuniam expendere ualeat, procliuus erit ad peccandum:  
contra, si diues non fuerit, non habens unde sumptus fa-  
ciat, exequi ea quæ cupit non poterit, itaq; ne peccauerit  
quidem. Quare magis homini profuerit non esse diuitem,  
siquidem ita minus efficiet ea quæ uult, &c.

Ibidem pau-  
lo post.

Eadem igitur ratione, dixit, ne pharmacum quidem  
prodesse potest cuius, sed illi tantum qui norit quomodo  
sit utendum ipso. Fateor. Ergo & reliqua omnia similiter.  
Apparet. Itaque aurum & argentum, & reliqua quæ pe-  
cuniæ nomine ueniunt, Græcis ἄγιστα propter usum sui  
dicta, illi solum utilia fuerint, qui modum ipsis utendi no-  
uerit. Ita est. Prius autem statuebamus honesti probiq; ui-  
ri esse,

ri esse, quando & quo pacto istorum singulis utendum sit,  
cognoscere. Memini. Honestis igitur bonisq; hominibus,  
ijsq; solis hæc profuerint, siquidem eis cum scientia uti o-  
portet. Quod si istis solum utilia sunt, iisdem solis ἄγιστα  
esse, diciq; debere, uidentur. Etenim, ut apparet, hominem  
equestris artis imperitum, equos autem possidentem, qui  
tamen inuitiles ei sint, si quis huius artis doctum efficiat, ea-  
dem opera ditiores ipsos effecerit: siquidem res ei prius  
inuitiles, iam utiles reddidit. Nam qui scientiam alicui tra-  
dit, simul & diuitem ipsum facit.

### VITUPERIUM DIVITIARVM,

Sermo XCIII.

Vide supra in sermone de Temperantia, præ-  
sertim inter Epicteti dicta.



Nimiam habere diuitiæ oportet: pecuniæ autem  
nihil quàm ostentatio sunt, & uelamentum  
quoddam uitæ.

Res mala, sed innata diuitibus est,  
Improbè uiuere. Quenam huius rei causa est?  
An quia cæcæ diuitiæ ipsis conuersantur,  
Mentem quoq; cæcam habent propter fortunam?

Diuitiæ aut contumeliam & luxuriam pariunt, aut par-  
tatem in uitâ.

Nunc age ô improbi homines captate honores,  
Et diuitias undecunque uenantes uobis acquirite,  
Sive per fas, sive per nefas id fiat,  
Deinde messem earum infelicem metite.

Non mihi contingat tristis & molesta alijs opulenta  
uita,

Alexidis, an-  
tis Antiphanis  
alias Menan-  
dri.

Euripidis in  
Phaëthonte.

Eisdem in  
Hippolyto.

Eisdem in  
Ione.

Eisdem in  
Medea.

Negs



Neq; diuitiæ, quæ mihi meum animum angant.  
 Nunquam eueniat mihi, ut à pecunijs uictus  
 Malus euadam, neque consuetudinem habeam cum malis.  
 Ineptum est esse diuitem, & aliud nihil scire.  
 Timidum sunt opes & uitæ cupidum malum.  
 Ne Plutū mihi nominaueris, haud magni facio illū deum,  
 Quem uel pessimus quisq; facile sibi asciscit.  
 Non probo usquam inter homines illas opes,  
 Quæ facilius delentur à deo, quàm scribuntur.  
 Diuitiæ quanquam multis in rebus infortunata,  
 Certatim tamen ab hominibus expetuntur.  
 Diues es? At diuitiæ imperitiā timiditati coniunctam  
 habent.  
 Iniusta sunt diuitiæ, & multa perperam committunt.  
 Sinistra res est opulentiæ cum imperitiā.  
 Pecuniæ multorū malorū causas præbent hominibus.  
 O diuitiæ, facile quidem gestatu est onus uestrum,  
 Sed labores, & plurima uitæ damna uobis  
 Insunt. Omnis enim ætas hominibus imbecillis est.  
 Opes, ut uideo, & timidum sunt malū, & uitæ cupidū.  
 Malim tenuem habens & quotidianum  
 Victum habitare domi, quàm cum diuitijs egrotare.  
 Nunquam sanè felicem æstimauī prædiuitem  
 Hominem, nulla re quam habet fruuentem.  
 Verum diuitiæ nos, eeu malus medicus,  
 Videntes assumptos, omnes excæcant.  
 Cæca sunt diuitiæ, ac se inspicientes excæcant.  
 Nimie deliciae in superbiam incidunt.  
 Ac opes dominum suum afficiunt.  
 Alijs moribus, quàm affectus erat antea.

Eiusdem in  
Dicae.Eiusdem.  
Carcini.Eiusdem in  
Æolo.Eiusdem in  
Pelco.Carcini  
Eutripidis in  
Archelao.Eiusdem in  
Alexandra.Eiusdem in  
Alcmena.Eiusdem in  
Pleisthene.Eiusdem in  
Phoenice.Eiusdem in  
Phoenissis.Eiusdem in  
Telepho.Aristophanis  
alias Antipha  
nis.Menandri in  
Lugente se-  
ipsum.

Eiusdem.

Aurum & argentum nihil quàm puluis sunt, & qui Naumachij.  
 reperiuntur,  
 Lapilli in calculosa crepidine maris.  
 Multi autem iacent ad ripas fluiuorum temere.  
 At uestes marinæ purpuræ cruor inficit,  
 Quibus inhiare solent marini nauæ.  
 Diuitiæ non tam honestati, quàm improbitati seruiunt,  
 dum socordiae hominum licentiam parant, & iuuenes in/  
 stigant ad uoluptates.  
 Anacreon quinq; talentis à Polycrate donatus, cū per  
 duas noctes pro ipsis sollicitus fuisset, reddidit ea, inquiring:  
 Non tanti esse quanta ipsorum nomine cura laboraret.  
 Hominum insigniter bonum, diuitem quoq; præ cate/  
 ris esse fieri non potest. Nam felices quidem ac bonos unā  
 fieri necesse est: prædiuites autem & bonos, impossibile,  
 ita ut uilgus diuites appellat.  
 Recte à nobis dictum est, prædiuites non esse bonos  
 quod si boni non sunt, ne felices quidem fuerint. Sermo au-  
 tem qui diuites nominat felices, tum ipse miser est, ut qui à  
 mulieribus & pueris effutiri soleat, tum homines ei fidem  
 habentes miseros reddit.  
 Nam & tunc uidebā, & adhuc uideo, magnas immen-  
 sasq; opes & priuatorum & monarcharum, serè quo ma-  
 iores fuerint, eo plures maiores calumniatores & uolupta-  
 tis causa cum turpi damno cōuersantes alere, quo nihil de-  
 terius uel diuitiæ producūt, uel alterius potestatis facultas.  
 Qui magis magisq; accumulanda pecuniæ dediti sunt,  
 quo maioris eam faciunt, eo minoris uirtutem. An non ita  
 uirtus distat à diuitijs, tanquam si utraq; in lance stateræ  
 posita essent, & alterum semper inclinaret in cōtrarium?  
 Maxime

Iocraſis ad  
Demonicum.Platonis  
Leg. 5.

Ibidem.

Eiusdem in  
Epiſt. ad  
Dionysium?Eiusdem de  
Repub. lib. 8.

Maximè dixit. Igitur si diuitiæ & diuites magni fiant in ciuitate, ipsa uirtus boniq; uiri in minori æstimatione erūt. Apparet. Studium autem rebus honoratis maximè impenditur, contraria negliguntur. Sic est.

Democras  
aliàs Socratis

Vestes tales corpora, opes autem immense animas impediunt.

Teletis, ex  
lib. de Colla-  
tione diuiti-  
um & uirtu-  
tis.

Homines natura quidem ad uirtutem nati sunt, sed diuitiæ illos ad se conuertunt, infinita ad malitiam habentes pharmaca. Diuitiæ falsa boni opinione proposita à uerissimis abducunt. Hominem cui hærent, sapere non permittunt, sed rapiunt eum ad externa, & à fortuitis temerarijsq; euentibus animos suspendunt. Audacissimè simul ac timidissimè sunt, superbientes tanquam de rebus maximis, & timentes tanquam imbecillibus. Inflata sunt arrogantia, curis humiles. Si rebus suis utuntur, luxuriose sūt; si abstinent, miseræ. Alium multæ in acquirendo ærumma infelicem reddunt, alius propter abundantiam in uoluptatibus perit. Nulla satietate possidentes capiuntur. Nunquam uacant molestia aut dolore, utcunque acciderit: & ueluti aqua intercus magis magijsq; impleri sitiens, auget earum cupiditas. Homini ignaui nocent, diligentiam enim quæ ad meliora conferri poterat, in exigua numismata consumunt. Obsunt etiam ignaui, dum occasiones delinquendi præbent. Sic utrisq; perniciosæ sunt: nam laborandi gnarum, occupant: delicijs autem emollitum, magis effœminant. Eadem adultores spe pecuniarum allectos faciunt, & pecuniarum gratia diuites à multis delinrifiētis huiusmodi blanditijs causa sunt. Ad hæc quamuis bona non sint, multi tamè illis ceu propter maxima bona insident. Ipsarum causa infinitæ struuntur insidiæ, à regi-

bus,

bus, uicinis, & familiaribus etiam. Præterea nullus diues ne de uita quidem sua securus esse potest, sed unà cum pecunijs ipsemet etiam forte perit. Item diues, primū animi bona negligit, tanquā & sine illis foeliciter agat: deinde corpus delicijs corrumpit, & propter abundantia occasionem plenitudini assuescit, unde morbos plurimos colligit. Quis etiam ea quibus quisq; indiget per se faciendi laborem, quo corpus exercetur, omnium saluberrimum, omittit. &c.

Ceterū diuitiæ spontaneis nature bonis frui nō sinunt, sed consuetudines proprias corrumpit, & naturales consuetudines inficiunt. Anni quoque temporibus non sinunt uti, nec ad præsentem cæli statum se accommodare: sed tum æstu imbecillior fit diues, tū frigore: imò per hæc ipsa magis utriq; iniuria patet, quibus se tutum efficere moliebatur: assuetus autem facilius tolerat. Persistit enim in ordine uitæ, sub diu uiuere nouit. Deiq; operibus non indignatur, sed ualidè per ipsa transit. Hoc sanè modo corpora quoq; ledunt diuitiæ, reliqua uerò incōmoda maiora sunt. Domesticas seditiones mouet, quarū infelix premiū inter fratres proponitur. Liberos deteriores parentibus reddūt, propter cupiditatē opibus licentiosè utendi: item parentes proli suæ molestiores faciunt. Amici per diuitias suspecti sunt. Verus enim propter adulatorem amittit fidem: uincit adulator imitādo uerum (est autē simile quiddam spolijs, cum semper expectentur diuitum morbi.) Et illis qui ingenio sunt liberaliore, diues succenjet, quod non adulentur: assentantes contra suspectos habet, et rapiēdi gratia adesse putat. Præterea defunctum diuitem nemo luget, ne successores quidem, gaudent enim illi propter hereditatem: nec alij, qui nihil acceperunt: nam odio potius eum ha-

k bent.

bent, ut qui ex tantis opibus nihil nacti sint. Porro quod maxime diuitias commendare uidetur, beneficiorum collatio, non simplex est sed uaria. Beneficiū enim pecuniarum parum liberale est, et gratuitū tanquam in paupere donum præ se fert: illi uero qui sine pecunijs merā beneuolentiam exhibent, iuuantq; liberalem beneficentiā præstant, eaq; affectis gratam, item qui à diuite quid acceperit, denuo postulat: & nisi cōsequatur, prius quoq; beneficiū perit. Rursus qui nihil accipit, diuitē inculcat, si dederit alijs: ac ita qui gratificatur aliquibus, plures accusatores sibi acquirit. Non enim omnibus placet: interim uerò omnes tanquam ex acervo abundante petū. Hæc sunt quæ in diuitijs, etiam ex illis rebus quibus ornari uidentur, culpari possunt: cetera planè intolerabilia sunt, arrogantia inquam, audacia, superbia, curæ turpes, male cupiditates, prauæ uoluptates, desiderium insatiabile. Denique uitia plurima & infinita mala haud nascerentur ex eis, nisi ipse diuitiæ male essent.

Committitur cædes lucri gratia, spoliantur templa, amicitia uiolatur, fides negligitur lucro perfidiam gignente, produntur patriæ: in summa, nihil non malorum perpetratur.

Suapte natura uix frenari potest cupiditas: quod si diuitiarum quoque suppeditationem assumpserit, planè fit infrenis.

Insatiabilitas, miranda quædam in diuitibus est insania. Tanto enim furore ad acquirendas opes rapiuntur, tanquam illis partis nihil amplius molestū sensuri sint: neglectū uerò tāto circa res acquisitas utuntur, ac si non accepissent. Absentium amore grauissimo capiuntur, ea quæ possident

dent negligētes. Nihil enim adeò diligunt, quam auidè sperant. Quare dubito, an habere, an expectare satius sit ipsis. Siquidem habentes, non utuntur: expectantes autem, anxij sunt. Quid igitur tale bonum laudamus, cuius finis nullus: sed quod acquisitum fuerit, alia cupiendi principium fit?

Bion inquiebat, diuitijs operam dantes ridiculos esse: Bionis. cum cas porrigat fortuna, illiberalitas seruet, benignitas auferat.

Diogenes aiebat, neq; in ciuitate opulenta, neq; in domo, habitandi locum esse uirtuti. Diogenis

Diuitias fortunæ uomitum appellabat.

Monimi  
Socratis

Socratis dictum: Magni faciendæ essent diuitiæ, si letitiam sibi coniunctam haberent. Nunc autem plurimū dissident. Nam si diuites suis opibus frui uelint, præ nimia uoluptate corrumpuntur: sin custodire, curis, si uerò acquirere, nimio desiderio pessum ibunt.

Anacreon Lyricus, cum auri talentum à Policrato tyranno accepisset, reddidit illi, inquiring: Odi munus quocumq; uigilare cogit.

Ex Christijs  
Aristorelis.

Quæ quæso ratione possessio diuitiarum quenquam ad iustitiam aut alias uirtutes perduxerit? Nam quæ deterioribus studijs inferuiunt, optimis acquirendis contraria sunt, pecuniæ uerò ignauiam fouent, uoluptates cient, ac insidias bifariam struunt, primum aduersus diuites, inuidorum opera: deinde contra pauperes, uigentiorum. Quæ igitur alios ad moliendum insidias ipsis possidentibus instigant, & habentes ad iniustitiam roborant, quomodo ista quicquam ad iustitiam conferrent?

Nieracis de  
iustitia.

## QVOD PECVNIAE MODERA-

tè ac iuste comparata, innoxia sint: & di-  
uitias ex mediocrium esse numero,  
Sermo XCIIII.

Euripidis in  
Menalippe.



Fili, uita & opulencia hominibus quibusdam  
Exigua ac mediocris conuenit. Nimia uero mo-  
les perniciosa est.

Eiusdem in  
Phryxo.

Præstat uita fruens opibus innoxijs,

Eiusdem in  
Cresphonte

Quam domus impiè diuitijs inflata.

Huiusmodi lucra hominem comparare decet,  
Propter quæ nunquam in posterum doliturus sit:  
Nunquam mihi eueniat, ut à pecunijs uictus  
Malus euadam, neq; conuerfer cum improbis.

Eiusdem in  
Erechtheo.

Iniuste autem pecunias ne comparato, si uoles longo  
Tempore in ædibus tuis manere. Nam quæ malè parta  
Domi accumulatur, nihil salutis habent.

Eiusdem in  
Phoenijsis.

Diuitia iniuste, & malis hominibus adiuncta,  
Postquam breui tempore usum sui præbuerunt, statim auo-  
lant domo.

Eiusdem in  
Ippone.

Iuste possideas ea quæ habes, sine culpa.  
Nam licet exigua seruare & colere par est.  
Neq; ut malus nauclerus agas, qui aliquando foelicem ex-  
pertus fortunam,

Deinde plura desiderans, cuncta simul amisit.

Menandri in  
Menagyrta  
forte Mitra-  
gyrta, id est,  
ut diuitias be-  
ne feras et ad-  
ministras.  
Sophochis.

Foelix qui simul opes ac mentem habet.  
Hic enim opibus, ubi conuenit, rectè utitur.  
Sic dicenda sunt omnia, & diuitiæ ferendæ.  
Nonnullis enim causa sunt indecentium facinorum.  
Pecuniæ hominibus amicos conciliant.  
Pecunias non proprias homines possident,

Sed res

## De pecu. iuste par. &amp;c. Ser. XCIII. 517

Sed res deorum habentes, eas, procuramus:  
Et cum opus illis habuerint, iterum nobis auferunt.

Opes (legitimas) magis, quàm rapinas  
Colere decet. Neq; enim diuitiæ iniuste  
Vnquam constantes sunt.

Euripidis in  
Erechtheo.

Præstat pauca citra suspicionem possidere,  
Quàm multa cum manifesta ignominia acquirere.  
Vinum immutatur cum uasis: diuitiæ uero pro moribus  
possidentium uariant.

Menandri.

Socratis ex  
Tomartij Ari-  
stomni.

Eiusdem.

Vt ægotum lectus aureus nihil iuuat, sic neq; stolidum  
insignis foelicitas fortuna.

Peculiarum collectiones præter ius quæ sitas existima-  
to non diuitias, sed pericula allaturas esse. Ne putetis acci-  
pere lucrū esse, insumere damnum. Neutrū enim istorum  
eiusdem effectus perpetuo est: sed utrumlibet suo tempore  
& cum uirtute factum fuerit, id facientes adiuuat.

Iococratis ad  
Nicoctem

Vt ab eodem uino, alij contumeliosi, alij benigniores  
sunt: sic à diuitijs alij aliter afficiuntur.

Ex Aristonij  
similibus.

Melius est ad foelicitatē pauciora possidere, quàm mul-  
ta cum inuidia. Nam ista uita laudabilior & suauior est.

Aristotelis.

Diuitē esse non honestū est, sed ex honestis diuitē esse.  
Diligas opum tuarum non abundantem possessionem,  
sed moderatum usum.

Licurgi

Iococratis ad  
Demonicum

Opes tuas duplici nomine colito: nempe ut à magna ia-  
ctura facile te expedias, & ut bono ac studioso homini in-  
fortunium patienti successuras. Quod autem uitam incer-  
tam attinet, non nimis, sed mediocriter opes dilige. Præsen-  
tibus quidem acquiesce, inquire autem meliora.

Eiusdem.

Adolescens ipsum interrogabat, quomodo diuitias ma-  
lum esse putaret, & quomodo bonum. Tum ille respondit:

Platonis in Eri-  
xia, aut de di-  
uitijs.

Non secus quàm tu nunc honestis quidem bonisq; hominibus bonas esse iudicas. Item scientibus quo loco pecunijs utendum sit, ijs cõmodas esse: improbis uerò & imperitis, malas. Quintiam, dixit, omnes aliæ res similiter se habent. Nam quales fuerint ipsi utentes, tales etiam res eis euadere necessum est. Rectè autem, dixit, etiam hæc Archilochi sententia mihi habere uidetur.

Talia sapiunt, quales res fuerint, et opera quibus utuntur.

Vti poëta poemata sua, & filios patres diligunt, ita qui acquisiuere pecunias, illis studet ceu operi suo, nõ ad usum necessitatemq; ut alij, ex quo difficilis eorum est familiaritas, cum nihil quàm diuitias laudent.

Existimo pecunia possessionem, plurimi faciendã, non cuius homini, sed modesto & a quo. Plurimum ad id confert pecuniarum possessio, ut quis illuc intrepidus proficiscatur, cum neq; inuitum quempiã circumuenerit, neq; metus fuerit, neq; debeat uel uotas Deo uictimas, uel pecunias homini. Habet & utilitates alias permultas. Sed si unum uni conferatur õ Socrates, non minimum ego ponere ad hoc homini prudẽti, imò plurimũ conferre pecunias.

Musonij,

Cræsi quidem & Cyri thesauros extremæ paupertatis damnabimus: unum uerò & solum credimus esse diuitem, ac sapientem, qui habitum nulla re indigentem ubique sibi comparare potuerit.

Democriti

Pecuniarũ usus cum prudẽtia, utilis est ad exercendum liberalitatem, & populum adiuuandum, cum stultitia uerò communis largitio fit.

Pecunias comparare, non inutile: iniuste aut id facere, multo pessimum est

(nare licet)

Eiusdem

Nec equũ sine freno, neq; diuitias sine prudentia gubero

Plato

Plato interrogatus, quantas opes habere conueniret, dixit: Quantæ possidenti neq; insidias pariunt, neq; rerum necessariorum inopiam.

Platonis.

Cleanthes querenti, quomodo quis diues euadere possit, respondit: si cupiditatum fuerit inops.

Cleanthes

Nemo sane adeo diues est, qui non pauciora habeat quàm desideret. At illum qui animo futurus est tranquillo et bene composito, oportet in læta fortuna alios respicere, qui pauciora bona possident: in sinistra autem, infeliciores. Si uerò in prospera fortuna, meliorem: aut in aduersa, mirus malam spectaueris, perpetua tristitia laborabis. Est autem tristitia, dolor propter mala propria.

Phauroini

Diuitijs utendum est tanquam materia quadam non ad res omnes similiter.

Ex Epistola de Amicitia.

Virtus omnibus optanda potius est, quàm diuitiæ, quæ solidis periculose sunt. Malitia nanq; pecunijs augetur. Et quo quis stultior fuerit, eo procliuior ad luxuriam contumeliamq; fit, ut qui habeat unde uoluptatum suarum rationem explere possit.

Non quemadmodum calceus maior ineptus est ad usum ita et possessio copiosior. Calcei enim magnitudo superflua uentem impedit: opibus autem uel uniuersis uel ex parte aliqua suo tempore uti licet.

Aristippi.

Sudor prouocatus exercitijs, decentior est: sic etiam diuitiæ proprijs laboribus acquisitæ.

Socratis

Diuitias, ueluti amicum liberalem ac promptum, ad honestas actiones assumere oportet.

PAUPER TATIS LAUS, Sermo XCV.

Vide quædam supra in sermone de temperantia, præsertim inter Epicteti dicta.

Eiusdem

Antiphonis.  
Menandri in  
Cithariæ.



Ames omnia reddit dulcia præter seipsam.

Paupertas enim magistra morum est.

Res leuissima omnium malorum te cruciat.

Diphili. Paupertas. Quid enim ea mali esset, cui uel unus

Amicus open ferens, facile meacretur?

Homine paupere nihil fortunatius est.

Mutationem enim in deteriqrem statum non expectat.

Pauperes semper existimantur, ad deos pertinere.

Menandri in  
Lencadia.  
Euripidis in  
Phoenissis.

Nam homines frugi moderatis & necessarijs rebus contenti sunt.

Menandri. Turpissime fers paupertatem cum eius te pudet.

Euripidis in  
Polyde. Dives quidem es: cetera uero non intelligere uideris,

Inest enim diuitijs aliquid uitij.

Paupertas autem sortita est sapientiã propter infortunia.

Alexidis. Diuitias inter postrema bona collocato.

Nulla enim possessio constantior est.

Reliqua uero ut par est cum habentibus perseverant.

Apollinis ad  
Lycum. Paupertas secundum naturam, non turpis est illa uero,

quæ propter turpem causam accidit, infamiam inurit.

Æliani ex u  
ria historia. Pauperrimi fuerunt optimi Græcorum: Aristides Nico

machi filius, Phocion Phoci, Epaminondas Polymodis, Pe  
lopidas Thebanus, Lamachus Atheniensis, Socrates So  
phronisci filius, & Ephialtes Sophonide.

Diogenis. Diogenes paupertatem dicebat subsidium esse ad philo

sophiam sponte doctum. Nã quæ philosophia uerbis per  
suadere conatur, ea paupertatem in ipsis rebus cogere.

Eiusdem. Diogenes cum improbus quidã paupertatem ei expo  
braret, dixit, propter paupertatẽ nullum unquam torqu  
ri uidi: propter malitiam uero plures.

Modus possessionis unicuiq; corpus est uelut pes cal  
cei. Si

rei. Si in hoc ergo consistas, modum seruabis, si excedas, in  
præceps feraris necesse est: uelut in calceo, si supra pedem  
extendas, sit aureus calceus, deinde purpureus, dende pun  
ctatus nullus enim terminus est, ubi modũ semel excesseris.

Paupertatis genera duo sunt: aut enim animi, aut fortunæ  
culpa, homines fiunt pauperes. Sed fortunæ quidem mede  
ri, licet dando, inueniendo, operando, & ipsa frugalitate:  
Animo autem non ita. non enim eisdem rebus utriq; indi  
gent: sed alter circumit panis frustra petens: alter non of  
fias neque buccellas panis petit.

Architas cum Eratoſthenis Mercurium legisset, hunc  
uersum protulit:

Necessitas omnia docuit: quid enim illa non inueniret?

Et illud:

Cura emendant, & plura parturiunt.

Fames nunquam produxit adulterium: neq; pecunia/  
rum inopia luxuriam. Breuis quædã est temperantia, pau  
pertas: & compendiosa legum obseruatio, penuria.

Arceſilau paupertatem aiebat asperam quidem esse,  
quemadmodum & ithacam, sed bonam prolis nutricem,  
ut quæ assuefaciat frugalitatẽ & abstinentiam, & in uniuersum  
efficax uirtutis gymnasium sit.

Socrates paupertatẽ aiebat paruã esse temperantiam.

Diogenes paupertatẽ inquebat uirtutẽ esse per se doctam.

Animæ timiditati medere, & non metues paupertatẽ.

Paupertatẽ philosophiæ impedimento esse, diuitias au  
tem ad eam promouere, non recte dicitur. Quod enim pu  
tas propter abundantiam potius quam inopiam prohiberi à  
literarũ studio? An nõ uides pauperrimos ut plurimũ phi  
losophari? Diuites uero propter pecunias magnis occupa  
tionibus

Phauorini.

Plutarchi in  
bro. Quod et  
am mulier eru  
dienda sit.

Eiusdem con  
tra diuitias.

Arceſilai.

Socratis

Diogenis

Hypſæi

Ex lib. Tele  
tis epitome.

tionibus detinentur. Quamobrem non inepte Theognis: Multo sane plures uiri facietate quam fame perierunt. Vbi enim demonstraueris aliquos, quibus propter inopiã philosophari nõ licerit, ut propter diuitias? Nõnne uides quod à paupertate ad temperantiã, à diuitijs aut ad contraria, eogãtur homines? Nimirũ enim is cui licet statim quælibet assequi, non amplius quicquam laborare aut inquirere solet, sed opera diuitiarũ utens, ad suam malitiã nulla uoluptate abstinet. Hoc enim nõ uides, quod multis negotijs occupati diuites, studijs sapietiæ uacare nequeãt, pauper uerò nihil habes quod agat, ad philosophiam se cõuertit: Zenon ait Cratetẽ in sutrina sedentẽ Aristotelis orationẽ hortatoriã legisse, quã ille scripsit ad Themisonẽ Cypriorũ regẽ, in quies: nemini tot cõmoditates ad philosophandũ obtigisse. Nã opes eũ habere plurimas unde sumptus facere possit ad excolendũ ingenium, et gloria celebrem esse. Hæc eo legente sutorem auscultasse calceos interim suendo: tum Cratetem dixisse: Operæ pretiũ facturum mihi uideor Philisce, si ad te sermonẽ hortatorium scripsero. Quoniam plus commoditatum tibi ad philosophandum esse uideo, quam Themisoni, Aristotiles obtigisse scripserit. An uerò quilibet serui sese alunt, ac dominis mercedẽ pendunt: liber autem homo seipsum alere non poterit? Quinetiã uarijs curis pauper solutus, longe plus ocij habere uidetur, cum nihil possideat, agendumue habeat. Veluti in bello, Afusus pauper nullius quam sui tantum curã gerit: diues autem pro alijs quoque sollicitus est. Quamobrem Sophocles non inepte Oedipum ita loquentem fecit:

Vester quidem dolor in unum colligitur: (uel, suus cuique pro se tantum est.)

At ego

At ego me ipsum, & ciuitatem, & te quoque lugeo.

Pleriq; tamen licet uidentes quomodo hæc fiant, nihilo minus se infelices reputant paupertatis ergo. Et in ciuitatibus diuites magis quam pauperes honorari dicunt. Verum illi ignorare mihi uidetur, quod Aristides fortuna pauperimus, omnium Atheniensium honoratissimus fuerit: quare cum Athenienses tributa ciuitatibus constituere uellent, illum huic negotio præfecerunt, neminem ipso iustius constituturum arbitrati. Et quod Callias cum ditissimus esset Atheniensium, magis operã dederit Aristidis amicitie, quam Aristides Calliæ: ac multo magis Aristidem Calliæ diuitiarum puduerit, quam Aristidis penuriæ Calliam. Cæterum Lysandro Spartano fuitne quisquam honoratior, aut omni honorum genere cumulatus effectus? At idem hic non habuit unde filiabus suis dotem largiretur. Per multos alios afferre possem, qui in paupertate diuitibus honoratiores fuerunt. Atqui & Euripides non temerè mihi uidetur Eteoclem commendando dicere, quod iuuenis fuerit egenus, plurimis autem honoribus in Argiuorum urbe affectus.

Tu uerò ô Charmides, qua de re potissimum gloriaris? Xenophonis in conuiuio.  
Ego inquit, ob paupertatem mihi placeo. Per Iouem, Socrates ait, ob rem gratiosam. Est enim paupertas minime inuidiosa, & de acquirenda ea minime, certatur: sed licet incustodita seruatur, & neglecta augetur.

PAUPER TATIS VITUPERIVM  
Sermo XCVI.



Vicinq; splendidã & generosam originẽ habes indiget uictu, is genere quidem scelix est, Paupertate uerò inferior, propter quam dolet,

Euripidis in Bellerophõta.

Et præ

Et præ animi pudore manuum opera detrectat.

Eiusdem in Paupertas mala docet hominem ui necessitatis.

Eleçtra. Non enim superare possumus fluctuum

Euripidis in Altitudinem: nam uiget adhuc paupertas,  
Archelao. Malum nobis insensissimum: fugiunt autem opes.

Nullum extat paupertatis templum odiosissime deæ.

Odi enim reuera illos qui sapiunt quidem,

Ad pecuniam uerò comparandam nil sapiunt.

Menandri in Facile ô Gorgia contemnitur pauper,

Gorgia.

Et si planè iustam causam dixerit. Nam dicere

Aliquid, accipiendi gratia duntaxat existimatur.

Et sycophanta statim, qui uestem attritam

Induit, uocatur, Et si ipsemet iniuriam patiat. (re uult.

Phi'emonis. Quisquis in paupertate uiuit, angustè ac tenuiter uiuet

Inopia enim prompta est in perpetrandis malis.

Vir inops, solitarius est.

Diphili. Paupertas impijs admixta moribus

Funditus perdit, ac subuertit uitam.

Sophoclis. Paupertas non parua ægritudo est se possidentibus.

Nullus homini maior hostis est quàm paupertas.

Menandri. Pauper ad omnia formidulosus est,

Et se putat ab omnibus sperni.

Nam cui fortuna mediocris est, hic æquius

Omnes molestias fert ô Lampria. (bus.

Callimachi Dij semper tenuiter largiuntur tenuis fortunæ homini.

Cratonis aliàs  
Cramonis.

Non est paupertate miserior ullus

In uita casus. Quamuis enim natura

Studiofus & bonus fueris, sed pauper, ludibrio habebis.

Theognidis. Vach misera paupertas, quid meis incübens humeris,

Dedecore tum corpus afficis, tum mentem nostram?

Et

Et me turpia nolentem, malaq; multa ui doces,

Bona inter homines & honesta scientem?

Quilibet enim paupertate abstrictus, neq; dicere,

Neq; facere quicquam potest, sed uincta ei lingua est.

Paupertatem animum corrumpentem nunquam indi/ Eiusdem

gnatus alicui.

Neq; malam ô Cyrne pecuniarum inopiam obijcias.

Iupiter enim bilancem alias aliter inclinat,

Modo ad diuitias, modo ad inopiam pecuniarum.

Semper autem oportet tum in terra, tum in amplo mari

Molestæ paupertatis ô Cyrne solutionem querere.

Oportet fugiendo paupertatem uel in pontum ingen/ Eiusdem,

tia cete nutrientem

Præcipitè se dare ô Cyrne, aut ab excelsis rupibus cadere.

Dirû quiddâ paupertas est, intolerabile malû, quæ magnû Alceæ

Populum domat cum perplexitate sorore.

Nunquam homini noxiam paupertatem & animum Hesiodi in ope

corrumpentem ribus.

Obijcere sustineas, utpote donum deorum immortalium

Manifesta fit tempestas. Lux enim paupertatis

Omnia in se mala & grauias cunctis ostendit. Aristophontis

Quicumq; pauper in ciuitate uult uiuere, in Babia.

Hic seipsum tristiore reddere cupit. Menandri in

Nam ubi aliquem delicijs & ocio uacare, Plocio.

Potentem inspexerit, tum demum sese uidet

Quam infelicem & miseram agat uitam.

Herus omnino malè sibi consuluit.

Ruri enim habitans non admodum deprehensa aut re/

darguta fuisse

Humilis ipsius & nihili conditio:

Sed so/



Menandri in  
Paracatathe-  
ca.

Sed solitudinem pro uelamine habuisset.

Turpe est simul, &amp; pauperem ac imbecillum reddi.

Timoclis p̄  
tici.

Paupertas enim multos sæpe cogit,

Aristophontis

Vt quædam se indigna præter naturam committant.

Pauperum omnium finis est nox.

Obumbrat enim ipsorum mala ubiq̄.

COMPARATIO PAUPERATIS,

&amp; diuitiarum, Sermo XC VII.

Antiphanis.

**P**Otius est honestè pauperem esse, q̄ diuitè malè.Illud enim misericordiam, hoc reprehensionem  
meretur.

Satius est, si quis consideret ut par est,

Non multa iniucunde, sed pauca iucundè possidere,

Euripidis in  
Alexandra.

Et paupertatè sine molestia potius, quàm diuitias acerbat.

Malum sane consilium ad fortitudinem sunt

Diuitiæ hominibus ac nimix delitiæ.

Paupertas autem, licet infelix alioqui, nutrit tamen

Laborantes liberos præstantiores &amp; fortiores.

Eiusdem in  
Elector.

Nemo pauperes sibi comparare uult amicos.

Sunt illi quidam genere clari, pecuniarum uerò

Inopes, unde nobilitas Perit. (nes sapiunt:

Cratonis

Vt lucrum uel commodum aliquod sibi uenentur, omni

Et hac in re sola inest sapientia.

Theognidis in  
Gnomis

Nimirum illi diuites sunt, quibus multum argenti est,

Et auri, &amp; agri feraces tritici,

Equiq̄; &amp; mali: &amp; is cui omnia contigerunt

Vnde uenter, latera, &amp; pedes iucundi afficiuntur

A puero &amp; muliere. Hæc quidem suo

Tempore, &amp; pubertate uigente idonea,

Mort alibus diuitias præstant. Omnes enim abundantes

Pecuniâ

Pecunias gerens secum nemo ad inferos uenit: (uesNeq; muneribus datis mortè effugerit quisquam neq; gra-  
Morbo, aut ingruentem malam senectutem.

Diuitijs mala uelantur

O mater, paupertas autem res conspicua &amp; humilis est.

Alij malitiam possident obuclatam

Diuitijs, alij uirtutè perniciofa paupertate obnubilatam.

Sapiente paupertate diuitem ruditatem

Contubernalem habere domi præstat.

Malim pauca possidens, &amp; in diem sufficientia

Sine molestia uiuere, quàm diues ægotare.

Si quis multum auri in domo clauscrit,

Et paucas ficus cum duobus aut tribus hominibus,

Cognoscet quanti ficus præ auro aestimaturi sint.

Diuites ego putabam, ô Phania,

Quos mutuari nihil opus est, non lugere

Noctu, neq; hinc inde iactantes se per noctem

Dicere hec mihi: sed suauem &amp; placidum quendam

Somnum dormire: pauperes uerò solum ita affici.

Nunc autem etiam uos qui sælices

Vocamini, similia nobis facere uideo.

Solent enim homines diuitum quidem

Sermones iudicare sapientes: cum uerò aliquis

Ex tenui familia uir pauper bene dixerit,

Ridere. At ego frequenter sapientiores

Diuitibus uiros pauperes uideo:

Et aliquos modica manu dijs sacra facientes.

Magis esse pios, quàm qui boues immolant integros.

In magna perplexitate uoluitur mihi tristis animus:

Summam enim paupertatem nondum euasimus.

Antiphanis in  
Neanicis.

Theognidis

Critice.

Euripidis in  
Telepho.

Hipponactis

Menandri.

Eiusdem alibi  
Euripidis in  
Danae

Theognidis

Unusquisq;

Vnusquisq; uirum diuitem colit, pauperem negligit:  
Et omnibus hominibus eadem plane mens est.

Euripidis in  
Bellerophōte.

Ego secundum uulgo celebratam sententiam,  
Optimum homini esse dico, non nasci.

Ex tribus autem uitæ generibus uni uictoriam tribuo:

Alius diues, alius genere nobilis est,

Alius pauper: de istis enim tribus dicere proposui.

Vir igitur prædiues, genere autem obscurus,

Doloribus afficitur, sed pulchre dolet,

Manibus interim aperiens iucundissimum thalamum diui-  
-tiarum.

Quod si præsens opulentia amittatur, qui prius

Diues erat, eo nunc miseriore casu, Ioue irato, iacet.

Quisquis uerò splendidam & generosam originē habens

Indiget uictu, is genere quidem fœlix est,

Paupertate uerò inferior, propter quam dolet,

Et præ animi pudore manuum opera detrectat.

Ceterum homo nihili, & perpetuo infelix,

In hoc ceteros uincit, quod cum hætenus bonorum om-  
nium expers uixerit,

Nesciat se infortunatum ac male affectum semper fuisse:

Ita satius est, bona nunquam expertum esse.

Expertum enim memores apud nos cogitamus: Qualis e-  
ram olim,

Cum etiam ego inter homines aliquando fœliciter agerem:

Ego enim si pater meus mente præditus fuisset,

Muscam ita temperare nouissem,

Tanquã et leta et rursus sinistra fortuna usus aliquando.

Primum illa didicissem, quorum studio nihil non comparatur ab hominibus

Videlicet

Videlicet agilis esse uentre non impleto.

Et semper, ut fera, aquæ potu contentus uiuere,

Et hyeme corpus exercere, feruidosq; solis

Radios laudare, umbratili educationi non assuetus.

Nunc uerò insuetus horum inscius sum,

Ferre tamen cogor. Quamuis enim ipsum Orpheum assu-  
merem,

Et uniuersum Musarum melos ex nouè sonis constitutum,

Non persuaderent tamen uentri: sed opus est ei uictu.

Per Iouem maximum, ô Sofia, putabam

Philemonis.

Ego hætenus pauperes solum uiuere

In mœrore: diuitum autem uitam

Planè hilarem esse, letitiamq; afferre.

Nunc uerò differre quotidianis

Sumptibus diuitaxat utrorumq; uitam uideo:

Molestias uerò plures habere, qui maiores diuitias pos-  
sident.

Diuitie semper multas calamitates afferunt,

Philetæ,

Inuidiamq; & contumeliam, & odij plurimum patiuntur,

Multaq; negotia, & molestias infinitas habent,

Et plurimum in agèdo, ac uictum colligendo occupantur.

Deinde post hæc mala diues statim moritur,

Ac opes suas ad deliciandum alijs relinquit.

Proinde iucundior mihi paupertas fuerit,

Et possessio mediocris, uitaq; sollicitudine uacua,

Quæ tum diuitijs tum molestijs careat.

Omnis enim pauper magna mala lucratur, id est, securus  
ab eis euadit.

In paupertate aliquis felix manere poterit: in diuitijs  
autem & magistratibus minimè. Tantum excellit pauper/  
Amicitia,

l tatis

tatis bonum, ita ut nullus uir bonus & mētis compos paupertatem inhonestis diuitijs mutare uellet. Nisi quis fortè existimet, quod ille olim Atheniensium ditissimus Neoclis filius Themistocles, quanquam uirtutis inops. Aristide & Socrate melior fuerit. Atqui diuitiæ eius unâ cum ipso uanæ & in gloria perierunt. Nam cum homine improbo moriente nihil non interit. Honestas uerò æterna est.

Anaximenis. Diuites non similiter miserere solent infelicium ut pauperes. Nam suis rebus metuentes, interim aliorum calamitatis miserentur.

Paupertas homines & in artibus præstantiores & in rebus ad uitam pertinentibus prudentiores reddit. Grauis enim est sapiendi magistra, paupertas.

Democriti. Paupertas, diuitiæ, nomina sunt indigentia & saturitatis. Quamobrem neque diues dicendus est, uir indigus: neque pauper, non indigus.

Eiusdem. Nisi multa desideres, pauca tibi multa uidebuntur.

Eiusdem. Pauca appetere, facit ut paupertatis diuitijs æquipollet.

Diogenis. Diogenes cum ei paupertas à quodam uitio daretur: Infelix, dixit, quid ais? At ego neminem uidi tyrannidem gerere propter paupertatem, omnes uerò propter diuitias.

Cratidis. Crates Cynicus magnam sibi gloriam non diuitijs partam dicebat, sed paupertate.

Ex Aristini homilia proreptica. Socrates ab Archelao uocatus, ut qui ipsum ditare uellet, ei renūciare uisit, quod farinae choenices quatuor obolo uenirent Athenis, & fontes aquam funderent. Nam si res meæ, inquebat, mihi non sufficiunt, at ego ipsis sufficio,

& sic etiam ipse mihi.

Ex Aristony mi Tomarijs. Pauperum uita similis est navigationi iuxta littus: ditum autem, ei quæ in profundo pelago fit. Illis enim facile

cile est funem eicere, appellere, & nauim extrahere: diuitibus non item.

Ne fugias paupertatem, sed iniustitiam. Nullus enim eo quod pauper esset mortem obiit, sed quia iniustus. Neque uir tam laudabilem aliquis degit quatenus diues est, sed quatenus iustus.

Pecuniarum possessio ab inopia & indigentia mihi liberare uidetur. At quomodo non uides aliquot magnarum, ut putant, opum dominos, non utentes tamen eis propter illiberalitatem & sorditiam? Sed quemadmodum Priamus in folio sedere non sustinebat quamuis multa domi essent folia: Sed humi sedebat in luto se uoluens: ita nonnulli in magna rerum copia propter auaritiam nihil gustant, nec attingunt: imò plura à muribus & formicis absumuntur, quam ab ipsis. Et ueluti Laertes in angulo ruris cum una ancilla utula, quæ cibum ei potumque apponebat: solus in agrum profectus, sese macerabat & exhauriebat: res autem ipsius, proci: Item ut Tantalos seni, ut apud poetam est, in palude stanti fructus supra caput dependebat: at quando cupiebat uel potum uel fructus arripere, statim palus exiccabatur: Fructus autem à uentis ad nubes opacas reieciiebantur: ita quorundam illiberalitas ac diffidentia: uinum, fruges, & fructus abiicit: num quidem ad nubes, sed partim in forum, partim in cauponam: & quamuis cupiunt, non quicquam gustant. Quod si quis illorum ab alio inuitetur, ualde se ingurgitat: ea uerò quæ ipse habet, nemini communicare uult: sed plura cupiendo angitur, &c.

Cum multa concupiscant: magna necessitate urgentur. At si quis istis omnibus superator euadat, hic planè securus & minime indigus fuerit. Proinde Crates non inelegenter

Hypsiat.

Ex Teletis commentario de comparatione diuitiarum & paupertatis epitome lliad. 6.

Odyll.

Ibidem.

dixit: Ignoras quantum ualeat pera, & lupinorum choerix, animiq; securitas. Est enim reuera magnum & memorabile quiddam, uel cū pera, lupinis, oleribus, & aqua nullis angis curis, sed abesse ab omni adulatione & assentatione.

Quidnam est ad quod utimur pecunijs? & quorsum inuenta est pecuniarum possessio? quemadmodum pharmaca reperta sunt ad morbos arcendos. Fortassis enim hoc modo res magis elucescet nobis. Siquidem necessarium uideatur *χρηματα* esse *χρησιμα*: id est, pecunias & opes usum aliquem sui opemq; prestare. Sunt autem opes ex utilium genere: proinde inquirendū, in quem usum utiliter usurpentur, ut *χρηματα* ab utilitate dici mereantur. Nam utilia forte sunt omnia in genere, quibus ad aliquod opus utimur, ut omnia corpora que animam habent animalia sunt: animalium uerò formam quandam appellamus hominem, &c.

Omnes cupiditates rerum quarundam penurie sunt. Quamobrem qui plurimis eiusmodi subiiciuntur, deterius habent quàm qui nulla aut paucissima talia experiuntur. Omnino equidem & uehementer improbos huius conditionis homines iudico: eoq; improbiores, quo magis tales fuerint.

DE VITA QVOD BREVIS ET  
uillis sit, ac plena curis, Sermo XCVIII.



Mortale miserumq; genus hominum,  
Quàm nihil sumus, sed umbris similes  
Inutile pondus telluris obuersamur.

Video enim nos nihil aliud esse, præterquam  
Simulacra, quotquot uiuimus, aut leuem umbram.

Talis est ò mulier humana uita,  
Paucioribus gaudijs fruimur, quàm dolore & molestia

Nullus

Platonis in  
Eryxia, aut  
de diuitijs.

Ibidem pau-  
lo ante finem.

Sophoclis.

Eiusdem in  
Atace.

Philemonis.

Nullus uir defunctus beneficium uiuis exhibet.  
Terra & umbra res nihili, amplius nihil spectant.

Nunquam, ò domine, ullo pacto fieri poterit,  
Ut qui homo natus es nõ sis homo: frustra igitur clamas:  
Viuentem multis affici malis necessarium est.

Homo sum, id ipsum autem uitæ  
Maximam dolendi causam fert.

Homo, satis magna ad calamitates causa.  
Animalia cuncta felicissima sunt,

Et multo magis homine sapiunt.  
Primum intueri licet asinum istum,  
Qui indubiè animal est miserum,  
Nihil mali tamen ei sua culpa nascitur.  
Sed que natura ipsi dedit, ea habet.

Nos uerò præter necessaria mala  
Ipsi per nos alia nobis insuper adiicimus.  
Dolemus, si quis sternuerit: si maledixerit:  
Iraescimus, si quis uiderit in somnium: ualde  
Terremur, si noctua ululauerit, metuumus.  
Aerumne, opinioniones, ambitiones, leges.  
Ista omnia præter naturam & ascitia mala sunt.

Mundus enim omnia producat & generet,  
Non iuste de singulis hominibus iudicat.  
In terra nanq; mala semper sunt,  
Et magnis malis gaudet mundus.

Omnes enim qui aliquid egregium inuenire uoluerunt,  
Siue mechanicum opus, siue disciplinam sapientem,  
In malum mortis finem inciderunt,  
A genitore mundo male affecti.  
Socratem mundus sapientem fecit,

Euripidis in  
Meleagro.

Philemonis.

Diphili.

Menandri.

Eiusdem.

Sotadis.

Ac eundem in carcere malè sustulit:

Cicutæ enim epota mortuus est.

Diogenes cum deuorasset crudum polypum, obiit.

Aeschylus scribentem delapsa testudo oppressit.

Sophocles, acino uivæ deglutito, suffocatus interiit.

Euripidem canes Thracij uorarunt.

Diuinum Homerum fames absumpsit.

Biuldem.

Vnumquemq; bonum, ingeniosum, iustum, fortunatum,  
Inuidiæ portionem aliquam capere oportet, & reprehensionem incurrere.

Prædiues est quispiam, aliquo laborat affectu.

Pius est, paupertatem patitur.

Bonus est artifex, mundus ipsum reddit infortunatum.

Etsi uel maxime iustus iudex aliquis fuerit,

Oportet tamē ipsum à natura superatū appellari iniustū.

Diues est, magnam ruinam metuit.

Robustus, morbum experiri timet.

Vnius certè diei indolentia magnum lucrum est.

Quid enim obsecro sumus tandem? aut ex qua materia nati?

Coniecturam ex teipso fac, & uitam tuam considera,

Vnde natus, quisnam sis, & quis futurus denuo.

Menandri.  
Euphronis in  
Didymis.

Cæca & infelix est hominum uita.

O Iupiter, cur tã breue tēpus cū nobis uiuendi dederis.

Id nos absq; molestia transigere non sinis?

Mimnermi.

Producit nos tanquam folia floridum tempus

Veris, cum subito splendor solis augetur.

His folijs similes ad breue tempus floribus iuuentutis

Delectamur, à dijs neque malam edocui,

Neque bonum. Parcæ autem nigre nobis astant,

Altera

Altera gerens finem molestæ senectutis,

Altera mortis: minimo autem tempore iuuenta

Fruimur, quamdiu supra terram Solis radij sparguntur.

At postquam terminus temporis huius præterijt,

Statim præstat mori, quàm uiuere.

Multis enim malis animus afficitur, & aliquando res domestica

Laborat, & paupertatis tristifica sunt opera.

Alius desiderat liberos, quos maxime

Cupiens tcllurem subit ad inferos.

Alius morbo tentatur animum corrumpente: non deniq; ullus est

Hominum cui Iupiter non mala multa largiatur.

O ter beatas & maxime felices cunctas

Animantes, quibus nulla est rerum istarum cura,

Philemonis.

Nec eas secum perpendere solent,

Nec huiusmodi malis unquam capiuntur

Accersitis: sed quam secum in lucem attulerit naturam

Quodq; animal, eam statim pro lege habet.

Nos homines uerò uitam agimus haud uitalem,

Seruiq; sumus opinionum, legibus inuentis.

Vnde parentibus atq; posteris non euitari potest

Malum: sed aliquam semper ansam inuenimus.

Nam ne priores quidem uiri,

Simonidis.

Deum filij dominorum,

Semidei, sine labore tranquillam, nec incorruptam,

Nec sine periculis uitam ad senium usq; transactã egerunt.

O fili, penes se habet Iupiter alitons finem

Biuldem.

Rerum omnium quæ sunt, & pro arbitrio suo disponit.

Nec est in hominum potestate animus.

Sed in diem nos mortales uiuimus,  
 Semper inquam homines uiuimus nihil scientes.  
 Ita ut singulis Iupiter destinauerit.  
 Omnes autem spes, & bona fiducia nutrit.  
 Temerè consultantes. Alij diem  
 Venturam expectant, alij circuitus annorum.  
 Nouum autem annum nullus non hominum sperat  
 Diuitijs bonisq; plenum & charum affore.  
 Sed præuenit alium misera senectus comprehendens  
 Antequam finis accedat: alios utrò tristes ægri tudines  
 Mortalium perdunt: alios Marte domitos  
 Sub terram Pluto demittit obscuram.  
 Sunt qui in mari procellis agitati,  
 Et multis fluctibus purpurei sali,  
 Moriuntur, ubi non amplius uiuere possunt.  
 Nonnulli laqueo uitam infeliciter finiunt,  
 Et spontè sua lumen solis relinquunt.  
 Sic nihil malorum in uita abest. Sed in finitæ  
 Mortalium sortes, & ineffabiles calamitates,  
 Damnataq; sunt. Quod si mihi audirent,  
 Mala non diligeremus, neq; doloribus  
 Animum applicantes malis discruciamur.  
 Multo omnium sanè miserrimum animal est  
 Homo, si quis rem probè perpenderit.  
 Nam cum nimis curiosè omnia persequatur,  
 Plerisq; tandem frustratur, & semper laborat.  
 Iam cum tellus cunctis animantibus cæteris  
 Spontè quotidianum præbeat uictum,  
 Per se suppeditans, licet nihil acceperit: (homini tamen)  
 agrè,

Veluti ipsam tantum debiti sortem, persoluit  
 Commissum sibi semen: usura uerò, semper inueniens  
 Quod prætexat, ut siccitatem aut pruinam, ipsum de  
 fraudat.

Forſan autem eo quod negotia faceſſant telluri  
 Soli homines, & fodiendo omnia eius confundant,  
 Hoc nos uiciſſim modo ulciſcitur.

Homo cum ſis, erraſti: atqui in uita  
 Miraculum eſt, ſi quis per omnem uitam ſit fortunatus.

Quisquis hominum nullos reſugiit labores,  
 Omnino tandem hoc modo diteſcit:  
 Et ſapienter aliquis euacuet ingenium exercendo,  
 Et corpore ſanus certa uictus obſeruatione  
 Illud uerò unum ex omnibus impoſſibile eſt  
 Inuenire, quo quis modo non contriſtetur.  
 Non enim in rebus aduerſis tantum ſe prodiit  
 Triſtitia: ſed bona quoq; ſuas ſecum curas trahunt.

Non mare nauigantibus accidit  
 Solis tempeſtas, ut uidetur: ſed etiam  
 In porticu deambulantibus ô Laches,  
 Et illis qui intra domos ſe continent.  
 Et nauigantes quidem interdum diem unum  
 Aut noctem tempeſtate iactati, mox malo liberati  
 Salutem conſequentur, uel uento  
 Ipſos ſeruante, uel apparente alicubi portu.  
 Mihi uerò id non contingit: non enim per diem  
 Vnum tempeſtatibus agor, ſed per omnem uitam:  
 Et magis magisq; ſemper moleſtiæ creſcunt.

Si abſq; laboribus & moleſtijs mortalis natus, te uictu  
 rum putas, ſtultus es.

Balthonis in  
Ætholo.

Memorati.

Philemonis  
in Epithelo.Euripidis in  
Thyæ.

Multa producit hominibus dies & atra nox.  
 Sophoclis in Myſis. Nullus abſque labore uiuit: feliciffimus autem ille, cui minimum obtigit.  
 Solonis. Nullus hominum beatus eſt, ſed mali Sunt omnes, quotquot mortalium ſol afficit.  
 Bacchylidis in Proſodijſ. Omnibus mortalibus labores dæmon impoſuit.  
 Euiſdem in Eptincis. Alijs alios.  
 Ibidem. Nullus enim in terra degentium per omnia beatus fuit Non naſci, hominibus optimum eſt, neq; ſolis Aſpicere iubar: felix autem nullus mortalis. Omni tempore eſt.  
 Herodis ex Hemiambis. Non facile eſt inuenire domum ſine malis uiuentem. Quiſquis autem minus habet, Illi uidetur maius quiddam contigiſſe quam alteri.  
 Simonidis. Vnam ſententiam optime uir Chiuſ protulit, Quod hominum generatio talis ſit, qualis eſt foliorum. Hanc pauci homines perceptam auribus In pectore condunt. Fouet enim ſpes unumqueng; Virorum, qualis iuuenum animis innafciſtur. Quamdiu uerò mortalium aliquis amabilem iuuentæ ſlor rem obtinet, Animo leui Præditus multa cogitat irrita. Nam neq; ſeneſcutæ ſibi affuturam, neq; mortem expectat, Neq; dum ſanus eſt, laboribus uacat. Hoc modo affecti ſunt ſtulti, nec intelligunt Quam breue ſit iuuentutis ac uitæ tempus datum Mortalibus. Tu uerò hæc diſcas, ut ad ſinem uitæ Animo tuo bona præbeas & gratificeris. Quod ſi putas, nihil unquam tibi moleſtum Futurum quicquam beato es animo.

Dionſij ty-  
ranni.

Deo-

Deorum enim, non mortalium uitam tibi uiſturus uideris.  
 Pecunijs quidem felix ſum:  
 Calamitatibus autem, ut uides, infelix.  
 Nuſquam enim mihi dulcis eſt uitæ cura.  
 Malis enim plena eſt tellus, ſunt æ quora plena.  
 Morbi autem hominibus, nunc dic, nunc noctu,  
 Ingruunt temere, mala mortalibus adferentes.  
 Heu heu, quotquot humanae ſunt malorum ſortes,  
 Et quot formæ: ſinem uerò non facile quis dixerit.  
 Quis enim hominum ſibi augere  
 Suam poteſt felicitatem?  
 Aut quantam libuerit adipiſci?  
 Aut cum libuerit, deponere?  
 Mala multa contingunt hominibus ò hoſpes.  
 Domum enim quæ ſine malis inhabitetur  
 Nullam eſt reperire: ſed alijs fortuna  
 Malorum abunde dat, alijs uerò ſui mores.  
 Non temere eſt quod uulgo dictitant,  
 Neceſſe eſt alios felices, alios infelices eſſe.  
 Ego ſane, iuxta ſententiam uulgo celebratam,  
 Optimum eſſe aio non naſci homini.  
 Neſcio qua regula adhibita mortalium fortunæ oportet  
 Recte inſipientem cognoſcere quid opus factu ſit.  
 Multa ſunt multis calamitates hominibus,  
 Diſſerunt autem formis, & ſine fortuna:  
 Vix unquam inuenias hominis ullius uitam.  
 Non poteſt ullum tam graue dici uerbum.  
 Nec affectio, neq; calamitas diuinitus immiſſa,  
 Cuius molem natura hominis non ferat.

Euripidis in  
Andromeda.

Euiſdem in  
Æolo.  
Hefiodi in  
Operibus.

Euripiſis in  
Antiope.  
Sophoclis in  
Oedipo Ty-  
ranno.

Euiſdem in  
Bellerophôte

Euiſdem in  
Buryſtheo.

Euiſdem in  
Iphigenia.

Euiſdem in  
Oreſte.

Non

Sophoclis.

Non enim fas, præterquam dijs, absq; malis uiuere.

Ibidem.

O demon, quam nullum est effugium mortalibus  
Malorum, quæ illis congenita & diuinitus immissa sunt.

Hominis uitam uariæ uersutæq; calamitates

Malorum, omni tempore transmutant.

Vivat unusquisque presentis diei uictum quam iucundum  
dissimum instituens,

Tempus autem crastinum semper cæcum accedit.

Euripidis in

Protrichao.

Nihil mirum dixit, si mortalis homo infelix est.

Sophoclis in

Auce.

Homo spiritus solum est & umbra.

Æschyl.

Genus enim humanum in diem sapit,

Et nihilo magis firmum est, quam umbra fumi.

Homeri.

Sic enim destinarunt dii miseris hominibus, Ut uiuant  
in mœrore.

Eiusdem.

Nihil enim est miserius homine,

Inter omnia quæ supra terram spirant ac repunt.

Eiusdem.

Quorsum attinet mortalium causa bellum gerere

Miserorum? Qui folijs similes, alijs quidem

Magnanimi existunt, fructum telluris edentes:

Ast alijs pereunt infirmi, nec super est uis ulla.

Menandri in

Simul præn-

dentibus.

Aerûnosa prorsus est, & miserima sua pte natura res,

Multisq; plena curis, uita.

Eiusdem in

Citharista.

Num quæ cognatio tristitia & uitæ intercedit?

Theognidis.

Non omnino hominibus omnia ex animi sententia suc-  
cedunt.

Mortalibus enim longè præstant immortales.

Antiphontis

alias Antipha-

nn.

Facile culpabilis est mirum in modum, ò bone uir cui  
iuslibet nominis uita, utpote nihil habens eximium, magnis  
& uenerandum: sed nihil non paruum, imbecille tempera-  
neum, multis deniq; molestijs permixtum.

Quod

Quod quis insistat genus uiuendi: nam in foro

Sunt lites, & actiones molestæ: in ædibus autem,

Curæ: ruri, labores nimij: at in mari

Timor est: in peregrinatione, si quid habes, metuendum:

Si nihil, molestum est. Nuptus es, non sine curis

Eris: non ducis uxorem, eo magis solitariam uitam agis.

Liberi dolores pariunt: orbitas, uita est sine liberis iniucund

Stolida est, senectus uerò infirma. (da iuuentus

Ex duobus igitur eligendum est alterutrum, aut nasci

Nunquam, aut statim natum uita de fungi.

Mortales sunt mortaliû res, & omnes nos prætereunt: Luciani.

Sin minus, at nos ipsas præterimus.

Conscendi nudus terram, nudusq; subibo,

Pallada.

Quid frustra sudo, sinera nuda uidens?

Vita est nauigatio periculosa, tempestatibus enim op/ Eiusdem.

pressi in ipsa

Sæpe miserabilius ipsis naufragis afficimur.

Fortunam uerò gubernatricem habentes uitæ,

Tanquam in pelago dubij nauigamus:

Alij quidem secundis uentis, alij uerò contrâ: sed simul

omnes

In unum sub terra portum appellimus.

Omnis uita est ueluti scena & ludus, aut ludere disce

Eiusdem.

Deposita seueritate, aut sustine dolores.

Si fatum te auferat, sustine & abi. Quod si indignaris,

Molestus es tibi ipsi, & nihilominus te fatum aufert,

Sum genitus lachrymans, & lachrymans morior,

Eiusdem.

In multis autem lachrymis totam transegi uitam,

Ô hominum genus lachrymosum, infirmum, miserabile,

Quod sub terram traheris, & dissolueris.

Ô ho-



- Blufdem.** O hominum genus uanum, iræ dolorisq; tibi ipsi causa,  
Ad fucem usque uitæ rerum omnium ignarum.
- Incerti auto-  
tis.** Omnia sunt risus, & puluis, & omnia nil sunt,  
Fiunt enim omnia temere.
- Incerti auto-  
tis.** O feris crudelior homo, omnia te odio habent  
Qui omnia perdis, mors autem ubiq; te manet,  
Si fugis in terram, lupus immiret: at super altam  
Cõscendens arborem, metuenda fuerit aspis supra ramos:  
Et Nilum tentas: sed gurgitibus crocodilum  
Educat ille suis, feram aduersus impios iustissimam.
- Incerti.** Quomodo quis õ ita te sine morte fugiat? Infinita  
enim tua  
Mala sunt: Et neq; facillè quis fugiat, neq; sustineat.  
Iucunda enim in te quæ natura sunt pulchra tellus, mare,  
Astra, lunaris cyclus, & solaris.  
Reliqua uero cuncta timores sunt atq; dolores. Etsi quid  
contigerit cõpiam  
Boni, uicissim experitur ultricem Nemefin.
- Democriti.  
Simonidis.** Bona quæ erentibus uix obtingit: mala, etiã non quæ sita.  
Simonides interrogatus, quantum temporis uixisset: tẽ  
pus quidem exiguum, respondit, annos uerò multos.
- Aristotelis.** Quidnam est homo? Imbecillitatis exemplum temporis  
spolium, fortunæ lusus, inconstantia imago, inuidia & ca-  
lamitatis trutina: reliquum uerò pituita & bilis.
- Democriti.** Omnes homines propter conscientiam malè transacte  
uitæ, perpetuis perturbationibus & timoribus exagitatur,  
fingentes interim mendacia de terrore post mortem.
- Antiphontis.** Vita similis est carceri unius diei: & totum uitæ spaciũ,  
uni diei æquale propemodum dixerim, per quem intuiti  
lucem, posteris deinde uitam trademus.

Calamitates hominibus imperant, & non homines ca-  
lamitatibus. Herodoti.

Cognoscere oportet humanã uitam imbecillem ac tem-  
poraneam esse, multisq; aduersis & perplexis negotijs  
implicitam: ut ei per mediocre possessionem prospicia-  
tur, & miseria in rebus necessarijs mensuretur. Democriti.

Incerta est tota uita, nihil fidum & stabile continens.  
Errat in fortuitis euentibus, ac spes interea fouet animum.  
Futurum autẽ nullus certò nouit, neq; mors quo inclinet.  
Deus uerò mortales omnes in periculis regit. Ex aduerso  
autem se penumero spirat grauis infortunij status.

Nihil in rebus humanis stabile est, sed omnia temera-  
rio quodam motu feruntur. Ex Clitoma-  
chi scriptis.

Zenon aiebat, nullius rei tanta nos penuria laborare,  
quàm temporis. Reuera enim breuis est uita, ars autẽ lon-  
ga, & illa præcipue, quæ morbis animi mederi potest. Zenonis.

Socrates dicebat, se putare quod dii semper rideant, ua-  
na hominum studia inspicientes. Cùm enim omnes huma-  
næ res parue sint, inæquale tamen studium illis impendi. Socratis.

Neoptolemus histriõnem tragœdiarum interrogabat  
quispiam, quidnam ab Aeschylõ, aut Sophocle, aut Euri-  
pide dictum admiraretur: cui ille, Nihil quidem istorum se  
in admirationem trahere: sed quod ipse uidisset Philippum  
Cleopatræ filiæ suæ nuptias magnifice celebrantem in sce-  
na amplissima, cùm tertius decimus deus appellaretur, po-  
stridie in theatro iugulatum & proiectum.

Omnia sanè mortalia propter necessitatem naturæ in  
mutationibus uoluuntur, dum aut à meliori ad deteriore  
statũ transeunt, aut contra. Res enim natæ augentur: auctæ  
uigent: cùm uigere, senescunt: & tandem corrumpun-  
tur, &c. Hippodami  
Pythagorici  
ex libro de  
Repub.  
Quod

Ex Teletis li  
bro de uita a  
tis. De eo  
quod uolup  
tas non sit fi  
nis.

Quod si felix uita ex maiore uoluptatum numero per collationem dicenda est, nullus, ut ait Crates, felix fuerit. Sed si quis omnes uita etates per se consideret, longe plus dolorum inueniet. Primum enim totius temporis dimidium, quo somnus capitur, indifferens est: deinde quantumcunque temporis circa infantiam insumitur, laboriosum est. Esurit infans, à nutrice sopitur: sinit, lauatur: dormire uult, nutrix quatit crepitaculum. Vbi iam nutricem effugit, assumit ipsum pædagogus, pædotriba, ludi magister, musicus, pictor. Adultior fit, accedit arithmeticus, geometra, equitandi magister: ab omnibus istis cæditur, diluculo excutitur, nullum ocij tempus habet. Ephebus est factus, rursus moderatorem metuit, pædotribam, hoplomachum, gymnasiarcham, ab istis omnibus flagris afficitur, obseruatur, cruciatur. Ex ephēbis excessit, et annos iam natus est uiginti, adhuc metuit et obseruat. Excubare sicubi oportet, illi excubant: custodiendum aut uigilandum est, illi custodiunt: in naues intrandum, ijdem intrant. Virilem deinde etatem et uigorem assequutus, militat, legationes obit nomine ciuitatis, exercitum ducit, præest choro, certaminibus et premijs constituendis præficitur, interim uero laudibus extollit utam suæ pueritiæ. Declinans tandem atque senescens, iterum puerilem educationem recipit, et iuuentutem desiderat. O grata mihi iuuentus, senectus uero omnis Aetna grauius. Itaque non uideo quomodo quisquam felicem etatem uiuere possit, si pro uoluptatum abundantia micro metienda sit.

Herodoti lib.  
7. Polyhym  
nis.

Reputantem me, Xerxes rex quàm breuis est omnis humana uita, subiit horum miseratio: quorum, cum tot sint, nemo ad centesimum annum supererit. Excipiens

Antal'

Artabanus: Atqui inquit, alia, quàm istud est, uiuendo miserabiliora patimur. In tam breui uita enim nullus hominum adeo felix extitit, neque horum, neque aliorum, cui non crebro, nedum semel, subeat animo moriendi uoluntas potius quàm uiuendi. Nam incidentes calamitates et morbi uitam perturbant: efficiuntque, ut cum breuis sit, tamen per longa uideatur. Ita mors optatissimum est perfugium arumnose uitæ, quam deus dulci gustu aspergens, ob id inuidius fecisse deprehenditur.

Tantum scio, quod si ex omnibus hominibus sua singula mala in medium conferrent, alter cum altero commutaturus, inspectis aliorum malis libenter unusquisque sua sibi rursus acciperet, quæ prius attulerat.

Esse mortalium neminem, nec ullum fore, cui semel genito non admixtum sit malum: maximis uero quibusque maxima mala contingere.

Quæ enim pars etatis, calamitatibus uacat? Nonne statim à principio plorat, ut primum natus est infans, uitamque à lachrymis auspicatur: Quæ tandem non premit cum molestia? Semper enim uel penuria, uel frigore, uel calore, uel uerbis urgetur. Antea quoque quàm loqui possit quantam patitur? Sænis scilicet, hancque solam habens anxietatis suæ querelam. Vbi septimum dehinc expleuerit annum, multosque labores exhauserit, iam custodes, gymnasta, et magistri ludi ei præficiuntur: iam adolescenti critici, geometra, rei militaris præceptores: inges planè dominorum multitudo. Post ista ubi in ephēbos ascriptus est peior iam motus, Lyceum academia, gymnasiarcha, uirga, nullaque prorsus malorum mensura. Omnis adeo adolescentis sub moderatoribus est labor, qui ex Areopagi delecti consilio præ-

Platonis in  
Xiocho.

m sunt iuuen/

sunt iuuentuti. Deinde cum fuerit istis exolutus, iam cura palam emergunt, reputatioq; quod uiuendi potissimum instituat iter: præq; sequentibus incommodis priora illa per erilia uidentur, & infantium re uera terribimenta. expeditio- nes enim & uulnera, perpetuūq; certaminū labores ser- quantur. Hinc iam fallēs subrepat senectus, in quā consluit quicquid est infirmum fragileq; natura. Quod nisi ocyus quis uitam uelut æs alienum reddiderit, astans supra caput natura tanquam scenerator reposcit usuram: ab alio qui- dem uisum, auditū ab alio, persepe utrumq;. At si quis diu- tius cunctetur, debilitat eū, excruiat, membrisq; desituit. Alij itaq; multa senectute repuerascunt, animoq; bis pueri fiūt senes. Dij ergo propter hoc ipsum (ut quibus notissima sint res humanæ) quos plurimi faciunt, eos citius auferunt à uita. Agamēdes & Trophinius igitur, cum Pythij Apol- linis ædificassent templum orātes dari sibi quod optimum esset, cum obdormiuisent, nunquam deinde surrexerunt. Sic etiā Iunonis Argiue sacerdotes, præccāte matre eorum, ut gratiam eis aliquam Iuno pietatis illorū referret. Cum enim cunctarentur iumenta succedentes ipsi uehiculo ma- trē ad templū usq; pertraxerāt: post preces ergo nocte de- cesserunt. Longū foret aut poetarum dicta recensere, qui di- uiniorebus poematis ea quæ ad uitā pertinet nostrā, uel ut ex oraculo decantāt, quemadmodū deplorēt illā: sed unius solū memoratu dignissimi sat habeo meminisse, qui inquit: Quam superi miserum stamen mortalibus æui Nouere ut uiui desceda per omnia durēt. Iterumq; Ex cunctis hominum generi fors pessima uitæ. Stat, quæcumq; supra terram spirantq; meantq;. De Amphiarao uerò quid dicit?

Iupiter

Iupiter hinc totis animis, hunc magnus Apollo Diligit, & iusti metas non attingit æui. De illo quoq; qui ita ubet:

Nascens fleat, qui tanta uitæ intrat mala.

Euripidis.

Quod uitæ quisquam institutum, quamue artem deliget, ut non queratur de ea, atq; præsentibus offendatur? Opi- fices, mercenariisq; recenseamus artes ex nocte in noctem usq; laborantes, et uix lucrantes uitæ necessarios sumptus, complorantes seipsos, omnemq; uigiliam suam macrone la- crymisq; complentes: aut nauam dicamus, per tanta pene- trantem pericula, qui, quemadmodum Bias ait, neq; inter mortuos est, neq; inter uiuos. Terrestris enim homo, uelut ambigui generis, ipse in mare sese proiecit, totusq; arbitrij factus est fortune.

## DE TRISTITIA, QVOD VALDE

molesta & dolorifica sit tristantibus,

Sermo XCIX.



ultorum malorum causa omnibus est suapte natura. Menædris aliis Philemonis.

Tristitia: propter hanc etiam insania oboritur Multis, & ægritudines incurabiles. Interficiunt etiam aliqui seipsos præ tristitia, Cum quod infert maxorem maius est, quam unde salus speratur.

Cleonæ

Tristitia enim & ira, ubi in unum animæ locum Conuenerunt, furorem sibi obnoxijis pariunt.

Hæc mihi. Nam ipsa tristitia hanc uocem Satim, ut uidetur, tristanti extorquet.

Quod si quis tristanti obuius illum iusserit Salubre, re ipsa & necessario flere ipsum iubet.

Euripidis

Quisquis tristitias ait hominibus obesse  
Adeo, ut a rupibus & saxis deiici mereantur,  
Non est ex sapientium numero. Verum tamen optet  
Ne unquam hanc egritudinem experiatur.

Philemonis.

Adeo cum aliquis timor in animum illapsus est,  
Etiani dormiendo non egreditur.

Menandri.

Morbum ferrè multo satius est, quam tristitiam.  
Nulla est, si quis rectè consideret, quam tristitia,  
Maior egritudo suapte natura, inter humanas res.

Euripidis in  
Oenonao.

Istud ante omnia descendendum est primum,  
Ut euentus rerum non egrè aut iracunde feramus.  
Huiusmodi uir optimus est, & calamitates ipsum  
Minus mordent. Verum hæc dicere quidem  
Nouimus, re ipsa autem præstare difficillimum est.

Alexidis.

Euripidis.  
Eiusdem in  
Andromeda.  
Eiusdem in  
Antiope:

Tristitia nonnihil cum insania commune habet.  
Macreres enim morbos pariunt hominibus.  
Nempe quod futurum est quotidianos metus mouet.  
Plus enim inest mali expectando, quam patiendo.  
Intelligo autem quæ patior: & hoc ipsum non leue  
malum.

Ignorantiæ enim uoluptatis aliquid habet  
In homine agrotate, et inscitia lucrû est in rebus aduersis,  
Audiens misertus est. Omnes enim calamitates misericor-  
diam sciunt

Cunctis hominibus, etsi quis externus fuerit.  
Homo existens Nullus sine molestia uitam transigit,  
Nec ad finem usq; fortuna secunda usus est.

Euripidis in  
Oreste.

Tristitia potissimum perditur.  
Græuis enim dea est, ueruntamen curabilis.

Eiusdem in  
Alcmena.

Hæc non rectè quidem, sed animosè forsitat

Fecisti

Fecisti. Laudes autem ego infortunatus  
Odi. Mens enim & opinio nunquam uincit rem ipsam.  
Non appellandus est scelix, qui pecunias  
Habet plurimas, sed qui non tristatur.

Cum natura cunctis hominibus mala multa  
Hæreant, maximum est tristitia malum.

Egritudines animi morbos quoq; pariunt.  
Quomodo mortalis ego fortunâ impugnabo diuinam

Vbi calamitas nihil spè iuuatur?

Sua enim intueri mala.

Vbi alius nemo similiter patitur,

Ingentes ciet dolores.

Tristitia enim per se reddere potest  
Duplo sanè maiora quam reuera sint mala.  
Animi perturbationes uel sapientè uirum seduxerunt.

O Apollo, quam morosus est tristitia captus  
Homo, & in omnibus difficilis.

Vbi quis dolet, illuc animum conuertit.

Tristantibus enim & sollicitis hominibus

Quælibet uox uidetur diu durare.

Tristitia insaniæ uicina mihi esse uidetur.

Tristitiæ plus quam mediocres

Exturbare mentem solent.

Adeo multipes uariomq; malum est tristitia.

Difficile est tristitiam effugere, dies autem

Perpetuo secum nouas curas adfert.

Omne tristificum morbus est homini,

Multis autem uarijsq; nominibus appellatur.

Molestum est hominibus infelicitè uiuere.

Quemadmodum pictori malo colores

Apollodori in  
paralogi Zo-  
menis.

Menandr.

Sophoclis in  
Tereo.Eiusdem in  
Eryphile.Eiusdem in  
Aiace.

Philemonis.

Pindari in O-  
lymptonicis.Amphidis in  
Philadelphis.Parcem a  
Apollodori in  
GalatisAntiphanis.  
Alexidis.Polidippi et  
Mutinice.Eiusdem ex  
Similibus.Antiphanis  
Medico.Eiusdem ex  
Euploia.

Primum abolent ex corpore.

Apollodorus Megarites aiebat illos, qui crederent hominem aliud quiddam esse præter corpus, minimum in uita molestiæ percepturos. Tum quidam dixit filios eius omnes cognoscere, quod alij quàm corpus sint, nihilominus tamen propter molestiam & dolorem proprium multos sese perditum ire.

**Euphrantis.** Euphrates Syrus amissa uxore dicebat: O philosophia, tyrannica sunt præcepta tua: amare iubes, & si quis amiserit quod amabat, dolere prohibes.

**Socratis** Socrates interrogatus, quomodo quis sine molestia uita tam ageret: negauit ullo modo id fieri posse. Non enim licet, dixit, ciuitatem aut domum inhabitanti, & hominibus conuersanti, sine molestijs degere.

DE MORBIS, ET MOLESTIARVM  
in eis solutione, Sermo C.

**Euripidis in Oreste.**



Gratum somni lenimen, auxilium morbi,  
Quam suauiter ac tempestiue mihi aduenisti,  
Et quam iuuat lectus ægotantem.

Res alioqui molesti, sed necessaria.

Rursum te erige, corpus reuolue.

Morosi sunt ægri perplexitatis causa.

**Ibidem**

Num libet in solo fulcire pedes?

Maximè: hoc enim opinionè quandam sanitatis parit.

Est autem uel opinari laudandum, eisi uerum absit.

**Eiusdè in Belacrophonte.**

Ad morbi naturam medicum quoq; oportet

Respicientem mederi, non imperata pharmaca

Exhibendo, nisi morbo conueniant.

Morbi mortalium alij sponte & nostra culpa fiunt,

Alij diuinitus immittuntur, quibus lege

Medemur.

Medemur. Sed hoc tibi dicere uolo,

Si dii turpe quicquam faciunt, iam non sunt dii.

Multo molestius ipsa ægritudine malum est,

Quod singulis, à quibus inuisitur,

Ægrotus quomodo se habeat dicere cogitur.

Si quis non procul prætereat Italiae collem

Gaureum, regio quædam ad Leuam uiatoribus

Inclinat, splendida, uinosa, unde aqua

Amarissima, tum odore, tum potu, profluit,

Hanc aquam accule locupletes uincis

Vsurpât medicâdis oculis, Ægrotus enim indigēs lauacro

Sese, ut membra solum in aqua purget,

Oculos palpebris bene iunctis operiens

Immergit, ita ut nullus ei præterfluat intra septum

Humor in pupillam: Hinc enim dolor nascetur.

Quisquis autem obscura nubecula teetos habens oculos

Ægre dolores fert, aut cui circa tunicam corneam

Crassis membranis oculi tument,

Illi tutum & salubre est oculos immergere

Apertos non conuiuentes. Sic enim statim liberatur omni

Animum crutiantie dolore, & facile morbus tædit aque.

Socrates interrogatus, quid morbus esset, respondit: per turbatio corporis.

Diogenes ad familiarè quendam oblesum mēbris et è sti

pe uictitatē: Bene est amice, dixit, quod laboras ne labores.

Quemadmodum in corporibus, dum ualida sunt, nihil

sentitur ex putridis humoribus hinc inde sparsis: ubi uerò

infirmas aliqua contigerit, omnia mouentur, siue ruptum

quid, siue distortum, aut aliud in corpore putredine affe-

ctum fuerit, &c.

Philemonis in Myrtide.

Ex Heliodori spectaculis Italicis.

Demosthenis in Olynthiaco 2

Alcæonhis.

Morbos accidere dicitur, ob efficientē causam, propter excessum caloris aut siccitatis: alios materialē ob causam, abundante aut deficiente alimento: alios ueluti in aliquibus uasis, ut in sanguine, medulla, aut cerebro. Aliquando aut ab externis causis eos nasci, propter aliquas aquas, regionem, latitudinem, necessitatem, aut his similia.

Diocles plerosq; morbos in æqualitate provenire dicitur.

Erasistrati.

Summa cause in hominum aut multitudine aut corruptione sunt.

## DE SANITATE ET ADHIBENDA

cura ad eius durationem, Sermo CI.

Pythagoræ.



On etiam negligenda fuerit sanitas corporis.

Sed modus in potu, cibo, & exercitijs

Habeatur, modum uoco, quantum nihil moleste tibi sit exhibiturum.

Assuescas autem uicium puro, nec delicato uti.

Alcæon asserbat continentem sanitatis causam in æqualitate facultatum inesse, nempe humidi, sicci, calidi, amari, dulcis, & reliquorum. Vna autem ex ipsis præpolutente, morbum fieri.

Platarchi in  
Salubribus  
preceptis.

Bona ualctudo uoluptatibus haut aliter, q̄ cæli tranquillitas alcedimibus præbet, ut tuto commodeq; generet, incubetq; Eleganter enim Prodicus uisus est dixisse, Optimū condimentū esse ignē. Nā uerissime quis dixerit, sanitatē maxime diuinū longeq; blandissimū esse condimentū. Siquidem cibi elixi, assti, coctiq; bis qui morbo laborant, aut crapula grauatiur, quiue stomacho nauſeāt, nullā adferre neq; uoluptatē, neq; iucunditatē. at pura, sincerāq; stomachi appetitū, corpori sano, quilibet etiā reddit suauē, & accōmodū, atq; ægrotantē, ut inquit Hom. id est, quod rapere libeat.

Oportet.

Oportere pueros ita corporibus exerceri, et occupari, ut nō modo Venere non querat, sed si fieri possit, intra uiginti annuum profusus ipsam ignorent: & illa etate etiam rara uenere utendū esse. Hoc enim tum ad parentū, tum generande prolis bonā habitudinē, multū conducere. Præterea iubebat, ne quis plenus delictijs aut ebrietate, operā pro creationi liberorū daret. Quoniā ex praua, inconcinna, et turbulenta mixtione non modo non egregia & concinna soboles, sed ne à principio quidem ullo pacto bona fieret.

Platonis

Gravidas etiam præ cæteris mulieribus illum annū præcipue obseruare iusserim, ita ut mulier prægnans neq; multis simul & gulosis uoluptatibus utatur, neq; rursus tristitijs: sed æquabilem, placidam & lenem uiuendi rationem colens totum id tempus seruet,

Quin magis forti animo esse oportet aduersus appetentiam erumpentem, & ad fruendum his quæ cupit, excipientem, ut quæ nihil habeat præter leues ac pueriles querimonias & ploratus: deinde mox quiescat sublata mensa, nihilq; incuset, aut ledat, sed cōtra pura, hilaris minimēq; grauis aut fastidiosa duret in crastinum.

Ibidem

Fertur autem et Alexander dixisse, posteaquam solitos obsoniorum artifices abiicisset, se longē commodiores se cum posse ducere, nempe nocturnam profectionem ad condiendum prandium, ad cœnam uerò prandij tenuitatem.

Ibidem

Exacta & uehementer ad unguem, ut dici solet, obseruata uitæ ratio, simul & corpus formidolosum reddit, ac periculis obnoxium, & animi frangit uigorē & alacritatem, dū omnia negotia refugit, dumq; nō audet, nec in uoluptatibus nec in laboribus uersari, dum omnē rerū administrationē suspectā habet, neq; quicquam confidenter et in-

m 5 trepidè

trepide aggreditur. Verum oportebit corpus non aliter quam nauæ uelum, neq; contrahere sereno cælo, neq; uehementer premere, neq; rursum laxatis uti linteis, & negligenter ac supinè agere, quum suspicio sit tempestatis, sed obsequi conueniet, ac lenè corpus reddere.

Ibidem

Vnde non in cibis solum & exercitationibus conueniet et obseruare corpus, num præter solitum illis grauatum & illibenter utatur: aut contra, num siticulosius, magisue famelicū sit quàm consueuerit: sed etiā illud obseruandū erit, si quando somnus nec perpetuus fuerit, nec placidus, sed inæqualis, & incorruptus. Quin insuper insomniorū etiā absurditatē conueniet annotare. Nam si nefaria & insuetamisa occurrerint, aut crassis humoribus plenum corpus, aut spiritus intus turbatos declarant. Quin & animi affectiones indicāt, corpus ad morbū esse propensum. Nā sepe occupat quosdam tristitia nullam ob causam idoneā oborta, aut metus repente spes extinguens: idq; cū nihil appareat, cur sit metuendum. Redduntur autem, & iracundi, sic ut facile commoucantur, & ob rem quantūlibet leuem indoleant: lachrymanturq; ac moerent, quoties mali uapores & exhalationes amara, condensata, animi circuitus, ut inquit Plato, præpediunt occupantq;.

Ibidem

Vnde optimè dicitur, non satiari cibo, non refugere laborem, feminis substantiam conseruare, hæc tria saluberrima esse. Nam in continentia circa Venerem, dum uires maxime resoluit, per quas alimentum elaboratur magis excrementa & plenitudinem auget.

Corpus requirit, ne famē, ne sitim, ne frigus patiat. Huc pertinet Galeni breuis denotatio dogmatū Hippocrati. Eiusdē de differētijis quæ habentur in singulis anni partib.

Eiusdem

Eiusdem de locis, & differentia aeris secundum ipsos. Socrates monebat, ut cauerent sibi homines à cibis, qui non esurientes ad edendum: & à potibus, qui non sitientes ad bibendum alliciunt

Xenophonis de factis &amp; dictis Socratis libro 1.

Gorgias interrogatus, quonam usus genere uictus in tantam senectutem progressus esset: nihil unquam uoluptatis gratia se aut comedisse aut fecisse dixit.

Gorgias

Omnia uel bona, uel mala, ab anima in corpus & hominē totum manāt: indeq; similiter, ut ex capite in oculos, effluunt. Illam igitur primum & maxime curari iubet, si modo caput, et uniuersum corpus bene ualere debeat. Anima uerò medelas esse docet incantationes quasdam: eas præclaris rationibus contineri, quibus anime temperatiā tribuatur: qua inserta atq; præsepte, facile esse sanitatem capiti, totiq; corpori tradere.

Hippocratis Platonis in Charumide.

Corporibus omnibus motus agitatioq; non laboriosa prodest, siue à seipsis, siue in uehiculis, seu nauæ, siue equis, siue quomodocunq; aliter moueantur. Et horum motuum beneficio ciborum potusq; alimentum superantia, sanitatem, pulchritudinem, & uires nobis præbere possunt.

Platonis lib. 7 de Legibus, Aliàs ex Archidami dictis libro 7.

Auxiliorum genera quatuor sunt. Primum faciendæ quæ utilitatem in egrotantis actione sitam habent. Alterum sumenda, quæ pro cibo aut potu capiuntur. Tertium euacuanda, quæ aliquid educendo è corpore iuuant. Multum sanè circa hoc nomen ociosi quidam homines occupantur, dum curiosius inquirunt, cur euacuanda potius, quàm euacuantiā nominata sint. Postremum genus auxiliorum forinsecus accedentiā constituunt.

Antyll.

Auxiliorum forinsecus accedentium, quædam tenuium par-

Eiusdem

um par-

um partium, quædam crassarum sunt. Tenuia sunt, aer, & eius species: crassa uero, quorum corpus compactum est. Rursus illorū quæ crassis constat particulis, alia terrene, alia naturæ sunt aquosæ. Terrenæ, ut cataplasmata & malagmata: aquosæ, ut balnea, perfusiones, irrigationes.

**Eiusdem.** Aeris multæ sunt differentie: quæ uel ab anni partibus eueniunt: uel mutationibus mensis & lunæ: uel diei noctisq; diuersis portionibus: uel ab ipsius aeris crassitie seu tenuitate: uel motu aut quiete: uel motione ac mixtione uaporum ex terra. Sunt & aliæ minores differentie, quæ ad prædictas referri possunt.

DE MEDICIS, ET MEDICINA, Sermo CII.

**Homeri.**



Ir medicus enim aliorum instar multorum est  
In excidendis telis, & benigna pharmaca in  
spergendo.

**Euripidis**

Medicus ægritudini futurum tempus producens,  
Melius ita medetur, quàm si corpus secaret.

**Mimnermi-  
contra Me-  
dicos.**

Sicut medici solent dicere,  
Leues affectus multo maiores esse & graues plus quàm  
timendum sit aggerant,  
Seipfos ut extollant.

**Philemonis.**

Homini facile est alij consulere,  
Ipsum uero præstare, difficilis res est.  
Quod in medicis apparere uideo,  
Qui de continentia apud ægrotos perquam bene  
Omnes loquuntur: deinde ubi morbo afficiuntur,  
Ipsos facientes uidere est, quæ quidem prohibebant.  
Non eiusdem est scilicet dolere posse, & contemplari.

**Eiusdem.**

Nam neq; medicus ullus, si diligenter circumspicias,  
Amicos

Amicos suos bene ualere cupit:

Neq; miles ciuitatem sine malo aliquo uidere.

Quisnam hic est? Medicus. O quàm male habet

Quis medicus, si nemo male habuerit.

Soli medico & aduocato

Occidere licet impunè.

Missa facite huiusmodi lucra, alimentis similia quæ me  
dici ægrotantibus exhibent.

Nam illa nec uires augent, neq; mori sinunt.

Medicina inter artes liberales elegantia, ornatus, &  
iocunditatis, nulla minus complectitur, magnam uero con-  
templationem de salute & suauitate sui studiosis exhibet.

Trophilus medicus interrogatus, quis perfectus medi-  
cus fieret, dixit: ille qui possibilis & impossibilis discerne-  
re potest.

DE FOELICITATE,

Sermo CIII.



Nadolescentia delectari, & ad senectæ limen  
peruenire,  
Fœlicitatem destinare nuptias contrahenti, &  
nascenti.

Vt ipse quidem prosperè domi senescat,  
Filij uero prudentes, & in bello præstantissimi euadant.

Fœlix est, cui Deus bonorum partem dedit,  
Et cum secunda fortuna diuitem uitam agere.  
Nullus enim mortalium ubiq; beatus est.

Exercèda uirtus est, & bona fortuna diuinitus petèda.  
Nam qui hæc ambo habet, beati simul  
Et boni uiri hominè ferens, uitam degerè poterit.

Neq; posteritas sine uirtute promouere potest homines.

Callimachi in  
Fortuna

Philemonis in  
mioris.

Demosthenis  
Olynthica.

Plutarchi ex  
salubribus præ-  
ceptis.

Trophill.

Homeri in O-  
dyssa.

Bacchitidis in  
Epinici.

Carcinij in  
Tereo.

Callimachi in  
Hunnis.



Sophocles in  
Antigone. Fortunati sunt, quorum uita nihil mali gustauit.  
Pindari in  
Threnis. Beatorum felicitas non est fugitiua.  
Menandri in  
Demulgo. Beatus qui simul opes ac mentem possidet,  
Theognidis. Hic enim opibus recte utitur, ubi opus est.  
Theognidis. Pulcherrima res est iustitia: optima sanitas:  
Suauißima autem, desiderata consequi.  
Scleriz. Optima quidem est sanitas uiro mortali:  
Deinde bonum ingenium:  
Tertio diuitiæ sine dolo parte:  
Postremo, uigens ætas inter amicos.  
Sophocles in  
Ioue. In Iouis tantum hortis beata felicitas colitur.  
Cratini in  
Pliis. Bona quibus spontanea deus aperit.  
Theognidis  
Sordis. Utinam fortunatus fiam, dijsq; charus immortalibus;  
O Cyrne, aliam uero uirtutem nullam desidero.  
Theognidis. Pauperem misericordia, diuitem inuidia sequitur:  
Vita autem media & temperata, iusta est.  
Frugalitas enim & suis rebus contenta uirtus, uoluptatem  
omnibus iustam parit.  
Theognidis. O si liceret mihi diuitias sine curis improbis possideti  
vitam absq; damno & omni malo agere.  
Non cupio diuitias, nec opto: Sed licet mihi  
Ex paucis rebus sine omni malo uiuere.  
Sophocles in  
Creusa. Pulcherrimum, esse iustum.  
Optimum, sine morbo uiuere: suauißimum uero, cum quis  
Ea potest accipere, quæ desiderat indies:  
Xenophontis  
Democrii. Felicitatē iudicō, multa habere, et inde sumptus facere,  
Fortunatus est, qui cū exiguis pecunijs hilariß fuerit:  
infortunatus autem, qui inter magnas opes tristatur.  
Socrates interrogatus, quid esset felicitas: Voluptas dixit,  
quam poenitudo nulla sequitur.

Socrates,

Socrates, interrogatibus, quinam essent fœlices: respon-  
dit: illi qui mentem bonam, & rationem possident.

Vnica fœlicitas est, qua fit ut reuera lætemur, nec un-  
quam tristemur, quocunq; in loco ac tempore. Diogenes

Hanc ueram fœlicitatem esse dicimus, quæ facit ut mens  
& anima in perpetua tranquillitate hilaritateq; collocetur. Biusdem.

Qui ad summum proficit, omnia planè præstat quæ su-  
æ decorata sunt, & nihil omittit. Istius autē uitam, nondum  
fœlicem esse ait, sed fœlicitatem ei postmodum accede-  
re, cum actiones istæ mediæ, constantiam & habitum, &  
peculiarem quandam confirmationem nactæ fuerint. Chryssippi.

Fœlix est, qui Deo, quatenus fieri potest, similis fuerit,  
perfectus, simplex, purus, & separatus ab humana uita. Iamblichi ad  
Sopatrum de  
uirtute Plato-  
nis.

Optimè constituta est illius hominis uita, qui in seipso  
omnia quæ ad fœlicitatē pertinent, sita habet, aut qui huic  
proximus est: non autē ab alijs temere pendet, ex quorum  
fuit bonis siue malis actionibus, tū ipse tum res suæ suspen-  
sa in errore uersari cogantur.

Tranquillum futurum non multa agere oportet, neque  
priuatim, neq; publicè: nec omnia quæ aduerint supra fœ-  
cultatem & naturam suam sibi sumere: sed tantam sui cu-  
ram habere, ut quamuis presentem fortunam, et quicquid  
opinio desiderat suppeditaturam, declinet, ac non plura  
assumat, quàm quibus ferendo est. Malis enim commodi-  
tas tutior est quàm eius magnitudo. Democrii.

Fœlicitas sine uirtute nõ cõsistit. Virtus autē nascitur in  
eo q; ratione habet primario. Nõ capiunt autē fœlicitatē, quæ  
ratione carēt. Nã ut quæ oculis carēt, uidēdi nec opus, nec  
prestantiã assequuntur: ita quod ratione caret, nec opere nec  
excellentiã ratione præditi donatur. Ratio ueluti organum  
est,

Hippodami.  
Tharij ex li-  
bro de fœlicitate.

est, cuius effectus est uirtus, excellentia autem felicitas. Quales etiam homines nonnulli reperiuntur. At perfectorum hominum discrimina duo sunt. Nam aliqui ipsorum natura perfecti sunt: alij genere uite. Natura perfecti, qui boni tantum sunt, id est, uirtutem possidentes.

Virtus uniuscuiusque natura excellentia et perfectio est. Oculi quidem uirtus, eiusdem partis nature præstantia, perfectioq; est: hominis autem, humanæ nature excellentia est, nec non perfectio,

Eiusdem

Ceterum genere uite perfecti sunt, qui non solum boni, sed felices etiam fuerunt. Felicitas nanque perfectio est humanæ uite. Vita autem humana ex multis actionibus consistit: at felicitas actiones absoluit. Nam omnis actio uirtute aut fortuna duce fit. Virtus consideratur in ipso usu: fortuna in successu. Atqui Deus nec ab alio uirtutem edoctus, bonus euasit: neq; fortuna duce, felix. Natura enim bonus est, & natura felix, talisque semper & fuit, & erit, nec unquam talis esse desinet, cum incorruptibilis, naturaq; bonus existat. At homo, non est natura felix, sed disciplina & cura indiget: nempe ut bonus fiat, uirtute: ut felix euadat, fortuna eget. Quocirca ex his duobus humana felicitas conficitur, laude & beatione. Hæc ex fortuna illa ex uirtute prouenit. Virtutem igitur habent homines, propter diuinitatis commercium: fortuna uero prosperitatem, mortali ratione,

Eusebii Pythagorici de uita.

Quippe felicitas, perfectio & summa est humanorum bonorum. Proinde rursum uirtus & prosperitas, partes sunt illius uite, que in felicitate uiuitur, uirtute ueluti anima eius existente, bona fortuna autem ueluti corpore, quibus coniuictis tanquam unum animal fit. Alterius offi-

cium

cium est, bonis secundum naturam bene uti, alterius uero usum sui exhibere. Nempe uirtutis est uti, felicitatis, usum præbere. Item illius est, animi propositum & rationem rectam præstare, huius autem, actiones et opera promouere. Siquidem honesta deliberare, & sustinere aduersa, uirtutis proprium est: bene proficere, rationalis uoluntatis: finem autem actionum consequi, prosperitatis. Superat enim imperator uirtute simul & fortuna duce. Feliciter nauigat gubernator, & artis & secundi uenti beneficio. Oculus acutè uidet, tum uisus uigoris opera, tum lumine. Itidem humana uita euadit optima, uirtutis pariter & prosperitatis causa.

Felicitatem ex optimis & honestis actionibus fieri: circo eam unde quaque pulchrum esse, quemadmodum alia quedam opera per omnes sui partes artificiosa sunt. Assumptionem enim efficientium causarum nõ dimouere felicitatè à pulchritudinis sinceritate: ut neq; medicinæ actioni per omnia artificiosa instrumentorum usus gloriam imminuit. Nam actionem omnem, anime quoddam opus esse. Et si uero agens utitur quibusdam ad instituti sui perfectio nem, non statim ea partes operis existimare conuenit: quamuis utrumque ex prædictis huiusmodi requirat, non tamen ut partem, sed ut causam efficientem artis, &c.

Ex Epitome Didymi.

Feliciter uiuentibus hoc necessario inesse in primis oportet, ut nec ipsi alijs, nec alij ipsis iniuriã inferant: quorum alterũ non est admodũ difficile: alterum uero, ut nulla possis iniuria ledi, difficillimum, nec perfecte id quisquam aliter assequi potest, quã ut perfecte bonus efficiatur.

Eiusdem lib. I. L. egum.

Nihil iuuenit ægrum lectus quem auri pedes fulciunt, neque stultum insignis fortuna.

Ex Tomarisi Aristonymi.

## DE INFELICITATE, Sermo CIIII.

Homeri.  
Iliad. 9.Infelicem, quem pater Saturnius in senectutis  
limineMisera calamitate perdidit multa mala intuitum  
Et filios pereuntes, & filias per uim abstractas

Et thalamos uastatos, &amp; liberos infantes

Ad terram proiectos in graui conspectu.

Menandri in  
Hydria.

Misero seni, qui malorum suorum

Oblisci incipiebat, memoriam rescicisti,

Ac denuo infelicem fieri effecisti.

Sophoclis in  
Nauptio.

In finitis oppresso malis, una

Nox aduenit, quæ dum melior aspirat fortuna, mori iubet

Euripidis.

Viro, qui felix aliquando uocatus fuit,

Molestæ est mutatio: cui uerò semper sinistra

Fortuna fuerit, nihil dolet, cum ei familiaris sit calamitas

Menandri in  
Patacatheca.

Homo semper infelix natura credulus est.

Proximum enim plus se sapere putat

Ille, quem suæ rationes semper fallunt.

Amphiditi in  
Ampelurgo.

Quibus in locis calamitosus aliquis fuit,

Ad istos accedere nequaquam gaudet.

Menandri in  
Enchiridio.

Nunquam putabam: Verum fortuna, &amp; omnia

Inexpectata animum suo statu deiiciunt.

Euripidis in  
Antigone.

Quam semper aliud malum post aliud mihi nascitur.

Malorum ultimam lineam attingimus.

Eiusdem in  
Æolo.

Semper malum aliquod uiget, alterum uerò præterit.

Et quod nouum secuturum est deinceps, nondum apparet.

Philetæ in  
Cerece.

Nunc uerò semper concoquo. Interim aliud nouum mi-

hi crescit.

Damnum, cum à priori malo nondum me expediuerim

Per multis equidem semper immersus es malis

Am

## De Infelicitate, Sermo CIIII. 563

Anime mi: tranquillatæ uerò ne tantillâ quidem experiris.  
Semper autem noui dolores circa te exasperantur.

Me miseram, quæ sola calamitates tales experior

Menandri in  
Heroc.

Quas præ immanitate nemo facile crederit.

Qui felices uidentur, externam solum personâ habet, Biusdem.

Inus autem cæteris hominibus similes sunt.

Philetæ.

Hinc est quod semper obero terra mariq;

Dum secundi à loue restringuntur anni:

Nec mihi Parca malorum finem adfert: sed manent

Constanter, &amp; presentibus accrescunt alia.

Diphili.

Fortuna nobis, tanquam cyathos exiccantibus,

Si unum bonum infundat, tria mala effundit.

Si iniuriam pati cui libet graue est. Huiusmodi uerò ali/  
quid pati, quod ne dici quidem clarè ab homine affecto  
possit, infelicitas nimia est. Gaij contra  
Attenuium  
de focu cor-  
rupto.Si cui Deus bona non perfecte largiri uoluerit, illum pe-  
cuniarum copia exhibita mentis & prudentiæ inopem fa-  
cit: & sic altero adempta utriq; priuat. Antiphontis.Inopia publica grauior est quam singulorū. Nulla enim  
subsidijs spes relinquitor. Democriti.Quemadmodum corpori, sic & familie uitæq; mor-  
bus accidit.Inuidus demon maximè uidetur hoc studere, ut inopi/  
natis calamitates inducat. Est hic tibi proles suæ occisor  
Gaij.  
pater: manu quidem sceleratissimus, anima uerò purissimus,  
ut qui per furorem calamitosum istud malum admiserit.

Heraclitus dixit ingenium homini demonem esse.

Heracliti.

Xenocrates dicebat, quemadmodum à faciei formæq;  
uitio aliquem uocamus in formem: ita ob fortunæ malitiam  
Xenocrati.  
homines improbos uocari à nobis infortunatos.

Platonis in  
Gorgia.

Qui iniuriatur iniustusq; est, omnino est *atque* alios miser, miserior tamen si iniuriarum poenas nunquam luat: minus uerò miser, si luat, suppliciumq; iustum a dijs hominibusq; reportet.

QVOD INCONSTANS SIT Hominum prosperitas, cum fortuna facile mutetur in statum deterio-rem,

Sermo CV.

Euripidis.



Ides tyrannos longo tempore confirmatos  
Quam exigue res offendant, & una dies  
Aliquem diu in sublimi constitutum deiecit.

Illos item quibus aliquando diuitiæ celeriter auctæ fuerant  
A spe sua supinos cadere uideo.

Dionysij Tyran-  
ni in Le-  
da.

Nullus unquam hominem mortalem beatum  
Iudicet, antequam bene defunctum uiderit.

Mortuum enim laudare tutum est.

Sophoclis in  
Tyndaro.

Nunquam oportet felicem existimare sortem fortunati

Viri, priusquam ei uita omnino  
Transacta & finita fuerit.

Etenim exiguo breuiq; tempore aufert  
Diuitias omnes miseræ calamitatis alicuius fors,  
Vbi se fortuna transmutat, dijsq; ita uidetur.

Alexidis in  
Brettia.

Vita res est tesserarum alexæ similis.  
Non eadem semper cadunt: neq; uita  
Manet eadem species, sed uariat.

Diphili in  
Pictore.

Nulla perturbatio præter expectationem euincit homini-  
bus.

Euripidis.

Fortunam enim habemus indies mutabilem.

Non miror hæc in uiro principe  
Agamemnon Atrida. Gaudere tibi necessum est,

Etiam

Etiam inuito (sic dii statuerunt,  
Nec ad omnia bona genius es)  
Et tristari, utpote mortali nato:

Nullus plane sine uitio aut calamitate uiuit.

Nunquam oportet illum cui secunda fortuna spirat,  
Eandem sortem semper se habiturum existimare.  
Hæc enim dea, si modo sic uocanda est,  
Si semper eisdem diu conuersetur, tædio afficitur.  
Mortalium opes mortales sunt. Superbi autem,  
Et qui ex præsentè statu futurum tanquam certum augu-  
rantur,

Ab ipsa fortuna patientes demum arguuntur.

Homo existens nunquam dixeris quid futurum sit,  
Neq; insuitis uirum, quamdiu sit uicturus.  
Fit enim citius, quam uolueris misere,  
Status mutatio præsentis.

Nullum inter omnia reperies ô Demæ  
Bonum, cui non etiam aliquid insit mali.

Talis miserorum est hominum uita:  
Nec omnino fortunata, nec planè infortunata est:  
Et nunc feliciter, nunc infeliciter agit.  
Cur igitur, cum incerta sit felicitas nostra,  
Non uiuimus quam iucundissimè ac sine tristitia?

Vbinam certitudo est uitæ mortalium?  
Citarum quidem nauium uenti cursum  
Marinum per profunditatem dirigunt. At mortalium for-  
tunam

Magnam, ad nihilum tandem longum tempus  
Redigit: minorem uerò auget.

Ô herc, nullus qui mortalis natus est nouit

Simonidis.  
Euripidis.

Simonidis in  
Thremis.

Menandri.

Euripidis in  
Aniope.

Eiusdem in  
Bellerophõte

Eiusdem in  
Chrylippo.

*Aut fortunati, aut infortunati numerum successus.*

*Eiusdem in  
Andromache*

*Nunquam beatum appellaueris quenquam hominum,  
Priusquam uideris defunctus extremum*

*Eiusdem in  
Auge.*

*Quomodo transigens diem è uita migrauerit.*

*Omnibus enim hominibus, non solum nobis,  
Aut statim in presentia, aut paulo post fortuna uitam  
Offendit: & nullus perpetua felicitate fruitur.*

*Eiusdem in  
Scyreo.*

*Papè quàm inæquales sunt mortalium fortuna,  
Alij enim prosperè agunt, alijs calamitates  
Duræ adherent, quamuis pijs sint erga deos:  
Et uitam omnem diligenter & prouidè  
Cum iustitia agant sine dedecore.*

*Eiusdem in  
Andromeda.*

*Hic erat diues, sed abstulit ei Deus opes,  
Et illorum quondam insignium declinat uita,  
Declinat & fortuna similiter ut status uentorum.  
Ne deserat nos. Sunt enim refugia, ut saxa feris.*

*Eiusdem in  
Ocnè.*

*Sic seruis aræ dcorum: & ciuitas ad ciuitatem  
Malis urgentibus confugit. In rebus enim humanis  
Nihil quicquam est ad finem usq; beatum.*

*O regina multis hominibus adsunt mala:  
Alijs iam primum desinunt, alijs periculum est, ne adue-  
niant.*

*Circuit enim in orbem, & fructificatio terræ,  
Et genus humanum. Aliorum augetur uita,  
Aliorum uerò decrescit, iterumq; demetitur.*

*Eiusdem in  
Hecuba.*

*Prestantiorè non oportet præter fās dominari.  
Neq; fortunatos putare semper tales se futuros.  
Nam & ego olim fortunatus eram, nunc uerū non sum  
amplius.*

*Sed opes omnes una mihi dies abstulit.*

NON/

*Nondum appellato magnum, antequam defunctum  
uideris.*

Sophoclis.

*Qui uir magnus antea fuerat, intellectu, gloria, &  
genere,*

Moschontis.

*Princeps Argi, nunc inops ex regia  
Familia natus, supplex germen ferre coactus,  
In regionem hanc uenit miserabili uultu,  
Omnibus ostendens, quod fortunæ splendor  
Possessionem hominibus instabilem tradit,  
Quem nullus non ciuis inspectum misericordia profes-  
quutus est:*

*Quiuis autem manum, & colloquij officium  
Ei, communicauit, & oculos macerauit lacrymis.  
Condolens, ob eius fortunam. Dignitas enim si ledatur  
Pristina, Multos homines ad misericordiam mouet.*

Menandri in  
Phocis, id est  
capitis Thas-  
dis.

*Nam ô Parmeno  
Nullum est bonum quod sibi simile in uita permaneat,  
Vt cœci ab una radice nascuntur fructus arboris:  
Sed iuxta bonum adnascitur etiam malum:  
Et bonum ex malo quandoq; natura profert.*

Archibochi.

*Omnia dijs ascribe. Nam illi sæpius ex malis  
Viros erigunt nigra iacentes in terra.  
Sæpius autem euertunt, & bene ac firmiter stantes  
Supinos sternunt, deinde multa mala obtinunt.*

*Et inops uictus oberrat, & mente uacuis.*

Theodectis.

*Vulgata ô senex per Græciam  
Fama circumfertur, & olim exploratum est,  
Quod hominum fortuna sit instabilis.*

Buripidis in  
Cretsis.

*Illum qui felix uidetur, ne talè existimetis, priusquam  
Diem obeat solum: Mutantur enim in diem fortunæ.*

Alexidis.

Et si quis fortunatus fuerit, semper tamen, ut par est expectare

Menandri in Gorgia.

Aliquid aliud oportet: & nihil credere fortune,

Qui iniurius fuit, quisquis ille tandem sit,

In paupertatem uestram, miser est quod

Hanc rem iniuria affecerit cuius forte particeps erit.

Quamuis enim prædiues sit, instabilem luxum exercet.

Nam fortune fluxus huc illuc citò transfertur.

Clitomachi.

Fortuna spirans aduersa prospere agentibus,

Omnia confundit: omnibus naufragium infert,

Que à prudentia & rationibus rectè

Instituta uidebantur ad bene uiuendum.

Bathonis in Astolo.

Homo existens iacturâ aliquam fecisti. At hoc in uita

Miraculum est, si quis per omnem uitam fortunatus fuerit.

Euripidis in Archelao.

Iamdudum apud me fortunas hominum considero,

Quomodo inuicem permutentur. Nam qui lapsus fuerit

Rursum erigitur: & qui prius fortunatè uiuebat, cadit.

Nullus ferè hominum adeò fortunatus est,

Eiusdem in Andromeda.

Quem non tandem aliquando deus concutiat.

Eiusdem in Alexandra.

Itaq; nullus hominum per omnia felix est.

Eiusdem in Hecuba.

Nihil inter humanas res sibi simile, constansq; est.

Ibidem.

Pape, quàm nihil fidum aut certum est: neq; gloria,

Hesiodi in Operibus.

Neq; illum qui fortunatus fuit, infortunio non captum iri.

Sophoclis in Atace.

Ipsa dies quandoq; parens, quandoq; nouerca est.

Namq; dies deprimit, rursumq; extollit

Cunctas res hominum. Moderatos autem

Dij amant, malos uerò prosequuntur odio.

Eiusdem.

Antiq;uitas hic sermo inter homines celebratus est,

Non posse uitam hominum dignosci, antequam

Defunctus sit aliquis, bonane aut mala contigerit cuiuspiam.

Hominem

Hominem per omnia fortunatū, si numeres singillatim

Eiusdem in Phædra.

Ne unum quidem reuera inuenies.

Nulli mortalium constans est felicitas.

Euripidis.

Veruntamen conuenit, si bene consideres,

Timere fortunato, ne quando incidat infortunium.

Quis unquam fortunam hominis uel magnam esse dixerit,

Eiusdem.

Vel paruam, obscuram uic, & nullius precij?

Nunquam enim istorum quicquam stabile permanet.

Equidem uideo plerisq; hominibus

A præcedente prosperitate contumeliam gigni.

Euripidis in Hippolyto.

Multas sane demon uitæ mutationes

Nobis dedit, & fortune uicissitudines.

Eiusdem in Oedipo.

Multas, dies uel unus, mutationes parit.

Pape, quàm citò res fortunatorum deus inuertit.

Ibidem.

Firmum nihil est in mortali uita.

Eiusdem in Meleagro.

Nullus enim uiuit eo modo, quem instituit.

Nullus hominum felix est per omnia.

Nicostrati.

Br euiter sanè per Mineruam, charissime

Euripides, uitam humanam uno uersu comprehendisti.

Nescio quali argento confidas pater.

Apolodori.

Nam quoduis tempus nihil possidentibus

Largitur istud: possidentes autem eo priuat.

Philemonis.

Sepe is cui ne necessaria quidem nunc suppetebant,

Postridie ditatus est adeò ut alios etiam nutritet.

Et alius qui thesaurum hodie inuenerat, cras

Quicquid in domo erat amisit.

Magna fortune dona non sine metu sunt:

Epeisodij Tragici.

Et splendor eximius periculo non uacat.

Deniq; nihil altum inter homines tutum est:

Vt quod euerit soleat uel tempore, uel inuidia,  
Postquam aliquis culmen prosperitatis attingit.  
Mediocritas uerò tutior est ubiq̃.

Quia neq; nimis in humili animæ  
Parte uersatur, nec rursus in sublimi.  
Quamuis enim ceciderit quispiam per minus interuallum,  
Faciliorem oblectu calamitatem habet.  
At magna molis magna ruina cadit.  
Inuidia enim ac splendidissima quæq; eruitur:  
Et illos deiicit, quos exulit fortuna.

Socratis ad  
Demonicum,

Existimato nullam rerum mortalium firmam esse.  
Sic enim neq; propter letam fortunam nimio gaudio neq;  
propter aduersam nimio dolore capieris.

Herodoti.

Est ueluti circulus quidam rerum humanarum, qui sua  
ratione non permittit eosdem semper agere fortunatè.

Etiusdē lib. 1.  
Vtili.

Homo nihil omnino quàm ipsa calamitas est.  
Quod si quis diuitias esse firmas opinatur, & nunquā  
se deserendum ab ipsis: hic fortunam & inopinatos casus  
contemnere uidetur, ac ignorare quàm dubia res prosperitas  
sit, nec ipsidem semper adherens.

Bionis.

Bion dicit: Fortuna diuitibus pecunias non donauit,  
sed mutuo dedit.

Porphirij in  
libro de Sty-  
ge.

Alnus enim, ut scribunt, cum alij tum Plutarchus, lugubris  
arbor est, & fructu procreando inepta. Quamobrem  
& Sophocles alicubi inquit: Non est respicienda magna  
hominum felicitas. Perdet enim opes, cuiusque fatum est  
quale alni crassa cortice arboris.

Socratis

Idem est in secunda fortuna altum sapere, & in lubrica  
uia cursu certare.

Democriti,

Nulla est adeo munita diuitiarum porta, quam fortuna  
ocasio non aperiat.

Apel

Apelles pictor interrogatus, cur sedentem Fortunam  
pinxisset, dixit, Quia non consistit.

Aesopus cuidam ex magistratu querenti, quid dii face-  
rent, dixit, eos alia struere, alia diruere.

Homo cum sis, nunquam dixeris quid cras futurum sit:  
neq; homine felice uiso, quamdiu talis mansurus sit: neque  
si familiam felicem uideris. Vide quomodo Homerus  
tam Scopadum interneccionem recenset: Et multæ tar: ci-  
uitates præter expectationem repente euerse sunt: aliæ ab  
igne, aliæ terræ motu: quædam accersu maris. Vbi nunc  
Helice? Absorpta est. Vbi Bura? Et hæc absorpta est. Duæ  
ciuitates Græciæ tanquam nauigantes perierunt.

Crcæsus autem turbatus, inquit: Hospes Atheniensis  
adeo ne tibi pro nulla contemnitur nostra felicitas, ut ne  
priuatis quidem uiris nos æquiparandos ducas? Cui ille:  
Mc. Crcæse gnarum omne numen inuidum esse & turbu-  
lentum, de rebus humanis, interrogas. In diuturno enim  
tempore multa uidentur, quæ nemo uelit uidere, & tole-  
rantur multa, quæ nolit quispiam tolerare, &c.

Omnis rei oportet inspicere exitum, quo sit euasura:  
quoniam multos Deus, quibus fortunas suppeditauerat, ras  
dicitur euerit.

### DE ILLIS QUI FORTVNATI

sunt indigne, Sermo CVI.

**H**onor te effert, ut altius sapias tuis propinquis.  
Memoriar. Indignum est enim aspicere lucem  
Videndo malos immerito & iniuste honoratos.

Multis adfui, & æmulatus sum hominem, eiq; indi-  
gnatus,

Qui bonus existens, similis fieret malis,

In ccc/

Heripidis in  
Bellerophōne

Eiusdem in  
Didye.

In certamen inanium descendens uerborum.  
Hoc uerò nequaquam audiri potest, neq; tolerari,  
Tacere audientem opprobria à peioribus.

Eiusdem in  
Oeneo.

Quando mali ò hospes fortunatè agunt,  
Nimis dominantes, nec poenam putantes  
Luituros se, nihil non perpetrant indulgentes uoluptati.

Eiusdem in  
Supplicibus.

Valde molestum est melioribus,  
Quando uir malus dignitatem obtinet,  
Lingua populum regens, cum prius nihil fuerit.

Ibidem.

Pape, quàm homines mali, ubi fortunam nacti sunt  
Prosperam, contumeliosi fiunt, tanquam semper fortuna-  
tè uicturi.

Eiusdem.

Multi uiri nati (honesto loco) non possunt  
Seipos palàm ostendere propter malorum potestatem.

Menandri.

Si quis potens deus me accedens diceret,  
Postquam mortuus fueris, denuo reuiuiscas:  
Eris autem quod uoles, canis, ouis, hircus,  
Homo, equus. Rursus enim uita tibi transigenda est,  
Sic fata iubent, tu quod mauis elige.  
Quiduis potius, statim dicturus mihi uideo,  
Fac me, quàm hominem. Indigna prosperitate,  
Et rursus improspere immerita solus animalium homo  
afficitur.

Optimus equus, diligentiori cura  
Quàm alius colitur. Canis si bonus fueris,  
In precio longè maiori habebereis, quàm malus canis.  
Gallinaceus generosus peculiaribus alimentis  
Nutritur: ignauus uerò etiam timet præstantiorem.  
At homo licet probus, nobilis, & ualde  
Generosus sit, nihil id ei prodest in hoc seculo.

Adu-

Adulator autem omnium optime uiuit, deinde  
Sycophanta: tertio loco fraudulentus loquitur.  
Asinum ficti præstat, quàm deteriores  
Se splendidius uiuentes intueri.

Et sapiens repulsus est, & insipientem sepe gloria  
Secuta: & malus aliquis honorem nactus est.

Deus multis inutilibus uiris largitur opes  
Bonas, quæ nec ipsis utilitatem ullam  
Nec amicis ferent. Virtutis autem ingens gloria nunquam  
peribit.

Vir enim pugnando fortis agros & ciuitatem defendit.  
Intolerabile est, homines impios & malis parentibus

Ortos, fortunatè uiuere:  
Bonos autem & generosa stirpe  
Natos, aduersam sibi fortunam experiri.  
Non oportebat deos hac in re ita de hominibus  
Statuere. Conueniret enim pios quidem homines  
Manifestum aliquod lucrum à dijs consequi,  
Iniustos uerò hominum contra,  
Poenam malorum ultricem euidenter luere:  
Et hoc modo nullus improbus prosperitate fruere-  
tur.

Feliciter agere præter dignitatem, malè sapiendi an-  
sam præbet stolidis.

Mira uis est melioris fortune in occultandis & obum-  
brâdis hominum peccatis: at si quid acciderit sinistra, tum  
ista omnia prorsus detegentur.

Similis est uita theatro. Quocirca se pius pessimus quiq;  
honoratissimum inter homines locum obtinent.

DE ILLIS QUI INDIGNE MU-  
seri sunt, Sermo CVII.

Nihil

Theognidis.

Eiusdem.

Sophoclis.

Demosthenis  
Olynthiac. I.

Eiusdem in  
Philippicis.

Ex Aristony  
mi Tomurijs



Menandri.



*N*ihil tam egrè fero quàm bonum ingenium  
vbi in uitam difficilem conclusum est.

Eiusdem.

Miserima res est, cum in senectutis limi-  
ne aliquis

Præditus bonis moribus iniquam fortunam experitur.

Eiusdem.

Ouarijs gaudens mutationibus fortuna,

Hoc tibi de decoro est, cum ille uir

Iustus iniustis casibus obruitur.

Alexidis.

Fieri non potest ut fortuna mentem habeat.

Aliter nullus unquam huiusmodi hominũ fortunatus foret.

Antiphani.

Me miserum, quàm iniusta res est cum fortuna

Ordinem deserit alicuius, mores autem manent.

Euripidis in

Heractidis.

Nobilitatem à fortuna uinci,

Nunc præcipue uidi. Isti enim parente

Honesto nati, immeritò infortunati sunt.

Menandri in

Olynthia.

Quàm iniusta res est, cum natura quidem

Egregium aliquid contulerit, fortuna autem impediment  
to est.

Menandri.

Ego multos noui malos propter necessitatem

Factos in aduersa fortuna, cum non sũapte natura huius  
modi essent,

Eusebij.

Multi homines cum fortunam sibi iniuriam esse pu-  
tant, egrè ferentes, ac in super quirit, antes, apud se & alios  
qui accedunt, huiusmodi uerbis utuntur. Iste uxorem ducit,  
idq; ex familia fortunata: ego interim inuuptus ago. Iste  
domum permagna habet, ædificat splendide, & agros  
multos possidet: ego sine domo, sine possessionibus uiuo. Iste  
pecunia abundans, me omnimoda pecuniarũ inopia pre-  
mit. Ille & ille magistratum gerunt & honorantur: ego  
priuatus & sine honore dego. Tales homines hunc in mo-  
dum

dum dicendo solari oportet: Non esse dolendum ob alio-  
rum felicitatem, sed gaudendum, ut qui generis & naturæ  
sint eiusdem. Et quod agnoscere debeant sibi quoq; multa  
esse commoda, ita ut si sua inspexerint penitius, & rursus  
ea quæ alijs multis adsunt melius secum agi quàm cum il-  
lis deprehensi sint: Et quod nullus ob alterius prosperita-  
tem, sibi debita felicitate priuetur.

Id quod à Deo præfinitum est, auerti per hominem ne-  
quit. Nam ne uera quidem dicentibus parere uult quisquã.  
Hæc scientes plurimi Persarum, sequimur, necessitate uin-  
cti. Græuissimus autem dolor est inter homines, si quis per-  
multa sciens nihil obtineat.

Herodoti  
lib. 9.

QVOD EVENTVS RERVM FOR-

titer ferendi sint hominibus, & secundum

uirtutem uitam instituere debent

tibus, Sermo CVIII.

Forte etiam ex superioribus locis de Fortitudine

& de Audacia, huc referri poterunt.



*S*il lachryma nostræ malis medeuerentur,

Et lugens semper dolere desineret.

Vel aurum lachrymis commutaremus.

Verum ipsa res non auscultant, neque respiciunt la-  
chrymas:

Et sine luceas, siue non, pergunt.

Quid igitur proficis? Nihil, sed tristitia hærentes sibi

Lacrymas, ueluti arbor ista fructum suum.

(habet

Vehementer equidem doleo

Eiusdem.

Præsentem ob statum, in ipsa tamen tristitia sapio, & mihi  
tempero.

Hoc est quod me seruat, & hominem facit.

Noli

Euripidis.

Noli te ipsum afficere dolore, sciens quod sepe  
Res molesta, aliquando postea gaudium adfert:  
Et malum causam boni producit.

Chæremonis

Nullus sapiens propter parua tristatur.

Menandri.

Conare amentiam fortunæ animo forti suscinere.

Eiusdem.

Viro uerè generoso, tum bona,

Tum mala, si lapsus fuerit, fortiter suscinenda sunt.

Philemonis  
in Corinthia.

Si nouisses aliorum quibus intricantur mala,

Libens haberes Nicophon, quæ nunc habes.

Eiusdem.

Si omnes morerentur, quibus non obtingunt

Ea quæ cupiunt, omnibus sanè moriendum esset.

Diphili in  
Adelphis.

O bone uir discè infortunatus esse mortalis cum sis,

Vt solum, ubi necessitas cogit, infortunatè agas:

Non autem plura propter imperitium infortunia tibi as-  
ciscas.

Philippidæ a-  
lias Philippi  
in Philadel-  
phis.

Vbi quid infortuniij here tibi acciderit,

Euripidis memento, & facilius feres.

Mortalium felix ubiq; nullus est.

Existimes uerò te quoq; unum è multis esse.

Nemo natus est, qui non semper laboret

In sepeliendis liberis, & rursus alijs acquirendis:

Dolent tamen homines quod moriantur, & ægrè

Ipsos sepeliunt. Sed necessarium est

Vitam demeti, ueluti grauidas spicas:

Et alium uiuere, alium non. Quorsum attinet ista

Lugere, quæ secundum naturam transigenda sunt?

Quisquis autem ignorat, calamitates

Quomodo tolerare oporteat, cum sit mortalis:

Ille etiam uiri telum suscinere non posset.

Eiusdem in  
Hercule fu-  
sente.

Quisquis in eueniu rerum sapienter ac modeste fert

Fortu/

Fortunam, hic felicior est.

Fortunæ mutationem sustine.

Nauiga secundum fluiuium. Nauiga secus diuina fortuna.

Mortalis existēs, mortalia quoq; te passurum expectet. Euripidis

Diuinam agere uitam cupis cum homo

Bono animo sis fili, & noli corpus

Anxiè iactare.

Facilius enim morbum quietus

Et forti animo præditus feres:

Laborum autem hominibus necessitas incumbit.

Moriendum est omnibus. Communem uerò dolorem

Moderatè dolere sapientia meditatur.

Oportet hominè generosum infortunia bene tolerare.

Necessarij sunt labores: dæmonum autem fortunas

Qui optime tulerit, uir sapiens est,

Rebus ipsis indignari non oportet.

Nihil enim eis curæ est. Utens uerò rebus,

Si eas rectè instituerit, prosperè agit:

Habes quidem negotia tristia fateor. Conandum est  
tamen

Vt quæ necessaria sunt in uita faciliè feras.

Omnium optimum est, non uolentum esse in deos,

Sed suam amplecti sortem. Cupido autem rerum impossi-  
bilium

Effecit, ut multi præsentibus etiam frustrarentur.

Rerum euentus quisquis mortalium bene fert,

Illum sapientem & moderatum uirum iudico.

Passus es eodem quæ multi alij homines.

Nam qui præsentem fortunam non seruant,

Dum temerè petunt maiora, pereunt.

Eiusdem in  
Hippoly-  
toto.Eiusdem in  
Alexandria.Eiusdem in  
Alcmena.  
Eiusdem in  
Æolo.Eiusdem in  
Bellerophōte.Eiusdem in  
Helena.Euripidis in  
Menalippe.

Eiusdem.

Bæchyridis.

Vnus terminus, una mortalibus felicitatis est uia,  
Si quis animum habens indolentem ita possit transigere  
uitam,

Quibus uerò infinitæ curæ circa mentem uersantur, quæ  
Etiam noctu sequentes metu futurorum  
Cor turbant, inutilis labor infumitur.

Pythagoræ.

Quicquid dolorum hominibus demoniæ fortunæ pro/  
ducunt,

Eorum tu sortem acceptam feras, nec indigneris.

Antiphonis  
in Hæmochoro.

Hoc uir à uiro differt: unus infelicitè  
Agens, molestiam ipsam magis excitat:  
Alter uerò consultius quod contigit accipiens, commo/  
dè fert.

Eiusdem.

Homo generosus leniter ferat fortunæ euentus.  
Infortunatus esse quidem nullus non posse uidetur.  
Humanum autem infortunium ferre, bonis præditi mori/  
bus solum est.

Menandri in  
Canephoro.

Non est in arbitrio situm  
Ingenij nulla ratione præditi calamitatem de fugere.

Eiusdem.

Calamitatem & damnum decenter feras.  
Hoc uiri prudentis est, non eius, qui  
Sursum retractis supercilijs hei mihi dicat:  
Sed illius, qui res suas continenter modesteq; fert.

Tristia semper à uita repelle,  
Exiguum enim & angustum ætatis tempus uiuitur.

Philemonis.

Multi domine sui sibi mala augent  
Ipsi sua culpa, & maiora faciunt quàm facta sint per ne/  
turam.

Verbi gratia, obiit alicui filius, aut mater,  
Aut quiuis alius ex necessarijs,

Quòd si apud se cogitarit: Mortuus est, homo enim erat  
Non amplius sit malum, quàm à natura productum est.  
At si exclamet: Vita mihi non uitalis est, non amplius ui/  
debo,

Perijt: hæc secum qui reputat,  
Præter mala præsentia insuper alia colligit.  
Qui uerò omnia apud se ratione considerat,  
Is malum adimit, & bonum capit.

Diphili, aNas  
Philemonis.

Tam ignauus euasisti. Non enim animi fortitudo  
Est quod nunc facis, sed ignauia, & pusillanimitas,  
Dolorem sustinere non posse, nec tristitiæ tuæ moderari.  
Multa sunt multis in ædibus mala,  
Quæ bene si tuleris, bona fient.

Philemonis.

Graue omnino molestumq; est fortunæ negotium, sed Apolladori.  
oportet

Animo & moribus ipsam, ueluti onus quoddam, ferre.  
In hoc enim uir uiro præstat,

Philemonis.

Quòd & malum & bonum commode ferat.  
Futuros euentus expectare oportet unumquemq;  
Hominem. Nihil enim stabile permanet.

Menandri in  
Androgynæ.

Obscurus est aliquis: hoc nihil prohibet felicitatem  
tuam.

Philemonis.

Obijt aliquis, noli id agrè ferre.  
Sive peperit aliqua, nihil est molestum: siue non pe/  
perit.

Calamitosus fuit aliquis, hic tussit, ille plorat.  
Natura nihil non istorum fert, fuge mæcrores.

Multa ubiq; graua  
Reperies in rebus: sed an plura  
Insint utilia istud considerandum est.

Menandri in  
Bæotia.

- Sotadis. Sæpe aliquis iniquo tempore iniurijs affectus,  
Ferendo facile uincit ea quæ fieri nollet,  
Menandri in Si respicias  
Misogynæ. Semper id solum quod molestum est, & nullam opponas  
(animo)  
Meliozem expectandam conditionem, nunquam non do-  
lebis.
- Euripidæ. Viros iustos & sapientes decet,  
Etiam in aduersa fortuna non indignari dijs.  
Menandri in Difficilia & quæ molesta tibi fuerunt  
Misogynæ. In teipso uides: bona uerò non item intueris.  
Nihil autem usquam reperies ô Simyle  
Boni cui non aliquid mali sit admixtum.
- Menandri in Ea quæ causam habent  
Heniocho. Non in moribus nostris, sed in fortuna, fortiter ferenda  
sunt  
A uiro generoso.
- Eiusdem in Ne dijs pugnes, nec asciscas huic rei  
Eunucho. Tempestates alias sed eas fer, quæ necessaria sunt.
- Alexidis in Infortunia enim  
Syraculo. Illos qui non repugnant facillime ferre uideo.
- Menandri. Nullus igitur diuina  
Sorte infortunatus unquam nimis tristetur:  
Forsitan enim nascituri hæc boni occasio fuerit.
- Bacchylidæ. Quid enim inde leuatur malum, si quis lugendo cor  
concutiat?
- Philemonis. Nullum est inuenire hominem,  
Qui non aliquid mali expertus aut experturus sit.  
Ille uerò, qui quod accidit quàm fieri potest minimum  
reddit,

- Et fortunatus est pariter, & sapit.  
Suscipiendi rerum euentus, ac disponenda est, ut ut ce-  
ciderit, Sophoclis:
- A sapienter ludente, alea fortunæ non autem lugenda.  
Sapientis uiri est, fortunam boni consulere.  
Dedecora quidem, ô mulieres, nullus effugerit  
Mortalium unquam, cui Iupiter immiserit mala.  
Verum necesse est morbos diuinitus missos tolerare.  
Quam nobis Dei famam ferens ades?  
Bonam. Aio enim etiam ualde molesta, si ad bonum  
Exitum dirigantur, omnia fieri fausta.  
Melius ominare: ne malo malum applicans  
Remedium, calamitatem reddas marem.  
Bono animo sis mulier. Multa grauiasomnis  
Vigentia noctu, die molliuntur.  
Nihil passus es mali, modò dissimulanter feras.  
Tristia sunt hæc ô Proche. Sunt planè, ueruntamen  
oportet
- Mortales facili animo ferre deorum fata.  
Mulieris cuiusdam sententia celebratur, dolorem li-  
benter apud illos manere, à quibus alitur & augetur. Por-  
rò Cleanthes dolorem animæ resolutionem uocabat: Vir  
autem prudens ita dicit:  
Est mihi confidens animus: cum plarima quondam  
Sim perpeffus, & hoc alijs accedat.  
Talis natura mundi fuit, est, eritq; deinceps: Nec ali-  
ter nascencia possunt nasci, quàm ut nunc fit. Et huius re-  
rum conuersionis mutationisq; non solum homines, sed e-  
tiam aliæ in terra animantes, ipsaq; diuina corpora parti-  
cipant. Certè quatuor elementa sursum ac deorsum agunt
- Alexidis in Philoragor-  
do.
- Sophoclis in Phædra.
- Sophoclis in Atace.
- Eiusdem in Acrisio.  
Menandri.  
Sophoclis in Terco.
- Sotionis in U-  
bro de Ira.
- Verba Vtyf-  
fis in Odyf-  
sea.  
Rufi ex Epl-  
stæi dictis de  
Amicitia.

tur, & commutantur: terra in aquam transit, aquam in aërem: rursus aër in alia uertitur: & contra idem mutationis modus supernè fit deorsum. Si quis ad istorum contemplationem animum appellere conetur, ac sibi persuadere, ut quæ necessaria sunt sponte suscipiat, hic uitam prorsus moderatè concinnèq; transiget.

Qui in calamitatibus animo quidem minimè tristantur: re autem & operibus maxime obsistunt, optimi sunt, siue privati homines, siue ciuitates fuerint.

Anaxagoræ Clazomenio apud familiares dissertanti, duos filios quidam obiisse nunciauit, quos solos habebat. At ille nihil perturbatur, dixit: Sciebam mortales me gemisse.

Xenophonti sacrificanti nuncius quidam ex Mantinea superuenit, filium eius Gryllum obiisse referens. Tum ille remouit coronam sacrificate pergens. At cum nuncius addidisset, uincendo mortuum esse, rursus Xenophon capiti suo coronam imposuit.

Necessarijs in uita rebus non cedere, stultitia est.

Rudis & imperitus ille in uita est, qui res præsentis & à fortuna natas indignanter fert: Qui uerò easdem genere sustinet, & bona cum ratione quicquid ad eas sequitur accipit, uir bonus haberi meretur.

Omnia obediunt & inserviunt mundo, mare, terra, sol, & reliqua sidera, stirpes terræ, & animantes. Nostrum quoq; corpus ei paret, in morbo aut sanitate degens cum ipse uoluerit, item in iuuenta aut senio uiuens aliasq; mutationes transiens. Quum obrem conuenit ut id etiam quod penes nos est iudicium nostrum inquam non solum ei renitatur, &c.

Thucydidis  
in eo concio,  
ne Periclis.

Feliani in Hi  
storij.

Eiusdem.

Democriti.  
Arriani Epi  
scopi.

Eiusdem.

Dolo-

Dolorem immorigerum animæ torpentis, ratione expellas.

Magna res est in calamitatibus, ut par est, sapere.

Magnanimitas est, leniter ferre frustrationem.

Paupertatem æqui boniq; consilere, prudentis & moderati ingenij est.

Diogenes cum in casus quosdã aduersos incidisset dicebat: Benefactum ô fortuna, quod tam uiriliter mihi præfueris. Idem in huiusmodi casibus alta uoce cantillabat.

Chilon, cum quidam propter sua mala doleret, dixit: Si aliorum omnium mala perpèderis, minus ægrè feres tua.

Pittacus prudentium uirorum officium esse dixit, ne quid mali fiat, cauere: fortium autem, id quod factum est, moderate ferre.

Quidam Socrati cum alio quodam colloquenti filium eius mortuum esse nunciauit: ille uerò colloquio iam absoluto: Abeamus dixit, Sophronisci funus curaturi.

Fortune mutationes fortiter suslinere conatur: & neque bona fortuna affluens superbias, neq; pauper animum deijcias, sed in utraq; fortuna moderatus esto.

Vir in magnanimitate uera & philosophia educatus antequam calamitates ingruant, animi tranquillitatem intra se recunditam habet. At in rebus aduersis aliena consolatione opus habere, animi tranquillitatis modum excedit.

Magnanimitas uirtus est, per quam utraq; fortuna, honorq; & ignominia feruntur.

Magnanimitatis est, pulchrè ferre & felicitatem & infelicitatem, & honorem & ignominiam, & non admirari neq; delicias, neq; clientelas, neq; potestates, neq; uictorias publicorum certaminum: & simul habere altitudinè

Democriti.

Bisidem.  
Eiusdem.

Bisidem.

Diogenis.

Chilonis.

Pittaci.

Socrati.

Theobuli.

Phavorini.

Aristotelis  
De uirtutibus.  
Ibidem.

quandam magnitudinemq; animi. Est autem magnanimus neque uitam magni faciens, neque uitæ amans: simplex moribus & generosus: quiq; iniuria læsiri possit, nec pro nus sit in uindictam. Sequitur autem magnanimitatē, simplicitas, ingenuitas, & ueritas.

Dionysij Ha.  
licarnassei in  
Eclogis.

Xanthippe dixit, cum infuitæ mutationes & reipub. & ipsos occupassent, in omnibus similem se uidisse Socratis uultum, & exeuntis domo, & denuo redeuntis. Ad omnia enim moderatus & concinnus erat: quamobrem nihil unquam ipsum tristitia affecit.

Ex Episteti  
Enchiridio  
cap. 14.

Cum uideris aliquem flētē in luctu, uel propter absentem filium, uel propter amissas pecunias, caue ne tua phantasia te simul in errorem abripiat, tanquam ille malo quopiam laboret: sed statim & in promptu cogites, quod non crucietur ob euentum rei, alij enim nō cruciantur: sed ob suas opiniones. Veruntamen uerbis tenuis ne dubites eis consentire tanquam similiter affectus: & si opus uideatur, etiam suspirare apud ipsos: diligenter tamen aduerte, ne etiam intus & in animo suspires.

Abid. cap. 10.

Nūquam ulla de re dicas quod amiseris eam, sed quod reddideris. Filius obiit? redditus est. Ablatus est ager? Et hic redditus est. Sed malus est qui abstulit. Quid est quod cures per quem is qui dederat repetierit? quamdiu uerò conceditur, curam eius habeto tanquam alienæ possessionis, quemadmodum prætereuntes diuersorij.

Arriani Episteti  
lib. 2. ca.  
6. de Prout  
dencia.

Sed sunt, inquis, ingrata quædam & molesta in uita. An uerò putas quod tam clarus euasisset Hercules, nisi leo ille Cleonæus fuisset, & hydra, & ceruus, & aper, & iniusti quidam immanesq; homines, quos ipse expulit, interfecit, purgauitq; regiones? Hæc tu animaduertens, inspicere facit!

facultates & commoditates, quibus te ipsum ornes. sed ò ignaui, hæc negligentes sedetis, alia ne contingant metuentes: alia, quæ iam contigerunt, deplorantes, deinde deos incusatis, &c.

Homines qui breuissimum uitæ tempus habent, si totius mundi æuo comparetur, optimam in uita ueluti peregrinationem transigent, si uixerint in tranquillitate. Hoc autem assequuntur, si in primis diligenter scientia & cognitionē sui habuerint: nempe quod mortales sint, ex carne constēt, corpus offensu facile & corruptibile gerant, denique grauiissima quæq; ad ultimum usque spiritum expectare cogantur. Primum enim lugenda sunt, quæ circa corpus eueniūt, morbi costales, pulmonarij, phrenitides, podagra, stillicidia urinae, tormina, ueterini, comitales, putredines, & infirmita alia. Circa animam uerò longè maiora & difficiliora contingunt. Siquidem omnia quæ per uitam committuntur nefanda mala, illegitima, & impietates, ex animi affectibus oriuntur. Nam propter immoderatas contra naturā cupiditates, multi in affectus effrenatos inciderunt, &c.

Hipparchi  
Pythagorici  
ex libro de  
Antiqua tran  
quillitate.

Fortuna ceu poëtria quædam multas inducit personas, naufragi, mendici, exulis, gloriosi, obscuro. Itaq; decet uirū bonum, rectè agere, quamcunq; ei fors dederit, personam. Naufragus es factus, bene representato naufragum: pauper ex diuite, bene agito pauperem. Exhibeto te concinnum tam in paruis, quam in magnis, contentus quolibet uestitu, uictu, & ministerio, quemadmodum Laertes. Cum uetula ancilla, quæ illi potumq; cibumq; præbebat. Et humi dormiebat in herbaceo thoro: Ex folijs iacentibus humilis lectus erat.

Ex Teletis li  
bro de Casib.

Hæc enim sufficiunt tum ad suauiter uiuendum, tum salu-

briter: nisi quis deliciarum uelit. Nam bonitas in uentris edacitate non est sita, neq; chlamydis apparatus, neq; mollitie straguli, &c.

Bisidem de  
Imperturbat  
tione.

An quemadmodum apyrena mala punica dicuntur, item homines ἀπυρηνῶτες & ἀπαιροί, ita etiam indolentes ac intrepidi? Visne igitur ut ad similitudinem istorum que iam diximus, impeccabiles quoque & ab inuidia alieni non minentur? &c.

Platonis H. 3.  
de Rep. non  
longe ab im  
tuo.

Dicimusne moderatum uirum, moderato uiro amico suo orbatum, non malum quid illi mortem existimaturum? Dicimus quidem. Non igitur in morte illius, tanquam grauius passus, lamentabitur. Non. Enim uero & hoc asserimus hominem huiusmodi seipso ad bene uiuendum contentum esse, minimèq; omnium alio indigere. Vera narras. Minime igitur moleste feret liberis, aut fratribus, aut diuitijs, reliquisq; huiusmodi priuari. Minime certe. Itaq; neq; lamentabitur, sed moderatissime feret, cum in aliquam huiusmodi sortem incidit. Certe. Merito igitur clarorum uirorum ploratus è medio tolleremus, relinqueremus autem mulieribus: neq; his quidem inter mulieres aliquid egregium sapientibus, ac uiris insuper duntaxat mulieribus, & ignauis, ut dedignentur apud nos illi, quos ad regionis custodiam educamus, similia istis facere.

### DE PUSILLANIMITATE,

Sermo CIX.

Aristotelis de  
uirtutibus &  
uicij.



usillanimitas est animi uitium, per quod neutram fortunam, nec honorem, nec ignominiam ferre possunt.

Bisidem.

Pusillanimitatis est neq; honorem, neque ignominiam neq; felicitatem, neq; infelicitatem, neque in fortuna posse ferre:

ferre: sed honoratum quidem tumescere, & leui successu prospero auctum efferri & subsultare: ignominiam autem ne minimam quidem ferre posse: & frustrationem quamuis damnum & infortunium ingens existimare: & de rebus conueniri omnibus, ac animo ferre iniquo. Caterum pusillanimitas talis est, ut omnes neglectus contumeliam uocet & ignominiam, quamuis per imprudentiam uel obliuionem admissos. Comitatur autem pusillanimitatem sordes, querimonia, diffidentia, humilitas. (Plura uide supra, ubi de Timiditate.

BONAM FORTVNAM PROFERENDAM esse, malam uero celandam: & rebus presentibus rectè utendum. Sermo CX.



lienis aperire noli,  
Quidnam laboris nos exerceat.  
Hoc te admonitum uolo. Bonarum quidem rerum Sortem & iucundarum, coram oportet Toti populo declarare.  
At si qua diuinitus grauior contigerit Hominiibus fortuna,  
Eam abscondere conuenit.

Pindar.

Ne multis euulges presentem fortunam.  
Tacitos enim eam lugere conuenit.

Sophocles.

O quam molestum est, cum arumnis uel curis obruto Quilibet temere spectator contigerit,

Diphili.

O Apollo: Sed malum non mediocre dicis, Infelices esse conscijs alijs, cum latere liceret.

Menandri in  
Hypobolæ,  
m. x.  
Ibidem.

Moderatè ferre

Ita continget, ferre si solus queas,  
Nec plumbis sortem tuam euulgaueris.

Palam

Euripidis in  
Oedipo.

Palam enim sortem suam testari

Eiusdem in  
Cretsis.

Apud omnes, imperiti hominis est: celare uerò, sapientis  
Dolorificum est quidem in turpe damnum aliquod in-  
At si fiat, comprimendum est scite (cidere.  
Abscondendo, nec omnibus enunciandum.

Eiusdem in  
Scirone.  
Socratus

Huiusmodi enim gaudium hostibus, & risum mouent.  
Sapientes sua celant mala.

Idem est in gymnico certamine uictum cõtumelie actio-  
nem aduersario intentare: & in uita uictum à fortuna, eam  
accusare nescientem quo iure, quibusq; legibus in uita cer-  
tamen cum ipsa descendimus.

Platonis lib.  
so. de Repu.  
Citatur hæc  
etiam infra  
in Consola-  
torijs,

Lex dicitur, optimum esse in aduersis, quam maxime sic  
ri potest, quietem agere, neq; conqueri: quod incertum sit,  
bonumne id sit, an malum, quod accidit, tum quod nihil  
dolor ad sequentia conferat, neque ulla humanarum rerum  
magni pendenda sit, eiq; quod subito presidio esse potest,  
dolor impedimento sit, &c.

## DE SPE, Sermo CXI.

Lini poetæ.



Peranda sunt omnia: nihil enim spera-  
ri potest.

Omnia Deo factu facilia sunt, & nihil impos-  
sibile.

Apollodori.

Nunquam oportet animum despondere hominem in  
fortunatum.

O uiri, meliora uerò semper expectare.

Euripidis in  
Inone.

Sapientibus uita spe confirmanda est.

Menandri.

Homo infortunatus à spe seruatur.

Euripidis in  
Inone.

Neq; bona aspirante fortuna totam laxas habentem,

Hesiodi in  
Operibus.

Et in malo successu bonam spem concipias.

Sola autem spes illic in domo firmissima

Intus

Intus remansit, dolij sub labris, neq; foras  
Euolauit: prius enim operculum iniecit dolio.

Fatigantur enim & mortalium calamitates.  
Et uentorum status non semper ualidi sunt.  
Et fortunati non perpetuò fauentem habent fortunam.  
Discedunt enim inuicem omnia à priori statu.  
Optimus autem ille uir est, qui spe

Semper fretus fuerit: desperare uerò, mali uiri est.  
O Iupiter colendissime, quantum malum spes est.  
Adeo molesta res est expectare.

Nulla res non speranda, uel abiuranda est,  
Vel admiratione digna. Iupiter enim deum pater,  
Ex meridie noctem fecit, abscondit a luce,  
Cum sol splenderet: tristis autem timor homines inuasit.  
Hoc argumento nihil non credi & sperari debet  
Hominiibus. Nullus posthac nostrum admiretur, si uideat  
Delphinos cum feris mutare pascua  
Marina: & maris argutos fluctus bestijs  
Gratiore continete fieri: delphinis autem placere montè.

Spes & periculum inter homines similia sunt.  
Sunt enim utriq; difficiles demones.

Sola spes inter homines bonum est numen.  
Spes enim est res pessima mortalibus, quæ multas ci-  
uitates

Commisit, nimis effrens animos.

Spes enim alit homines plurimos.  
Bono animo amice Batte uiuendum est, fortè cras me-  
lius se res habebit.

Spes est inter uiuos, extra spem uerò sunt defuncti.  
Et Iupiter aliàs serenat, aliàs pluit.

Nihil

Euripidis in  
Hercule fa-  
tente.Menandri in  
Nauctero.  
Eiusdem in  
Cithariste.  
Archilochi.

Theognidis.

Eiusdem.  
Euripidis in  
Supplicibus.Sophoclis.  
Theocriti.



Euripidis in Hypsipyle. Ex Bionis Bucolicis.

Nihil insperatum: omnia uerò speranda sunt.  
At ego bene procedens, meumq; iter, in loco decliui  
Isto, apud arenam & littus cantillo,  
Duram obscrans Galateam: dulcem uerò  
Spem ad extremam usque senectutem non relinquam.

Democriti.

Spes rectè sapientium uoti compos fieri potest, insipientium uerò impossibilis est.

Eiusdem.

Insipientium spes præter rationem sunt.  
Diogenes interrogatus, quidnam in uita extremum esset, Spes, dixit.

Socratis in Tomarijs Aristonymi. Epidei.

Spes mala, sicut malus uis dux ad peccata ducit.  
Neq; nauim una solū anchora, neq; uitam una spe niri oportet.

Thaletis.

Vt crura, sic spem quoq; non amplius extendere conuenit, quàm fieri commode potest.

Thales interrogatus, quid maximè commune esset:

Spes, respondit  
Hanc enim etiam illi habent, qui aliud nihil.

Xenophonis lib 7 de Cyri expedit.

Atqui hominem natum expectare oportet omnia.  
Neq; mulier sine uiro, neq; bona spes absque labore, utile quicquam parit.

Socratis.

DE INSUPERATIS EVENTIBUS, Sermo CXII.

Euripidis.



Uolucres ò fili spes persequeris,  
Non fortuna te. Non unus autem fortune modulus est.

Euripidis,

Ne mihi spem profer, qua lacryme  
Prohibeantur: grauiora enim quæ insperata eueniunt.

Patroclis.

Et nunc ista tam grauiam multaq; uerba  
In adeò breue uas fortuna collegit.

Quid

Quid tandem mortales multa temerè minamur,  
Dum alter aduersus alterum uehemens est dicendo:  
Et omnia manu nos affecturos animo concipimus  
Longè prospicientes: uicinam autem fortunam  
Infelices sciti non scimus, neq; uidemus.

Spes temerarie plerumq; fallunt homines.  
Ex rebus insperatis gratia maior hominibus  
Apparet, potius quàm expectatis.  
Multa præter spem faciunt dii,  
Et sperata finem non attigerunt.  
Insperatorum autem exitum Deus inuenit.

Bono sis animo. Fortassis ita fiet. Multa dijs  
Facilia sunt, etiam quæ desperant homines.

O Hecuba: quàm insperatum accedit nomen  
Mortalibus, & fortunas nunquam eodè modo secū trahit.

Viden quàm infinite res, insperate contingant?  
Multi tempestates effugere marinas.  
Multi suis hostibus in pugna prestantiores.  
Postea uicti ab illis, meliorem fortunam nacti sunt.

Nemini dum uiuit dicere licet, Hoc uel illud nō patiar.  
Omnia non expectata reddunt attonitos.

Pindarus spes dicebat esse uigilantium somnia.  
Dionysius amisso imperio in Corintho agēs, si quis ipsi molestus esset, dicebat: Quàm beati sunt, qui à puero insperales fuere.

Multa cadunt inter calicem supremamq; labra.  
Sæpe fit ut præter opinionem qd spem sine potiantur  
Opera hominum, consilijs uerò non obtigit finis.

Rebus omnibus imminet pericula, neque nouit aliquis  
Quorsum euasurus sit in principio negocij.

Sed

Euripidis in Protefilao.  
Eiusdem in Oedipo.  
Eiusdem in sine Medæ Andro & Alcestid.  
Eiusdem in Alcmena.  
Eiusdem in Alexandria.

Eiusdem in Bellisophote

Memandri.  
Eiusdem in Euclyridæ.  
Dionysij.

Homeri od.

Thaoguidis

Eiusdem.

Sed alius dum conatur fieri clarus, & assequi laudem, non prospiciens,

In magnum & difficile incommodum cadit:

Alij malè ac temerè agenti, Deus ubiq; indulget

Prosperum euentum, quo insipientiæ malum soluitur,

NON ESSE GAUDENDVM

ob alienas calamitates,

Sermo CXIII.

Menandri.



Ne gaudeas ob infortunia proximorum.

Fortunæ enim reluctari difficile est.

Eiusdem.

Non mecum est latentem calamitatem

Aperire, sed occultandum esse aio.

Euripidis in Inone.

Ne nimium seuerus & grauis esto erga infeliciter Agentes, cum homo sis.

Eiusdem in Andromache

Calamitatibus enim hominum infortunatorum Nunquam insultaui, metuens ne quid etiam ipse patiar.

Ibidem.

Quamuis autem ego sim infortunatus, Ne propter id gloriaeris. Nam tu quoq; talis fieri potes.

Alexidis in Mytes.

Nisi, cum homo sim, humanis fortunis Me accommodem, despere uidebor.

Hesiodi in Operibus.

Ne unquam cuiquam miseram paupertatem animum rodentem

Obijcere sustineas, donum immortalium deorum.

Sophoclis in Aiace.

Dic mihi primum, utrum malles Amicos molestando uoluptates habere solus, Aut una cum ipsis communi dolori affici?

Socratis ad Dæmonicum.

Nemini calamitatem obieceris. Communis enim fortuna est, & quid futurum sit non liquet.

Democriti.

Quibus in fortuna proximorum uoluptati sunt, illi nõ intel/

intelligunt fortunæ casus omnibus esse communes: & propriam gaudendi causam non habent.

Infortunatum ne irriseris. Communis enim est fortuna Chilonis. Infeliciter agenti quiuis condolere & unâ suspirare Agamemnonis. promptus est.

Morsus doloris autem nullus ad hepar penetrat. Sic multi etiam gaudia præ se ferunt nocti similes, & risum uultu inuito ui exprimunt.

Si quis tristantem aliquem secutus ei dixerit, Salus: necessario lugere ipsum iubet.

Philemonis in Anacalypt.

Ego illum planè stolidum esse iudico, qui cū homo sit, homini fortunam exprobrat. Quomodo enim conuenit de fortuna gloriari uel eam obijcere alteri, illum qui ipse nesciat, an sibi constans uel ad uesperum permanitura sit, quamuis in præsentia se quàm optimè & felicissimè uitam agere putet. Demosthenis in oratione pro cotona.

Amasis Polycrati ita inquit: Mihi quidem feliciter agi cum uiro amico meo & hospite, audire uoluptati est: tamè tua magnæ prosperitates, mihi non placent, qui intelligo quàm inuidum numen sit. Quod ad me attinet malum tum meas ipsius, tum eorum qui mihi curæ sunt, res nunc prospere ire, nunc contra & per uarias fortunæ uices æuam traducere, quâ in omnibus mihi prospere cedere. Nullius enim unquã mentionem audiui, qui ubiq; successus ex animi sententia habuerit, & tandem malè finiens non funditus sit euersus. Herodoti in Histor.

INFORTVNATOS OPVS HABERE condolentibus, Sermo CXIII.



Non quidem uacat. Sed nescio quomodo homini infelici Euripidis in Oenoe.

Iucundum est n. errare sua mala, & ea, denuo deplorare.

Condolet. Nam æger lacrymis fufis,

Ab ærumnis leuatur.

Eiusdem in  
Andromache.  
Eiusdem in  
Oeneo.  
Eiusdem in  
Inone.

Rusticitas quædam est ne in miserabili quidem fortuna  
lacrymas fundere.

Cum amicis prospere agere iucundum est:

Si quid autem, quod absit, mali contingat,

Viri beneuoli faciem coram intueri iuuat.

Eiusdem. Nullum est aliud hominibus remedium doloris,

Quam boni & amici uiri adhortatio.

Si quis autem hac ægritudine laborans,

Solus perturbat & iterum componit animum,

In præsentia gaudens, duplo postea dolore afficitur.

Callimachi.

Leuius tunc hominem dolores affligunt,

Et una pars ex multis aufertur,

Cum quis aut comiti suo, aut surdis

Auris dolores postremo, quamuis temere narrauit.

Apolledori in  
Lacæna.

Omnibus hoc innatum est, ut in fortunij tempore

Suauiusimè afficiantur ab alijs condolentibus.

Sophoclis in  
Aiace.

Sed o amici: huius enim gratia ueni.

Opem ingressi ferite, si quam potestis.

Tales enim amici sermonibus uincuntur.

Menandri.

Dercippe ac Mnesippe, quicunq; nostrum audiuerunt

Aut affecti sunt malè ab aliquo,

Omnibus confugium patet ad benignos amicos.

Nam cum absq; ludibrio casus suos lugere potest,

Et alium sibi condolentem familiariter uidet,

Vnusquisq; præsentì maxime,

Quo minus ægre ferat, leuatur tempore.

Philemonis.

Quid rei est, quod me uidere uult?

An sicut ægotantes in magno dolore,

Vbi uiderint medicum, non amplius dolent:

Ita cum quis tristitia laborat,

Minus habet mœroris præsentem intuitus amicum:

Suaue quid est amici sermo tristantibus.

Inest etiam uerbis quædam uoluptas,

Cum obliuionem inducunt malorum.

Plurimum potest apud infortunatos,

Præsentem sibi uidere qui condoleant.

Cui corpus malè affectum est,

Is opus habet medico: qui autem anima, amico.

Tristitia mederi nouit beneuolus amicus.

Nam consolatio maximum est remedium tristitiæ:

Luctum dispellens, iramq; obliuio cunctis

Nascitur inde malis. Sed hoc etiam scitè dictum est,

Tristanti quidem gratus iucundus amici sermo est.

Nimis autè desipienti, admonitionem & cõsilium præstat.

Medicos ægotis, amicos infortunatis cõsulere oportet.

Non difficile est alicui malè affecto

illum qui bene appetit cibum dicere, ne doleas:

Et pugilem increpari ab illo qui nullum certamen subeat.

Ipsam uerò pugnare non est facile.

Ad eò inter se differunt dictum & factum.

QVOD FACILIVS SIT ALIVM

admonere, quàm seipsum,

Sermo CXV.



Medicos equidem scio

De abstinentia apud ægotos quàm optime.

Omnes differere: si quid autem ipsis acciderit,

Ea tunc facere omnia, quæ prius alij prohibebant.

Menandri  
Sophoclis in  
Thyeste.

Menandri.

Sotionis ex  
lib. de Ira.

Socrates.  
Philippi in  
Olynthiaca.

Philemonis  
in Siculo.

Non eiusdem est scilicet dolere posse & contemplari.

Euripidis in  
Alcmena.

Omnes in discernendis & leuandis calamitatibus  
Proximorum plus sapiunt, quàm domesticis fortunis:  
Optandum est tibi à dijs, ut nunquam periculum facias  
O Phædime ullius huiusmodi rei, neq; cognoscas,  
Quod facilius sit alterum admonere,  
Monere facilius est, quàm sustinere patiendo.

Sophoclis in  
Oedipo.

Maximos & prudentissimos homines,  
Huic similes esse uidere licet,  
Bene consulendo alicui infortunato:  
Vbi uerò fortuna uiri prius agentis prospere  
Consuetam eius uitam retorsum egerit stageilo,  
Multa & prudenter dicta tunc inutilia sunt.

Euripidis in  
Alexandra.

Scio: sed oportet dolores tempore flecti.  
Oportet quidem: sed facilius est hoc dicere, quàm tolerare  
mala.

Moschionis.

Hei mihi quis est, qui dolere nesciat ob mala?  
Quis audiens ista non fundat lacrymas?  
Celebre istud hominum dictum est,  
Quod alium admonere labor sit modicus:  
Iniuriam uerò sibi ipsi illatam sustinere,  
Omnium esse maximum inter homines onus.

LAVS SENECTVTIS,

Sermo CXVI.

Euripidis in  
Phoenissis.



Filij: non omnia mala senectuti  
Adsunt Eteocles: Sed experientia senum  
Plus sapientiæ demonstrare potest, quàm iuuenes.  
O filij: manus quidem iuueniles ad agendum

Eiusdem in  
Hellerophœe

robustæ sunt:

Seniorum autem sententiæ præstant.

Tempus enim multam & uariam doctrinam parit.

Colloquia uerò senilia diligas.

At mores lasciuos, qui solum ridendo splendent,  
Oderis: non diu durat male uoluptatis deiectatio.

Quantuis cetera longum tempus nobis auferre  
Soleat, prudentiam tamen firmiorem facit.

Vetus hoc dictum est: opera quidem iuniorum,  
Consilia autem seniorum uim habere.

Senectus ô fili iuuenilibus animis  
Sapientior est, atq; tutior,

Et experientia uincit imperitiam.

Homo simillimus uino natura

Est quodammodo. Vinum enim nouum  
Omnino necesse est, item uirum describere  
Primum, deinde ab iniurijs & malis repurgatum  
Confirmari, & rursus componi,  
Et omnibus deinceps suauem fieri.

Senectus omnia docet, mora q; temporis.

Exprobasti mihi senectam ceu magnum malum,

Quam qui non affectus fuerit, morte mulctatur.

Quam omnes desideramus. At si quando uenerit,

Aegrè ferimus: adeo ingrati nature sumus.

Nullus enim tam diligit uitam, quàm qui senescit.

Senectus enim iustior est iuuenta.

Multo leuius senex ille senescit,

Què adolentes amant: & iuuenes ipsum, ueluti patrem,  
Manibus deducunt ad proprium usque limen.

Nos senes alios obseruare possumus,

Et uicissim aliquid eorum accipere, ipsq; frui, quæ iuuenes  
habent.

Eiusdem in  
Brechtæo.

Menandri.

Euripidis in  
Menalippe.

Eiusdem in  
Peteo.

Alexidis in  
Demetrio.

Sophoclis in  
Tyronæ.  
Cræcis in  
Antiphane.

Æschyli in  
Ismachi lib. 1.

Euripidis.

Hippothoi  
Hippothoëtis  
Antiphaniſex  
Philof.  
Sophoclis in  
Thyefte.

Canæ non loquaces ſeneclæ flores ſunt inter homines  
Leonum ſeneclæ melior eſt uigentibus hinnulis.  
Sapientiæ nonnihil ad conſolationes habet  
ſeneclæ, ut quæ multa uidcrit atq; didicerit.

Quamuis ſenex: ſolent enim ſenilem ætatem  
Mens etiam, & opportuna conſilia ſequi.

Ex Phauri  
ni ſcriptis, de  
ſeneclute.

Hoc non tacebo, quod Platon & Pythagoræ uideat  
tur, ſeneclutem non tam eſſe iuxta finem uitæ, quàm iuxta  
principium bene beatæq; uiuendi.

Plutarchi.

Iuuenes decet ut æmulentur ſeniores, iuxta Simonidem  
Vt lactens pullus curſum comitatur equi:  
Et ut Plato inquit de mero aquæ miſcendo, deum furentem  
ab alio deo ſobrio temperari.

Democriti.

Robur & forma corporis bona ſunt: ſeneclæ autem  
flos eſt temperantiæ & prudentiæ.

Platonis in  
Timæo.

Quicquid contra naturam fit, moleſtum: quod autem  
pro rei natura, iucundum. Similiter & mors, quam morbi  
& uulnera intulerunt, uiolenta eſt atq; moleſta, quæ uerò  
ſenio paulatim ad finem deducente naturaliter ſurrepit, in-  
ter omnia mortis genera leuiſſima eſt, & cum uoluptate  
potius quàm dolore contingit.

Democriti.

ſenex fuit iuuenis aliquando: An uerò iuuenis futu-  
rus fit olim ſenex, incertum eſt. Perfectum igitur bonum  
futuro, præſertim incerto, præſtantius.

Ex Phauri  
ni ſcriptis, de  
ſeneclute.

Qui ſpontè uoluptate recedit, ſapiens eſt: qui uerò ip-  
ſam proſus non deſiderat, beatus. ſeneclæ autem iſtorum  
utriq; idonea eſt. Nam & prudentiores homines, & iuciu-  
dorum negligentiores reddi.

Eiſdem.

Bœotius (uel Bœotus quidam) cum ià natu annos plus  
quàm ſeptuaginta, theſaurum reperiſſet, ſublato cruce ip-  
ſum

ſum contempſit, & præteriuit, ut qui non amplius uſui ſibi  
futurus eſſet. Ita ſeneclæ animus & tranquillum reddi,  
& multe pecuniæ ſtudium ac impenſas adimit.

Diligenter conſiderandum eſt (ut legis latori uidetur) Æſchinis cō-  
tra Demarchō  
quod ſeniores prudentia quidem uigent: audacia uerò iam  
ipſos deſtituere incipit, propter experientiam rerum.

Ad meam ſententiam explicandam me conſero, exiſti- Iunci de ſene-  
clute.  
mans ſenex propter longum tempus, & rerum per uitam  
actarum experientiam, erroribus non obnoxios eſſe: iuue-  
nibus autem impedimento eſſe ad bona, tum uires corpo-  
ris, quibus illi freti, temerè bellum capeſſunt, & maiora ap-  
petunt: tum in conſiderationem rerum utilium. Atqui fue-  
rit mihi teſtis illorum quæ dixi, Solon Athenienſis, qui le-  
ge ſanxit, ne quis admodum iuuenis ad magiſtratum aut  
conſultationes admitteretur, quamuis prudentiſſimus eſſet  
uiſus. Cæterum quod à cupiditatibus ſenes immunes ſunt,  
& nihil amplius ab eis turbantur, hoc maximum & pul-  
cherrimum à dijs donum hominibus eſſe datum reor, per  
quod diuinæ naturæ quodammodo ſimiles ſiant.

Nam dij,

Non comedunt fruges, non potant ſeruida uina:  
Senes autem à ſuperſuis & moleſtis abſtinentes, ipſorum Homerus.  
uſu nihil egent, indigentia moleſtijs liberati, & frugalis  
animi rebusq; ſuis contenti uoluptate fruenteſ. Etenim ab  
impetu & appetitu in Venerem ruente ſcunclum eſſe, dij  
boni quanta utilitas, & furoris moleſtiæq; amiſſio dicen-  
da eſt, &c.

Similiter & ſeneclæ ad iuuentutem ſe habet. Hæc ag- Archyæ Py-  
thagorici, ex  
libro de uitro  
bono & ſecluce  
grediendo quidpiam præualeat: illa prouidendo: nunquam  
ſeiſum ſine mentis cuſtodia relinquit, ſed quid agat aut

quid egerit, considerat: ut futura præsentium, præsentia autem præteritorum collatione trutinans, ipsa sese rectè dirigere possit: ad præteritum tempus memoriam accommodans: ad præsens, sensum: ad futurum uerò prouidentiam. Semper enim memoria nobis adest præteriti temporis, prouidentia futuri: præsentis autem sensus. Propterea hominem bene beateq; uicturum, non sensu solum & memoria, sed etiam prouidentia ualere oportet.

Themistij de Anima.

Sophocles de senibus eleganter dixit: *Vetusta parua corpora momèto lapsa quiescunt. Mors enim senilis diuersorio similis est: iuuenilis autem, tanquàm eiectio & naufragium est. Elabitur enim anima uolenter contrito corpore.*

Senectutem ob caloris defectum fieri.

Parmenidis. Platonis h. l. de Repub.

Profecto quanto magis me corporis uoluptates deficiunt, tanto cupiditas confabulandi, & uoluptas quam ex ea re capio, augetur. Hoc igitur age, & unà cum istis iuuenibus huc ad nos ueni, tanquam ad amicos apprimè familia res. Atqui inquam ego ô Cephale, ualde quidem delector senilibus sermionibus. Videtur enim mihi audire ab his oportere: ceu qui uiam aliquam iam perfecerint, quæ & nobis fortasse peragenda erit: quàm aspera et difficilis, uel quàm facilis sit & peruia, &c.

### VITUPERIUM SENECTVTIS,

#### Sermo CXVII.



*Vi pulcherrimus erat olim, ubi forma præterijt, Ne pater quidem filijs gratus aut amicus est.*

*Eheu quàm habet multas senectus ægritudines!*

*Non potest autem fieri ut senex diu uiuat.*

*Actas enim longa plurimas adfert calamitates.*

*O quàm difficilis senectus est hominibus.*

Mimmermi.

Euripidis in Glauco.

Eiusdem in Bacchis atq; Menandra.

*Papè: quàm bene uetus hoc dictum celebratur.*  
*Nos senes aliud nihil quàm turba sumus,*  
*Et figura tantum, somniorumq; simulacra serpimus.*  
*Mens autè nō est amplius: putamus uerò nos rectè sapere.*

Euripidis in Æolo.

*Quisquis mortalium cupit infamam*  
*Assequi senectutem: non bene rem secum aestimat.*  
*Nam atas longa parit ægritudines infinitas.*

Eiusdem in Oenomaio.

*O senectus qualem uoluptatis spem de te præbes:*  
*Et omnes homines ad te cupiunt peruenire.*  
*Atqui iam experitur, pœnitentia ducitur.*  
*Siquidem nullum est graui senectute grauius malum.*

Eiusdem.

*Quid aliud est uir senex, quàm uox & umbra?*  
*Molesta res est tempus longum. Grauis ô senectus es.*

Eiusdem in Menalippe. Menandra.

*Nihil enim boni, multa uerò habes difficilia,*  
*Et dolorifica hominibus. Nihilominus tamen*  
*Omnes ad te studemus & optamus peruenire.*

*Nihil miserius esse potest amante*  
*Senex, nisi alius senex amans.*

Eiusdem.

*Nam qui frui cupit rebus, à quibus arcetur*  
*Propter tempus, quomodo ille non miser est?*

*Nihil equidem curo anxiam paupertatem,*  
*Nec uiros inimicos, qui mihi male dicunt.*  
*Sed pubertatem amabilem lugeo, quæ me deficit,*  
*Et fleo propter accedens graue mihi senium.*

Theoguidis.

*Hei mihi, pulchra iuuenta & perniciose senectus,*  
*Hec quidem accedens, illa uerò abiens.*

Eiusdem alibi in Biantoni.

*O senectus quàm es onerosa hominibus,*  
*Et ubiq; molesta, non una solum in re.*  
*Nam quando nihil ultra possumus, neq; ualemus,*  
*Tunc primum nos rectè sapere doces.*

Pherecrasia.

Temerè instigasti, me, qui tanta sum ætatis,  
 Ut multis negocijs me impediam.  
 Ego enim ò uiri cùm iunior essem,  
 Putabam quidem, sed nihil sapiebam. Verùm omnia mihi  
 Negotia de quibus deliberabam, in manibus erant.  
 Nunc demum uerò mihi mentem senectus inserit.

Antiphantis.

Vita nostra per similes est uino.  
 Cùm super est modicum, acescit.

Eiusdem.

Ad senectutem enim ueluti officinam  
 Omnia hominum accedunt mala.

Eiusdem.

Senectus est uelut ara quedam malorum,  
 Ad ipsam enim omnia confugisse uidere est.

Eiusdem.

Ò senium, quàm omnibus qui querunt te  
 Culpare, occasionem & ansam instituti sui præbes.

Philemonis.

Syra, Syra. Hem, quid est? Quomodo nobis uales?  
 Nunquam hoc interrogato ubi senem uideris,  
 Aut anum aliquam, sed statim scias quòd male se habeat.

Herodis in  
Hemiambris.

Ego uerò imbecillis & incuruus sum. Senectus enim  
 Nos detrahit, & ueluti umbra assistit.

Alexidis.  
Menandri.

Iam enim uita mea uesperam inducit.  
 Molestum animal est senex domi manens.

Herodis.

Vbi sexagesimum solem reflexisti,  
 O Grylle Grylle, monitor, cinisq; fias.  
 Cecum est, quicquid inde sequitur temporis.

Herodis in  
Hemiambris.  
Antiphantis  
ex Epicteto.

Iam enim uita uigor obtusus erat.  
 O senecta, quàm cunctis hominibus es.  
 Optata, quàm beata: deinde cùm accesseris,  
 Molesta, & grauis: nec ullus bene dicit  
 Tibi: sed contra, quisquis sapit, maledicit.

Herodis in  
Hemiambris.

Ò mulier, caritates mentem hebetat.

Senes enim omnes ad iram moderandam inepti sunt.  
 Nullus in senectute patrimonium suum abliguriuit,  
 Nec aliter stultè consumpsit, neq; redemit  
 Meretriculam, nec ob fores affractas multatus est.  
 Ita senectus cum temperantia sua non est fortunata.  
 Senectus absens optatur ab omnibus: si quando autem  
 uenerit,

Charmentis.

Menecratis  
in Samio.

Incusatur, & futura semper melior est.  
 Nulla est tanta dolendi causa, quàm uita longitudo.  
 Nihil non mali senectæ longè inheret,  
 Mens uana, opera inutilia, cura superuacua.

Sophoclis in  
Scytis.

Sophronia.

Odiosa enim senectæ corpus paulatim tabescens ma-  
 cerat.

Cratetis.

Flexit me tempus, sapiens quidem artifex,  
 Sed omnia reddens infirmiora.  
 Canus artifex tempus est ò hospes:  
 Gaudetq; omnes in deteriores transformare statum.

Diphili in  
Phreate.Mimnermi,  
Ibidem.

Tithono Iupiter malum immortale dedit  
 Senectam, quæ uel tristi morte magis est timenda.  
 Sed breue tempus durat instar somnij,  
 Iuuentus preciosa, difficilis autem de formisq;  
 Senectus statim imminet capiti,  
 Odiosa simul & contempta, quæ uirum reddit obscurum,  
 Lædit autem oculos mentemq; circumfusã.

Ætatem amare senilem ne contempseris,  
 Cui tu quoq; si con senescas, subijcieris.  
 Non parum uerò illud est in quo uincimur patres.  
 Vos enim obijcitis, si quid non indulgeat  
 Pater, an non tu quoq; iuuenis ante nos fuisti?  
 Patri uerò ad filium sicubi aduersetur,

Apollodori.

Non licet dicere, an non tu quoque senex fuisti?

O senectus, quantum es habentibus te malum.

Remissa quædam res est senile genus,

Et rursus uix moderari potest quin præceptis in iracundiam sit.

Sed aut senectus Vencrem ualere iubet,

Aut Venus ægrè fert amatores huiusmodi.

Senex enim non æquè amat uitam.

Senectus adeo morosa & querula est, & pro minimis rebus anxia, ut iam sæpius meam ipse naturam culparem, quam aliorum nemo hactenus contempnit.

Senium omnimoda imperfectio est, omnia habet, & omnibus indiget.

Non beatus existimandus est senex, quia senescens moriatur: sed si absolutum habeat bonorum numerum. Nihil enim ætati per se tribuendum est.

Eratosthenes uigentem ætatem ueri comparabat: declinantem, ætati & autumno, senectam hyemi.

Longo tempore multum laboris accrescit.

Augescente corpore, simul & mens augetur, & illo senescente, unà senescit, ac in omnibus rebus obtusior fit.

Cato ad senem quendam improbe uitæ dixit: Quid est quod senectuti multa mala habenti tuæ etiam improbitatis dedecus adijcias?

Alexis poeta Comicus, cum quidam ipsum senem ægre incedentem intuitus, quid ageret interrogasset: paulatim se per ocium mori respondit.

Patrocles senectam uitæ hyemem appellabat.

Quandoquidem uideo iuuentutis ac uigoris uoluptates, & fructus, quæcumque tandem opera sequentes: & pau-

paucis dicam, felicitatem humanam te reliquisse ac præterfuisse, tanquam nauis plenus uelis præteruectum, & nunc in senectute constitutum, atque teipso tardio rem, minusque agilem factum esse, ac semper fieri, tum animo, tum corpore: abs te discere uolo, quidnam de illis qui consenuerunt, & de ipsa senectute sentias. Mibi namque per difficilis eius uita uidetur, propter sensuum priuationem, qui paulatim extinguntur. Proinde nihil amplius iucundi senibus adesse dicunt: sed omnia laboriosa & grauiora contingere: atque illi, qui hanc ætatis mutationem sustinet, supra alia metum mortis semper adhaerentem molestum esse, ut qui tanquam itineris comes, aut contubernalis insidiator nunquam ab eo discedat, cum certa quadam & naturali necessitate mortem imminere constet, &c.

### QUOD SENECTVTIS MOLE-

stiam prudentia tollat, ipsamque multa reuerentia digna efficiat,  
Sermo CXVIII.

**P**rohi uiri senectus facilis est in colloquio. Non est senectus, ut existimas o pater Onus maximum: sed qui tulerit

Eam imprudenter, ipsemet in causa est.

Ille uero facilem ipsam & tranquillam reddit,

Qui mores eius commodè tractat,

Molestiam tollens, & uoluptatem adijciens.

Contra qui ægrè fert ipsam, is dolorem sibi parit.

Honorifice loquendum est de sene (uel apud senem more de se.)

Non est grauis sapientium senectus, quorum mens diuina luce nutrita est.

Anaxandridæ.  
Alia huic uerfus Anaxandridæ nomen adscribitur non superiori.

Sophoclis in Eriphyle.

Sophoclis.

Euripidis.  
Eiusdem in Andromache

Sophoclis.  
Hocranis in Panathen.

Democriti.

M. trodori.

Eratosthenis.  
Cynenai.

Phaocirini ex lib. 23.

Democriti.

Catonis.

Ex Christi  
Aristotelis.

Lanci de Seneca.



Providentia enim magnum mortalibus lucrunt.

Anaximendis.

Senibus enim elegantioribus quantum corporeæ uoluptates marcescunt, tantum rursus eruditionis desiderium augetur: & tanto firmitus docere possunt alios, quid factum sit utile, ac ipsi uicissim ab alijs audire. Siquidem uoluptates, quas cibi, potus, & Venerea pariunt, non tam in presentia exhilarare, quam postea molestare uidentur. Voluptas autem & disciplina circa literas, tum in presentia tempore oblectat, tum ad reliquam uitam sui studiosos suauiter degendam præparat:

Xenophontis.

Xenophon de Agesilao dicit: Quæ enim iuuentute illius senectia non præstantior est?

Socratis alij  
Plurarchi.  
Musonij de  
optimo senectutis uaticio.

Hyems operimenta, senectus autem indolentiam requirit. Cum senex quidam interrogaret, quodnam senectutis optimum esset uaticium: Idem, dixit, quod etiam iuuentutis nempe iuxta uiam & rationem naturæ uiuere. Quid autem hoc sibi uelit, maxime intelliges, si hominis naturam consideraueris, quod non ad uoluptatem facta sit. Nam nec equus, aut canis, aut bos, quæ animalia multo ignobiliora sunt homine, ad uoluptatem nata sunt. Non enim existimaretur finem suum consequi equus, qui solum ederet, biberet, coituque impudenter uteretur, nihil autem ageret istorum quæ ad officium equi pertinent. Neque canis probaretur, qui, ut iam de equo dictum est, uoluptatibus quidem indulgeret omnibus, nihil autem eorum ageret, quorum gratia canes boni esse putantur: Non denique aliud ullum animal, si officio suo prætermissio, uoluptatibus operam det, laudari meretur. Nullum igitur hoc pacto secundum naturam uiuere dici posset: uerum illud quod maxime uirtutem eorum exhibuerit, per quæ secundum naturam suam agit. Etenim cuiusque

eiusque natura unumquodque ad suam uirtutem ducit. Quæ obrem etiam homo secundum naturam uiuere uideri debet, non cum in uoluptate, sed cum in uirtute uitam degit. Sic demon enim & laudari iure poterit, & magnifice de se ipso sentire, bonaque spe & animi fiducia confirmari, ad quæ honesta letitia & stabile gaudium necessario sequuntur. Sed homo in uniuersum solus omnium in terra degentium Dei imago est: & similes ei uirtutes habet. Nam ne inter deos quidem præstantius aliquid excogitari potest, quam prudentia, iustitia, fortitudo & temperantia. Quemadmodum igitur Deus propter istarum uirtutum presentiam ad uoluptatem & auaritia uinci nequit, superatque omnem cupiditatem, inuidiam, & emulationem: Magnanimus, beneficus & hominum amans est: talem enim Deum esse animo concipimus. Sic & imaginem eius, uidelicet hominem similiter se habere existimandum est, cum secundum naturam uiuit, & sic se habentem, desiderabilem, & emulatione dignum esse, &c.

Iuuentus o bone uir & senectus, utraq; ætas bona, studioque digna & optanda est. Vtraque tamē praua, turpis & molesta esse conuinci potest propter abutentes, &c.

DE MORTE, ET QVOD INUITABILIS SIT, Sermo CXIX.

**M**ors enim sola deum non amat munera. Nec ullus ei sacrificat, aut libat in templis. Nullam habet aram, non celebratur hymnis. Sed ab eo demonum sola, aliena est suadela.

Obnoxij prædæ sunt boues, & pingua pecora, Et tripodes acquiri possunt, & equorum flauicoma capita: At hominis anima, ut redeat, neque per prædam, Nec aliter capi potest, ubi semel emigrauerit è uallo detriti.

Incl. ex lib.  
de Senectute

Æschyl.

Hom. Iliad. 6

- Philetæ.  
Iter feci ad inferos,  
Per quod nullus retrorsum uiator rediit.
- Simonidis.  
Nihil ad inferos, quam sonus transit inanis.  
Silentiū inter umbras est, & oculis offunduntur tenebræ.  
Omnia perueniunt ad unam uoraginem diram,  
Et magnæ uirtutes & diuitiæ.  
Mors etiam profugum assequitur.
- Euripidis.  
Corpus resoluitur, cum spiritus emigravit.  
Mors autem imminet  
Etiam illi, qui domi desidet extra pericula.
- Phocylidis.  
Omnes ex æquo morti obnoxij sunt: animos autem  
Deus regit.  
Communis omnes locus manet tum pauperes tum reges.
- Menandri.  
Immortalitas cōparari non potest, ne si collegeris quidē  
Infinita talenta, quot habuisse Tantalus fertur,  
Sed morieris, eaq; relinques alteri.
- Sophoclis.  
Antiqua momento cadunt exigua corpora.  
Quisquis uerò mortalium nimis mortem extime scit,  
Is stultus est, fortuna hæc curat.  
Nam ubi tempus aduenerit moriendi,  
Ne ad Iouis quidem uestibula perueniens effugerit aliquis.
- Anacreontis.  
Cana iam nobis tempora sunt, albetq; caput,  
Et non amplius gratiosa iuuentus adest: sed dentes pro-  
dunt senium.  
Nec amplius longum uitæ suauis tempus superest.  
Quamobrem sæpe suspiro, tartarum  
Metuens, terribilis enim Plutonis est spelunca:  
Et descensus ad ipsam horrendus.  
Nam qui semel descendit, redire non potest.
- Euripidis.  
Cunctis mortalibus mors debetur,

- Et nullus hominum certò nouit,  
An uicturus sit diem crastinum.  
Cum sis natus mortalis, mori ne timeas.  
Metuere mortem, magna stultitia est,  
Omnibus enim nobis hanc pati fatale est.  
Inter ea quæ homo diuinitus sibi dari optat,  
Nihil optat quod immortalitate melius sit.  
Hoc igitur mors nominatur, solutio et separatio anime  
à corpore.  
Quod natura ligauit, id soluit natura: & quod anima  
ligauit, id ipsa rursum soluit. Ligauit autem natura corpus  
in anima: anima seipsam in corpore. Natura igitur corpus  
ab anima soluit: anima uerò seipsam soluit à corpore.  
Perturbat homines non res ipsæ, sed rerum opiniones: **Ex Epicteti  
Enchiridio,**  
ut mors nihil terribile, alioqui & Socrati uisa foret, sed ipsa  
opinio solum de morte terrorem incutit. Igitur cum impe-  
dimur, perturbamur, aut dolemus, nunquam alium, sed nos  
ipsos, hoc est opiniones nostras accusamus.  
Quemadmodum in nauigatione, ubi in portum est uen- **Ibidem.**  
tum, si ex æqu aquatum, incidit ut obiter in uia cochleas aut  
bulbulos colligas: animum tamen ad nauigium intentum  
habere conuenit, & sæpe respicere an gubernator uocet,  
etsi uocet, omnia illa abijcere, ne uinctus eò conijciaris  
instar pecudum: sic in uita, si pro bulbulo, aut cochleola  
uxorcula nobis, aut filioli præbeatur, nihil prohibebit eis  
uti: Si autem gubernator uocet, curre ad nauigium, relin-  
quens hæc, neque respiciens. Si autem sis senex: nunquam  
procul à nauigio discede, ne forte uocatus desis (inque id  
uinctus conijciaris. Qui enim nolens non sequitur, necesse  
fuitate id patietur.)

Diphil.  
Aristophanis

Posidippi.

Platonis.

Porphyrj.

Ex Epicteti  
Enchiridio,

Ibidem.

Aristoteles.

Inevitabile est malum fatale.

Gorgias Leontinus iam vicinus morti, uiribus deficiens, sensim in somnum delapsus iacebat. Et si quis ipsum ex familiaribus interrogaret quid ageret, respondebat: Iam somnus incipit me fratri suo tradere.

Socratis.

Relinquenda est anima, nec lachymis & fletibus turbanda: Fatum enim ferre boni uiri est.

Æschini.

Mors non est terribilis, sed uiolenta affectio circa mortem horrenda est.

Cum omnibus ex æquo mors sit fatalis, non tardè, sed gloriose mori sollicitas est.

Arimnesti.

Arimnestus interrogatus quod maximum hominibus bonum esset: bene mori respondit.

Simile quid nobis accidit & illis quibus exilij causa uertendum est solum. Fortes enim ex eis sunt, qui statim ultrò exeunt: qui autem id facere nolunt, per uim pelluntur.

Gorgiaz.

Gorgias orator iam senex interrogatus an libenter moreretur: Maxime dixit: nam tanquàm ex putri & disfluente domuncula non inuitus discedo.

Epicuri.

Mors nihil ad nos. Nam quod dissolutum est, sensu priuatur. Quod autem sensus expers est, id nihil ad nos.

Hermachi.

Mors facile contemni potest. Causa enim efficiens irrita fit, quando patiens interijt.

Porphitij.

Duplex est mors, altera uulgo cognita, cum corpus ab anima soluitur: altera philosophorum, cum anima soluitur à corpore, & non necessario altera sequitur alteram.

Metrodori.

Auersus alia quidè, munimèta parari possunt: quæ uerò mortè attinet, oēs homines ciuitatè immunità habitatibus

VITAE LAUS SER-  
mo CXX.

Erustra



Rustra senes mortem optant

Culpantes senectam, &amp; longum tempus uitæ

Vbi uerò propius mors accesserit, nullus uult mori, sed etas non amplius ei grauis est.

Unusquisq; etsi fuerit seruus, lucis aspectu gaudet.

Mortalibus enim cunctis anima chara misericordiã mouet.

Vbiq; suauius est uiuere quàm mori prudentibus.

Lux ista hominibus aspectu suauissima est

Apud inferos nihil est: insanit autem qui optat

Mori, male uiuere præstat, quàm bene mori.

O splendidus aether, & pura lux diei,

Quàm suauis aspectus uester est, tum fortunatis,

Tum infortunatis, quorum ego unus sum.

Nihil enim pretiosius est anima.

Malim in agris habitans seruire apud alium

Pauperem uirum, cui non multus suppeteret uictus,

Quàm omnibus umbris mortuorum imperare.

Est enim uita ò puer donum longè suauissimum:

Non enim licet eosdem bis mori.

Quando procul adhuc mors abest,

Orcus desideratur ab infortunatis,

Cum uerò obrepat ultima uita unda,

Viuere cupimus: nulla enim uiuendi saturitas est.

Cū iuuenis esse, immatura morte defunctorum misericordiã

Nunc uerò cum uideo senis esse ferri funus, (ducebat:

Fleo. Nam eadem uia mihi quoq; imminet,

Ultimum enim uita cursum transgens uiuere cupio, Alexidis.

Theodorus etenim Cythereus nullam satis magnam Phauorini causam sapienti esse dicebat ad uitam finiendam, quod hac ratione probabat. Istum enim qui casus humanos contem-

Euripidis in Alceide.

Eiusdem in Oreste.

Homeri Odii.

Sophoclis.

Lycophronis

Apollodori.

Alexidis.


Phauorini.

nit, uitam propter eos relinquere, quomodo non contrarium fuerit illi, qui nihil bonum quam honestum & solum turpe malum asseruit?

**Speusippi.** Speusippum cruribus resolutum Diogenes hortabatur, ut seipsum uita priuaret. Cui ille: Non cruribus, dixit, uiuimus, sed mente,

**Aristonis.** Multi sapientes senes, cupidi sunt uitæ. Nam qui serò nuptias contraxerunt, diuturnam uitam cupiunt, ut liberos educant: & illi cum serò tandem uirtute potiti sint, ipsam enutrire desiderant.

LAVS MORTIS, Sermo CXXI.

**Euripidis.**  Vdi, ut animo tuo gaudium inijciam,

Non nasci & mori rem similem puto

**Theognidis.** Optimum est hominibus, omnino non nasci,

Nec intueri radios ferudi solis.

Genitum uerò quamprimum ad orci migrare portas,

Et iacere copiosa obrutum tellure.

**Neoptolemi.** O mors utinam te capere nostri arbitrij esset, ut te mihi sumerem

Omnium primo: quantumuis enim inimica, gratissima mihi fores.

**Euripidis.** Si quid est intra tellurem,

Opto autem nihil esse. Nam si habituri sumus

Illic etiam curas morituri nos homines,

Nescio quò quis se uertet. Mors enim

Maximum existimatur malorum esse remedium.

**Sophoclis.** Vltimus morborum medicus mors est,

**Menandri.** Dilectus dijs in iuuentute moritur.

**Leonidis.** Bono animo perge, ad inferos ducentem

Viam incedens. Non enim difficilis est,

Nec tortuosa, nec ullis erroribus plena,

Sed est rectissima & decliuis

Tota, uel à cæcis conficitur.

Iam satis ò uita durasti: desine tandem, priusquam no- Euripidis.  
uus aliquis casus

Aut meis opibus, aut corpori meo accidat.

Mors omnium mortalium portus est. (niam. Sotadis.

O mors ne queso patiar repulsam, quo minus ad te ue- Æschylæ.

Tu sola malis incurabilibus mederis:

Et nullis dolor sequitur mortuos.

Hoc nihil aliud est, quàm ut moriar.

Sophoclis.

Mortuis enim nullus accedit labor.

Vale, & gaude, si quid apud inferos gaudij est:

Astydantis

Vt esse puto. Vbi enim nulla uitam tristitia turbat,

Ibi gaudium est malorum obliuione foelix.

Quis nouit an uiuere sit, quod nos uocamus mori, Euripidis.

Mors autem uita? Veruntamen homines

Agrotant uiuentes: defuncti autem

Nihil agrotant, nec mala experiuntur.

Anaxagoras aiebat duas esse mortis doctrinas: alteram, Anaxagoras.  
tempus antequam nati sumus: alteram somnum.

Homines aliqui natura mortalis dissolutionem igno- Democriti.

rantes. conscij uerò sibi uitæ infelicitate actæ, omne dum uiuunt tempus miserè turbantur ac metuunt, mendacia confingentes de tempore mortem sequituro.

Satius est gloriosam mortem, quàm ingloriam uitam Iulij.

Adipisci. Et bona mors est in tali opere.

Oportebat nos rationantes

Sophoclis.

Plorare natum, ut maxima ingressum mala:

At mortuum, uitæq; subductum malis,

Efferre letos, gratulantesq; ædibus.

Plutarchi.

Trophonius & Agamedes cum Delphicum templum construxissent, mercedem ab Apolline petebant, quam ille se daturum ipsis cum promississet, septimo post die, eodem mortui sunt. Præterea Cleobis & Biton, cum ipsorum mater Cydippe lunonem rogasset, ut optimam rem filijs donaret, eò quod iugū ipsimet subiissent, matremq; ad templum perduxissent, uitam statim finierunt.

Causiani nascetes luget: mortuos autē beatos reputant.

Themistoclis

Quis omnium ignorat, quod nulli non uiuentes alij magis, alij minus, obnoxij sint inuidiæ: mortuos uerò ne hostis quidem ullus ignominia affecerit?

Mercurij

Multos mors ceu maximum malum perterrit, ob ignorantiam rei. Fit enim mors per dissolutionem ægroti corporis, & ob lesionem compaginum eius. Est autem compago, articulatio corporis. Moritur autem corpus, cum non amplius ferre potest hominem. Et hoc ipsum mors est, corporis dissolutio, & corporei sensus abolitio.

Themistij.

Si immortalitatis opinio peruetusta est, quomodo fit, ut mortis metus antiquissimus sit inter omnes timores? aut potius omnes alios metus propter huc ipsum timeamus? Non enim nouū nec recens est lugere mortuum, & lugubria ista inauspicatq; nomina proferre. ò miserū et infelicem. Tum Timon: Quod si hoc modo, aiebat contemplari libuerit, immortalitas nobis apparitura uidetur. Quod enim hæc uocabula, quibus hominem defunctum discedere, migrare, uel obiisse dicimus, nihil simpliciter graue, sed mutationem solum & transitum insinuēt, non est obscurum. Vbi autem ista mutatio è uita migrantibus, & quorsum, & an detentorem in statum aut meliorem contingat, ex alijs nominibus

bus consideremus. Primum igitur uidetur τὸ θανάτος, id est mortis nomen, hominem è uita migrantem non ad locum aliquem sub terram referre, sed extollere ἀνω ἰς οὐρανόν, hoc est, sursum ad diuinam sedem. Sic enim probabile est, animā ueluti à uinculo corporis, quod expirauit, solutā, tum demū uerè respirantē seq; recreantē, Deo sociari, & ab eo pendere. Deinde morti oppositā τὸ πύθωμαι, id est, generationem, cōtemplare, quomodo cōtrarium quid indicet, nēpe inclinationem quandam deorsum, & πύθωμαι ἐκ τῆς γῆς, id est, mutationem in terram, cum rursum descendit illa pars, quæ moriente homine ascendit: unde genethlium, hoc est, natalitium diem uocant, ὡς ἀρχὴν γενεῶν ἀθανάτων, id est, eò quod principium sit certaminum & laborum multorum. Sed potius ab altera parte & manifestius hoc idem perspicimus. Morientem enim solui dicunt, & mortē uocant solutionem. Et corpus Græci δέμας nominant, tanquam anima ab eo hoc in loco præter naturam ἀδεδεµένον, id est, ligata sit. Nihil enim ubi naturaliter uersari solet, ui aut uinculis ibi retineri opus habet. Hinc & uocabulo à ui ducto uitam nominarunt, Græci autem βίον παρὰ τὸν βίον sicut ἰονίγον Homerus ἰονίγον, &c.

Duorum enim alterum mors est. Nam aut tanquam nihil omnino sit, sensum nullū ullius rei retinet is qui decessit è uita: aut quæadmodū dicitur, permutatio quædā & transmigratione animæ ab hoc in alium locum. Siue ergo nullus remanet sensus, sed tanquam somnus quidam est, in quo quis somniū cernit nullū, admirabile lucrū erit in morte. Reor e quidē, si quæ oporteat, ad eā noctē quā tanta transigit quiete, ut ne in somniū quidē illū uideret, alias noctes diesq; uitæ totius cōferre, atq; dicere quot ipse noctes atq;

dies in uita melius dulciusq; peregerit: reor inquam nedum priuatum aliquem, sed nec magnum quidem regē aliquas numerare posse. Si ergo tale quiddam est mors, lucrū equidem esse dico. Etenim nihil plus hoc pacto totum tempus, quam nox una esse uidetur. Sin autem mors est tanquam transmigratio quædam hinc in alium locum, ac uera sunt quæ dicuntur, uidelicet in alio seorsum à nobis loco omnes defunctos esse, quid nam melius quam hoc esse potest ò iudices? Si quis enim illuc profectus liber ab ijs qui se profitentur iudices esse, ueros reperit iudices qui iudicare illic perhibētur, Minorem Rhadamantum, Aëacum, Triptole/mum, aliosq; quocumque semidei iuste uixerunt, nunquid eiusmodi transmigratio paruipendenda censetur? Rursus Orpheum, Musæum, Hesiodum, & Homerum conuenire, quanti quis nostrum redimeret?

Platonis in  
Phædone.

Homines cum ipsi mortem expauescant, cygnos quoq; falso criminantur, quod lugentes mortem ob dolorem cantum emittant. Profecto haud animaduertunt, nullam esse auem quæ cantet quādo esuriat, aut rigeat, aut quouis alio afficiatur incommodo. Non ipsa philomela, nec hirundo, nec upupa, quas ferunt per quærimoniā cantare lugentes. At mihi, neq; hæc aues præ dolore uidentur canere, neque cygni. Sed quia Phæbo sacri sunt, ut arbitror, diuinitione præditi præ sagiūt alterius uitæ bona: ideoq; cantant alacrius, gestiuntq; ea die, quā superior tempore. Equidem & ego arbitror me cygnorum esse conseruū, eisdemq; Deo sacrum, neque deterius uaticinium ab eodem domino habere quā illos, neq; ignauius ē uita decedere.

Trausi circa natalium suorum atq; obitus hoc factitāt: Edito puero, propinqui cum circumsidentes cū ploratione proficuum/

prosequitur recensentes quas cunq; necesse est illi quod uita tam ingressus sit, per peti humanas calamitates, Mortem UNIVERSTARIA fato sanctum, per lusum atq; latitiam terra demandant, referentes quot malis liberatus, in omni sit sceleratę.

Iuxta communem illam & omnibus celebratam sententiam, uita peregrinatio quædam est. & ea decenter modo/ Platonis in Astocho. steq; transacta oportet alacrius & tantum non Peanem canentes ad fatalem locum discedere.

### COMPARATIO VITAE ET MORTIS,

Sermo CXXI.



On idem est ò fili uiuere ac mori.

Hoc enim nihil est, illud uerò spem fouet

Tempus enim est breue uiuendi: qui uerò semel conditus fuerit

Sub terra, iacet mortalis per omne æuum.

Nullus unquam ò domine mortuus est, mori cupiens & Antiphonis. promptus,

Sed cupidus uiuendi crure detrahit

Charon uel inuitos, & ad locum sacrum perducit

Epulantes, & omnia habentes abunde.

Pestis autem remedium est contra immortalitatem.

Quā iucundum est uiuere, si quis cum illis uixerit Menandri. quos probat.

Istud est uiuere, non sibi uiuere soli.

Et mori iucundum est, cui non uiuere licet ut libet.

Istum ego fortunatissimum esse dico,

Qui sine molestia contempletus ò Parmeno

Res illas uenerādas, mox rursum illuc abiit, unde uenerat

Contempletus inquam solem commune sidus, aquam,

Nubes, ignem. Hæc enim, etsi uixerit annos centum,

Euripidis in  
Troianis.

Simonidis.

Antiphonis.

Præsentia uidebit: & si paucos admodum annos,  
 Nihil aliud istis uidebit augustius.  
 Nundinas esse quasdam putato tempus hominum  
 istud, de quo loquor, solennes & populosas.  
 in quibus magna est turba, mercatus, fures, alæ, colloquia.  
 Si primus abieris, diuertes melius,  
 Viaticum habens: nulli in sensu abiisti.  
 Qui uerò immoratur, fessus tandem perijt,  
 Et misere consensescens aliqua re fit indigus,  
 Vexatur, hostes reperit, insidijs alicunde impetitur.  
 Ac demum, cum in hoc seculum uenerit, infelici morte de-  
 fungitur.

Sophoclis. Multo satius est mori, quàm uitam agere miseram.

Præstat enim non esse, quam uiuere malè.

Euripidis. Equidem olim si quem uidebam per ciuitatem

Cæcum, ob itineris duce hærentem:

Ah demonum tristi conuicia dicebam fortunæ,

Quod ille miser esset procul à morte seiunctus.

Nunc autem contra sententiam priorem meam

Lapsus infelix ego sum. O uitæ cupidi mortales,

Qui posteram intueri lucem

Semper cupitis, plurimorum onus malorum.

Adeo uitam homines amant.

Scimus quidem uiuere, præ inscitia uerò moriendi

Nullus non relinquere meliuit hoc solis iubar.

Apollodori. Tranquille uiuere iucundum. Beata est uita

Et ueneranda, si fuerit cum alijs quoq; tranquillæ,

Inter feras autem & simias uersantem oportet

Esse simiam, ô miseram uitam.

Euripidis. Non ubiq; sum Phryx, si uideam quod non uiuere

Melius

Melius quàm uiuere sit, utemur eo quod melius est.

Ego illos qui bene mortui sunt,

Potius uiuere dixerim, quàm illos qui inhonestè uiuunt.

Mors gloriosior est, quàm uita mala.

Mors felicior est, quàm uita mala.

Satius est autem non nasci, quàm natum esse.

Vnde quæso nomen haberet, Pluto,

Ni diues optimarum esset rerum: sed unum tibi dicam,

Quantum hæc inferiora præstent illis quæ Iupiter habet.

Nam si, trutines, plena statera lanx

Deorsum uergit: inanis autem ad cælum.

Nunquam enim sic coronis redimiti,

Proponeremur in funeribus, nec unguentis delibuti,

Nisi statim ut descendimus bibere nos oporteret.

Propterea enim beati etiam uocantur.

Nam singulis ita loqui moris est: beatus mortem obiit.

Obdormiuit felix: non enim amplius tristabitur:

Et sacrificamus ipsis libamina in exequijs,

Quemadmodum dijs, & inferias fundimus,

Ac petimus ab eis ut bona huc mittantur ad nos,

Quidnam boni mortuus haberet,

Cum nos uiuentes nihil habeamus?

Mortuus autem felicior fuerit,

Quàm uiuus. Vita enim non bona, magnus labor est.

Quisquis calamitosus uitam desiderat,

Aut malus & inuidus est, aut animus ei in doloribus occidit.

Turpe est illum hominè longam sibi cupere uitã, (uit.

Qui nunquam interquiescit à malis.

Quid enim ipsa dies delectare potest, quotidie

Aliquid addens, & procrastinans mortem?

Æschyl.

Pluto dem  
inferorum.

Menandri.

Euripidis.

Sophoclis.

Non

Non emerim ne uerbulo quidem hominem,  
Quem uana spes fouent.

Nam aut honestè uiuere, aut honestè mori  
Generosum oportet. Rem omnem audiisti.

**Æschyli.** Quid iuuat uiuere uitam, quæ tristitiam parit?

**Euripidis.** Ergo non uiuere satius est, quam uiuere malè.

Viuos oportet beneficijs demereri. Omnis enim mori  
tuus

Terra est, & umbra, res nihili, nullius momenti

Diogenes, cum dixisset quidam molesta res est uiuere:  
Non, dixit: sed malè uiuere.

**Epicteti.** Magis necessarium est mederi animæ, quam corpori.  
Mori enim melius est, quam malè uiuere.

**Pyrrhonis.** Pyrrhon aiebat nihil interesse inter uitam ac mortem.  
Et cum quidam ad eum diceret. Cur tu nõ moueris? Quis  
nihil interest, respondit.

**Epicteti.** Mirabilis est natura, & ut Xenophon inquit, uita cupida.  
Corpus igitur istud omnium iniucundissimum & fordidissimum amamus & colimus. At si oporteret quinque dies solum uicini corpus curare, nõ sustineremus. Vide enim qualis res sit, diluculo surgentem alienos dentes fricare, & post aliquod opus necessarium partes illas abluere. Reuera mirum est amari corpus istud, cui tot indies ministeria sunt exhibenda. Hanc peram sarcio, & rursus euacuo: quid isto molestius? Sed oportet me Deo inferuire. Quamobrem maneo, & sustineo lauare miserum istud corpusculum, pascere, uestire. Cum uerò iunior essem, etiam aliud quidpiam mihi imperabat, & sustinebam tamen ipsum. Cur igitur non sustinetis cum natura corpus uobis aufert, quod prius dederat? Amo, inquis, ipsum. At qui, ut nunc dicebam,

bebam, amorem etiam eius natura tibi dedit. Sed eadè, inquit, dimitte nunc ipsum, & non amplius occupator.

Si quis senex non moriatur, deos inculsat, quod negotium ei facebant, hoc tempore, quo ipsum iam quiescere conueniret. Et nihilominus cum mors accesserit, uitam desiderat, medicum accersit, & orat ne quid in medendo promittitudinis ac diligentie prætermittat. O mirabiles homines, dicit, qui nec uiuere neque mori uolunt.

Longiori uita sed deteriori, breuior sed melior ab omnibus omnino præferenda est.

Nunc abeundi tempus est, mihi morituro, uobis uicturis. Vtri uerò nostrum ad meliorem statum adeant omnibus incertum est, præterquam Deo.

Omnia quamcumque ob causam nascentia, dissolui oportet. Immortalis enim et incorruptibilis natura solis diuinis conuenit. Quicquid autem ab artifice ex aliqua materia compositum est, corruptionem subdit. Siquidem & plantis omnibus, & lapidibus, & ferro mutationem contingere scimus morti similem: arboribus quidem et lignis earum, putredinem: lapidibus dissolutionem, ferro autem, ferruginem. Quinctiam mundum aiunt, quoniam genitus est, quamuis per uoluntatem creatoris Dei: aliquando ex parte solutum esse, & rursus in ignem & aquam dissolutum iri. Homini quoque & omnibus alijs mansuetis ferisque animalibus, è uita migrare omnino necessarium est.

Quinctiam grauis est uita. Neque admirarer, si ea de re uerum hoc Euripidis dictum fuerit: Quis nouit utrum uiuere quidem mori sit, mori autem uiuere? Et nunc fortè reuera mortui sumus. Audiui iam à sapiente quodam nos nunc mortuos esse, corpusque nostrum sepulchrum esse nobis:

Platonis in Apologia Socratis.

Apollonis lunct.

Platonis in Gorgia.



bis: partemq; anime in qua cupiditates sunt, perinde se habere ac si persuadendo uicissimq; dissuadendo sursum deorsumq; agitetur. Itaq; elegans quidam uir Siculus forte uel Italus in his consabulatus animi partem propter suasionem crudelitatemq; lubricam alludens nomini *ἰδωρ*, id est, dolium, appellauit: Dementes uero profanos atque damnatos, &c.

Kenophontis  
in Epistola  
ad Sotiram.

Mihi mors ipsa neq; turpis, nec honesta esse uidetur. Terminus autem uite non omnibus idem est, cum firmitas aut imbecillitas uirium à prima natiuitate dissimilis in aequalem annorum etatem efficiat. Causa uero aliquando turpis, aliquando honesta & decora mortem promouet.

Platonis in  
Axiocho.

Soluta semel hac compage, animoq; rursus in propriū restituto locum, relicum istud corpus terrenum, & rationis expers, amplius non est homo. Nos enim anima sumus, animi immortalis, mortali inclusum munimento. Hoc autē tabernaculum non sine malo nobis circūdidit natura, cuius leta quidem abstrusa sunt & uolucra, pluribusq; doloribus admixta: tristitia uero improuisa, diuturna, prorsusq; uacua gaudiorum. Valitudines nempe sentientium membrorum ulcera, morbi interni: Quibus necessario (quoniam per corporis meatus sparsa est) condolens anima cœlestē, et cognatū desiderat æthera, sititq; cupide superna illius consuetudinem gaudiaq; uite. Discessit itaq; e uitæ mali cuiusdam est in bonum commutatio.

Socratis.

In uita tanquam in theatro tamdiu permanendum, est quamdiu rerum & operum huius uite iucundum fuerit spectaculum.

Herodoti  
lib. 7.

Artabanus ad Xerxen: Quam diuersa rex inter se nunc facis, & dudum dixisti, qui te beatum esse dixeras, nunc lacry/

lacrymas fundis? Et ille: Reputantem, me inquit, quam breuis est omnis humana uita, subiit horum miseratio: quorum cum tot sint, nemo ad centesimum annum supererit. Excipiens Artabanus: Atqui, inquit, alia, quam istud est, uiuendo miserabiliora patimur. Itaq; tam breui uita nullus horum adeo felix extitit, neq; horum, neq; aliorum, cui non crebro, nedum semel, subeat animo moriendi uoluntas potius quam uiuendi. Nam incidentes calamitates & morbi, uitam perturbant: efficiuntq; ut cum breuis sit, tamen perlonga uideatur. Ita mors optatissimum est perfugium ærumnose uite, quam Deus dulci gustu aspergens, ob id inuidius fecisseprehenditur.

DE LUCTU, Sermo CXXII.



Proles nostra maior quam lucteri possit. Calamitas apparuit, tantum non in effabilis. Non enim aliud maius hoc malo patiar.

Nec mihi siue luctu mors eueniat: sed amicis Mortuus relinquam dolores & suspiria.

Quam gratæ sunt lacrymæ malè affectis, Et luctuum lamentationes & flebilis Musica.

Hic sanè solus est miseris mortalibus honor, Tonderi comam, & effundere lacrymas genis.

Patroclū desleamus: hic enim honor est defunctorum, Inest & lacrymis uoluptas quædam mortalibus,

Cum quis amicū misericordia motus deplorat. Est etiam in malis aliquid uoluptatis

Hominibus, nempe luctus, & lacrymarū defluxiones. Hec enim leuant animi dolores,

Hi nimios pectoris labores soluunt.

Hoc à natura ingenitum est hominibus:

Bacchylidis  
in Hymnis.

Æschylis in  
Heraculis,  
Solonis.

Euripidis in  
Troadibus,  
Homeri in  
Odyss. 4.

Bisidem in  
Iliad. 18.  
Euripidis in  
Archelao,  
Bisidem in  
Oanomad.

Bisidem in  
Phryxo.

Esti

Et si quis iure mortem obierit, nihilominus tamen cupit  
Vnusquisq; amicos sibi astrictos deslere.

Sophoclis in  
Teucro.

O quam inane, fili mi,  
Gaudium me delestat, propter te laudatum  
Veluti uiuentem. Latens autem in tenebris me  
Mulcebat Erynnis uoluptatibus falsum.

Eiusdem

Cupio me mortis illius præbere socium.  
Sequeris, Non est quod festines ad fatum tuum,  
Philemonis. Quid que so proficis? Nihil. Sed tristitia profert  
Lacrymas, ueluti arbor ista fructum.

Demosthenis  
ex Epistolis.

Sensuunt se leuari, qui iniurijs affecti sunt, ex narratione  
illorum que patiuntur, quemadmodum dolentes per suspi-  
ria leuantur.

Solon amisso filio flebat: & cum dixisset quidam, nihil  
eum proficere flendo, propter hoc ipsum flere se dixit.

Obrimi pro  
Protogono.

Homini bus etiam luctuum aliqua est gratia, & hoc so-  
latum natura nobis in aduersis casibus dedit.

Platonis legū  
libro 12.

Lachrymis mortuos decorare, aut non, turpe legumla-  
tori cogere est: plangere uerò, & extra domum uociferari,  
prohibendum est. Cadauer etiam manifeste per uias urbis  
frequētiores efferre, et palam euolare, aut ante diem extra  
urbem se afflictere non liceat.

## DE SEPULTURA,

### Sermo CXXIII.

Euripidis in  
Polyde.



entes hominum insaniant,  
Cum sumptus inutiles pro mortuis expendunt.  
Nunquam emulatus sum cadauer sum-  
ptuosum;

Menandri in  
Perinthia.

Nam spacij non amplius occupat, quam ualde pauper.

Moschionis  
al. Menandri

Sinite iam terra mortuos operiri.

Et

Et unumquodq; unde in corpus uenit,  
Illuc redire: spiritum quidem ad æthera,  
Corpus uerò in terram. Non enim posidemus  
Ipsam propriam, sed quamdiu hanc uitam incolimus,  
Deinde restituendum est sue parenti.

Relicta uita, id quod sub terra est, colunt,  
Res uana: dum uiuit enim quispiam, felix est, o Creon.  
Imaginis enim & monumentorum post uitam  
Semper negligens, uiuus aliquid habere uolo.

Tumulum ei erigere, & exequias exequi.  
Ut funus ei adornent fratres socij q;  
Tumulo & cippo, hic enim honos defunctorum est.  
Sed illum qui mortuus fuerit, sepelire oportet  
Immitem habentes animum, non supra diem unum lacry-  
mantes.

Insignium uirorum uniuersa terra sepulchrum est.  
Socrates cicutam bibiturus, à quibusdam interrogatus,  
quomodo sepeliri uellet. Eo modo, dixit, quo uobis facilli-  
mum fuerit.

Diogenes dicebat, si canes cadauer suum lacerarent,  
Hyrcanam sepulturam fore: sin uultures, Iberam. At si nul-  
lum animal accederet, ipsam tempus pulcherrimam sibi fore  
sepulturam, corpore à preciosissimis rebus, sole inquam &  
imbribus absumpto.

Hi j cõbustis cadaueribus, & ossibus collectis, in mor-  
tuario ea contundunt, deinde nauigio imponentes in altum  
nauigant, eaq; per cribrum ad uentorum flatus dispergunt,  
donec omnino dissipentur & aboleantur.

Tauri gens Scythica, cum regibus extinctis gratisi-  
mos eorum amicos unã sepeliunt. Si uerò amicus aliquis

Euripidis in  
Andromeda.

Læonis in  
Diathæcis.

Homeri in  
Odyssi.  
Homeri in  
Iliade.

Iliad. 16.

Thucydidis  
Æliani in uar-  
ia historia.

Diogenis.

Ex Collecta-  
neis Nicolai  
de moribus  
gentium.  
Sepultura he-  
nos apud di-  
ueros.

regi

regi interierit, pro illius dignitate & merito rex auriculam uel totam, uel eius partem amputat.

Sindi totidem pisces iniiciunt sepulchris, quot hostes se peliendus necauerit.

Colchi defunctos non sepeliunt, sed ex arboribus suspendunt.

Phryges non defodiunt mortuos sacerdotes, sed supra lapides decem cubitorum erectos eos statuunt.

Panibi Libyes regis extincti corpus obruunt terra, caput autem abscissum & inauratum in delubro collocant.

Indi, cum moriuntur, charissimam ex uxoribus unam concremant. Fit autem inter uxores maximum certamen dum singulas ut uincant, acri studio amici promouent.

Idem Herodotus Historiarum libro quinto, à Scythis qui supra Chrestonæos incolunt, fieri tradit.

Herodoti lib.  
3. Histo.

Perse & Aegyptij nefas esse putant, mortuos comburere. Nam Perse ignem deum existimant. Quare non iustum esse dicunt, humanum cadaver offerre Deo. Aegyptij uerò persuasum habent, ignem animatam quandam esse beluam, quæ quæcunq; nanciscitur, deuorat atq; consumit: at cum est expleta, ipsam, & quæ ab ea uorata sunt, unà cremari, ut aliæ pleræq; nationes, Aegyptij statuerunt: sed ea cōdire, ne à uermibus consumi possent.

P'atonis le.  
gum l. b. 4.

Cum sepulchrorū alia excedant, alia deficiāt, alia mediū teneāt, mediocria tu simpliciter laudasti, fieriq; sola iustitiam habuisti. Ego autem, si uxor mihi diuissima esset, iuberetq; ut eā magnifice sepelirē, in pōemate excedens sepulchrū laudare: pauper aut uir, atq; auarus, deficiēs. Qui uerò mediocres diuitias possidet, & ipse quoq; moderatus sit, medium laudabit.

Meum

Meum corpus, o mihi charissimi filij, cum moriar, neq; in auro condite, neq; in argento, neq; in alia re prorsus ulla: sed illud terra reddite quamprimum. Quid enim hac re beatius, quam terræ misceri, quæ pulchra omnia, bona omnia & gignit & nutrit? Ego uerò & alias me humanum præstiti, & nunc iucunde mihi uideor eius rei particeps fieri, quæ beneficia est in homines.

### CONSOLATORIA,

Se. mo CXXIII.



Sustineas, neq; nimis in animo tuo lugeas  
Nihil enim proficies, utcunque grauius ob  
solum dolens.

Nec excitabis eū prius, q̄ & alia tibi calamitas accidat.

Non licet (inani) desistere mortuum uentre,  
Perditurus est aliquis olim etiam chariorem sibi multo  
Sive fratrem germanum, seu filium quoq;  
Veruntamen luctum doloremq; remittit.

Patientem nanq; hominibus fata dedere animum.

Nam & Niobe pulchricoma memor cibi fuit,  
Cui duodecim liberi in ædibus obierunt,  
Sex filia, ac totidem filij pubescentes.

De homine defuncto non cogitabimus,  
Si quid sapiamus, amplius uno die,

Omnes illic peruenerunt, ubi nos desinemus.  
Ferenda est fortuna humaniter, o hospes.

Communes euentus ferre communiter oportet.

Agnosces res humanas, neq; supra modum  
Dole: non sola enim malè affigeris.

Hoc ei accidit, quod etiā tibi, & omnibus euenturū est.  
Sustineas anime in malis, quāuis intolerabilia passus.

f

72

Timi.

Xenophontis  
Pædia Cyl  
lib. 8.

Homeri  
Iliad. 24.

Iliad. 19.  
Iliad. 24.

ibidem

Simonidis

Menandri

Euripidis in  
Ione.

Euripidis in  
Protesilao.  
Theognidis

*Timidorum sanè cor magis est præceps, ac impatiens.*  
*Neq; uanis negocijs dolorem tibi augens,*  
*Odio aut molestia afficiaris: neq; amicos tristitia,*  
*Neq; inimicos gaudio perfidas. Deorum enim fatalia*  
*dona sunt,*

*Quæ mortalis homo non facile effugerit.*

*Ex animo luceas omnino mediocriter, & aliquid in-*  
*cundi*

*Dicas, nihilo secius memor defuncti.*

*Non lugeo te charissime hospes: multa enim percepisti*  
*Bona: nunc uero malorum tibi sortem Deus dedit.*

*Et tum quispiam moderatè defuncti nomine tristetur.*  
*Et moderatè lugeat. Nam omnino à lachrymis alienum*  
*Parce læserunt.*

*Statim oboritur saties tristifici luctus,*

*Sic enim constituerunt dii miseris hominibus,*  
*Vt uiuant mœsti: at ipsi extra omnem curam sunt.*

*Lugere mortuos, res est infinita, & inops consilij.*

*Quin tu defunctos obijisse finis,*  
*Et effusos dolores colligis?*

*Quod si liceret lugendo mederi malis,*  
*Et mortuum lacrymis reuocare,*

*Aurum sanè uilius foret fletu.*

*Nunc autem, ô senex, fieri nequaquam potest,*  
*Vt qui sepulchro conditus est, in lucem reducatur.*  
*Nam & mihi pater, si quid lacrymæ proficerent,*  
*In lucem redisset.*

*Si lacrymæ nobis remedium essent malorum,*  
*Et qui lugeret, dolore semper leuaretur,*  
*Aurum sanè pro lacrymis permutaremus.*

*Audi*

*Audi amice, si quid tibi dicere uidear-*  
*Homo natura laboriosum est animal,*  
*Et multum uita molestiæ adfert secum.*  
*Inuenit igitur curarum solatia*  
*Ista. Mens enim oblita suorum,*  
*Et alienis demulsa malis,*  
*Cum uoluptate prudentior etiam euadit.*  
*Nam Tragædos, si libet, primum considera,*  
*Quam sint utiles omnibus. Pauper enim aliquis*  
*Pauperiorem se cognoscens Telephum*  
*Fuisse, facilius ita paupertatem fert.*  
*Qui morbum aliquem furiosum patitur, Alcæonem*  
*contemplatur.*

*Lippiens alius, Isyphum cæcum uidet.*

*Si cui filia obiit, Niobe leuat dolorem.*

*Qui claudicat, Philoctetem inspicit.*

*Infortunatus quispiam senex, Oeneum cognoscit.*

*Siquidem omnes suis maiores*

*Calamitates alijs accidisse considerans,*

*Sua ipsius infortunia minus luget.*

*Casus ueteres non deplorandi sunt nouis lacrymis.*

*Tempus te sanabit, qui communis est medicus.*

*Medicus omnium necessariorum malorum*

*Tempus est, quod tibi quoq; nunc medebitur.*

*Fili mi, quam diu luctu tristitiaq;*

*Cor tuum exedes?*

*Parce tuæ uitæ, ne ipsam animi affectibus edas.*

*Tempus omni mœstitiæ medetur.*

*Cum tēpus aderit, quod à Ioue, ut dolores concoquat,*

*Destinatum est, & solum luctus remedia continet.*

Philæta in  
Pagnijs, id  
est, loca.

Philæta in  
Epigramma-  
tibus.

Euphorionis.

Homeri in  
Odyss. 4.  
Eiusdem in  
Iliad. 24.  
Stesichorij.  
Euripidis in  
Menalippe.

Sophoclis in  
Scyrjjs.

Philemonis  
in Sardin.

Euripidis in  
Alexandra.  
Phil. pptæ  
in Philippo.  
Menandri.  
Homeri.  
Iliad. 24.

Pythagoræ  
Diphili,  
alijs Iphicij.  
Philæta in  
Ceterc.

Nam qui miserabili fletu satur fuerit,  
Ille miseris curas expectorat.

Antiphonis in  
Aphrodisis

Lugendi sunt moderate coniuncti nobis olim amici.  
Non enim mortui sunt, sed eandem viam,  
Quam ingredi omnibus necessarium est,  
Præ iucunt. Nos etiam in posterum  
In idem cum ipsis diuersorium ueniemus,  
Communem unâ reliquam acturi uitam.

Euripidis in  
Andromachæ

Deinde tristari pro defunctis.  
Nam cunctis hominibus hoc à dijs  
Suffragij datum est, ut mortis imposita necessitas.

Blusdem.

Omnibus hominibus obeunda mors est.  
Cum igitur sit communis, patimur etiam communia  
Omnes. Fati enim maior uis est, quam ubi fatum abest.

Archilochi.

Aerumnis luctuosus ô Pericles, neq; cuius aliquis,  
Neq; ciuitas laboras & conquerens, epulis delectabitur.  
Illos enim fluctus tumultuosi maris

Fregit. Nos autem tumidos præ doloribus habemus  
Pulmones. Verum dij maximis malis,  
O amice, duram patientiam addiderunt  
Remedium, quod alias alius habet. Nunc quidem ad nos  
Versum est, & cruentum huiusmodi suspirijs gemimus.  
Ast alias uicissim alios afficiet. Sed age statim  
Patientes estote, muliebri luctu depulso.

Polyxeni.

Propter morientes ne tristeris: est enim necessarium.  
Sed propter turpiter è uita discedentes.

Amasis.

Amasis ad quendam filio priuatum dixit: Si non tristatus es, cum nondum esset, ne nunc quidem dolere debes, cum non amplius est.

Dionis ex  
Charidemo.

Res nostræ ita eueniunt, ut Deo uisum est. Nihil autem  
eorum

eorum que sunt, graue existimandum, aut egrè ferendum  
est, tanquam indignum. Siquidem cum alij sapientes, tum  
Homerus in primis nos monet, hominibus nõ esse spernenda  
deorum dona. Rectè sanè dona uocans ipsa deorum opera,  
ut que omnia bona sint, & boni alicuius gratia fiant.

Theocriti.

Theocritus in funebri conuiuio, cum is, cuius erat luseret, auidius cibum ingereret: Bono sis animo, dixit, non ad te solum hæc pertinent (locus est in ambiguitate: nam uerba ista, Non ad te solum hæc pertinent: tum ad conuiuium commune, tum ad communem mortis conditionem referri possunt.)

Non oportet ea deslere, quibus priuati sumus: sed meminisse, quod optimam uitam cum amicis egerimus.

Apothonij ad  
Numenium.

Res est forsitan difficilis, illos consolari, qui huiusmodi affectibus laborant. Luctus enim neq; ratione, neq; lege sopiuntur. Verum natura cuiusque & amicitia erga defunctum, lugendi terminum cõtinet. Animo tamen erigi oportet, ac tristitiam, quoad fieri potest, minuere: atq; meminisse non solum funeris defunctorum, sed etiam uirtutis, quam reliquerunt. Non enim lacrymis digna passi sunt, sed magnis laudibus celebranda facta ediderunt. Quod si mortalem senectam non atigerunt, immortalẽ tamen gloriã consequuti sunt, & per omnia felices euaserunt. Nã quotquot ipsorum sine liberis decesserunt, &c.

Hypocritæ.

Que molesta sunt alienis malis consolari oportet.

Apothonij ad  
Theæterum.  
Busebij.

Qui cum molestũ aliquid incidit, dijs irascitur, is maius sibi malum querit.

Cum molestum aliquid ingruit, quere, num quid aliud præsentis molestia grauius usquam appareat: quod si apparuerit, gaudeto, præsentẽ tanquam minore malo.

Blusdem.

Dionysij Ha-  
licarnas.  
Socratis.

illis qui resistunt, & non collabuntur, leuiora sunt mala.  
Alex ludo similis est vita: & quicquid euenit, ueluti  
quandam tesseram disponere oportet. Non enim denuo ia-  
cere licet, neq; tesseram aliter ponere.

Xenophontis  
ex Epistola  
ad Socratem.

Non decet tanto luctu prosequi mortem, cum scias, quod  
humanae uiae principium generatio, finis autem mors exi-  
stimanda sit. Mortuus enim est, quod cuius etiam si inui-  
to contingit. Bene autem mori, hominis uoluntarij, & ut  
conuenit, instituti opus est. Bene igitur Gryllus est, & qui-  
cunq; non longissimam, sed uirtuti coniunctam uitam eli-  
git, & si breue tempus aetatis Deus ei concesserit.

Platonis de  
Repub. lib. 10

Lex dicitur optimum esse in aduersis, quam maxime fie-  
ri potest, quietem agere, neq; conqueri: quod incertum sit,  
bonumne id sit, an malum, quod accidit: tum quod nihil do-  
lor ad sequentia conferat, neq; ulla humanarum rerum, ma-  
gnipendenda sit, eiq; quod subito praesidio esse potest, do-  
lor impedimento sit. Cui inquis? Consultare, unquam, circa  
ea quae acciderunt, in primis oportet, & tanquam in tessera  
in iactu, prout, cecidit, quomodo cunq; ratio melius rem ha-  
bere dicat, negotia disponere. Neq; uero si quid aduersi in-  
ciderit, prosternere nos debemus: atq; ut pueri solent, cum  
offendunt in lapidem, procidentes circa id quod laesit, eiu-  
slando moram trahere: sed animum adsuefacere, ut ad sa-  
nandum praesto adsit, & quicquid egrotat, dimissis lamen-  
tationibus corrigat. Opportunum hoc quidem est aduer-  
sus fortunae ictus remedium. Quod sane optimum est, ra-  
tioni huic libenter obtemperat. Cōstat. Quod uero ad per-  
turbationis recordationem luctumq; rapit, in eisq; diutius  
detinet, irrationale est, languidum, formidolosum, ita di-  
cendum.

IN DEFUNCTOS NON EXERCEN-  
dam esse contumeliam, Sermo CXXV.



N surdam tellurem contumelias agit iracundus.  
Nefas est super uiris defunctis gloriari.  
Temerarium est, umbram hominis mortui affli-  
gere.

Viuos castigare decet, non mortuos.

Malum est enim, uiris defunctis conuiciari.

Mors enim hominibus contentionum finem

Habet. Quid enim inter mortales morte maius esse potest?

Quis durum saxum hasta uulnerans

Dolore afficiet? Et quis in mortuos contumeliosus dolo-  
rem eis cieat,

Cum nullam affectionem sentiant?

Vita sanctos, si libet, beneficijs prosequere.

Nam iniuriam illis inferre facile quidem factu est:

(Neq; gaudio neq; dolore mortales afficiantur.)

Verum Nemesis superior nobis est,

Et ipsa iustitia mortuum uindicat.

Homini mortuo unusquisq; licet admodum

Inimicus antea fuerit, conciliatur.

Decet, ut qui uiuunt, mortuis

Honores tribuendo, infernale numen colant.

Mortuos Misericordia benignum numen sequitur:

Viuentes autem aliud iniustissimum, nempe Inuidia.

Oportet autem mortuo

Viuentem inseruire & auxiliari, utpote moriturum &  
ipsum.

Insigni cuiquam uiro proni sumus omnes

Inuidere uiuo, mortuum autem laudare.

Homeri  
Iliad. 24.  
Eiudem in  
Odyss. 10.  
Molchionis  
in Phreatis.

Archilochi-  
Euripidis in  
Antigonæ.

Æschylus in  
Hæclore.

Diodori, si quis  
Dionysij in  
Sotera.  
Euripidis in  
Phoenisis.

Archilochi  
aliam Timocli  
Sophoclis in  
Larissæis.

Mimermetri  
in Neoptol.

Sophoclis in  
Aiace.

O Menelæe, qui sermonem habuisti sapientem uide,  
Ne tu ipse iniurius fias mortuus.

Melchionis.

Quid uiuat mortuos, qui non amplius sunt, affligere?  
Aut mutam terram contumelijs affligere?  
Postquam enim, qui iucunda discernit,  
Et molesta, sensus iam interierit,  
Corpus in posterum instar est surdæ petre.

Chilonis.  
Platonis li 8.  
de Repub.

Defuncti non maledictis afficias, sed beatum prædices.  
An non illiberale quiddam, cogitationisq; auare, mul-  
liebris, ac uilis esse uidetur, cadauer expoliare, hostemq;  
putare mortui corpus, cum aduersarius ipse abierit, eo quo  
pugnabat relicto? Num censeres eos, qui hoc agunt, differre  
à canibus, aduersus iactos lapides irascensibus eo qui iacit  
dimisso? Nihil equidem differre arbitror. Quare à rapi-  
nis huiusmodi abstinendum est, uictoria namq; obsunt.

Eiusd. lib. 11.  
Legur.

Deos maxime superos timeant, qui de puerorum deso-  
lacione prociuat: deinde etiam mortuorum manes, quibus  
natura inest, ut præcipua illorum cura teneantur, qui ab  
eis geniti sunt adeo ut honorantibus eos propitijs, contem-  
nentibus in fensu sint.

MEMORIAM PLURIMORVM  
à morte statim euanescere, Ser-  
mo CXXVI.

Baripidis.  
Menandri.  
Sophoclis in  
Aiace.



Nullus enim hominū fidus est amicus tuo malo.  
Mortuos etiam grati sermones deserunt.  
Pape, quam citò apud homines mortui  
Gratia diffuit, et deserta apparet.

Archilochi.

Nullus inter ciues à morte honorabilis aut clarus  
Fit: sed potius uiuentis gratiam aucupamur  
Vni. Pessimè autem erga mortuum agitur.

Cum

Cū defunctus est quispiã, omnis hominū gratia perit. *Stefichori.*  
Quam agrestis hic uir est, et hospitibus inhospitalis, *Euripidis.*  
Et nulla in re, ubi oportebat, amici memor.  
Rari planè sunt amici post funus constantes,  
Etsi prius cõiunctissimi. Nã in præsentia habere præpollet.  
Gratia pietatis, quæ coram fieri solebat, *Eiusdem.*  
Interit, cum quis domo effertur.

Tempus obscurat omnia, et obliuione inuoluit.  
SENTENTIAE QUÆDAM THEO-  
stiffi perquam utiles, ad eos qui molli et supino  
sunt animo, iuxta literarū græcarum seriem.

**N**olesta res est, infortunia, quæ propter mise-  
riam et calamitatem humana natura ino-  
pinatò ingruunt, nõ leuare: sed exprobrare,  
et doloris acrimoniam augere, ueluti fo-  
mentum perturbationis et poenæ erga congenerem nau-  
ram existentes.

Præstat super nouacula ingredi, quã uti fastu eum præ-  
sumptione. Inconstans enim et instabilis uita est.  
Homines improbitate magis magisque lasciuente, ueluti  
terra congesta sese obruunt, et inimicis ridiculi sũt, itemq;  
ipsorum posteri.

Magna uis consuetudinis est ad amolendum satiata/  
tem, et naturam uicissim immutandum.

Amicis feliciter agentibus plurimi congratulatur: in/  
fortunatis autè pauci condolent, malo malum solantes:  
Vitã optimã pro pessima acquirere, laboriosum est.

Stultitiæ non minus est, quàm inanis studij, internam  
animorū et strenuã alacritatẽ dissoluere ociosi de ambo/  
lacionibus.

Nullus

Nullus adhuc unquam audacia, sed labore, generositate, & modestia uirtutem acquisiuit.

Mederi oportet tum recipientibus se à morbo, tum non recipientibus: his, ne moriantur: illis, ne in eundem morbum recidant.

Non tam ingenij solertia, quam uirtute gloriari decet.

Virorum constantium est, animi statum in periculis reseruum & immobilem conseruare.

Prestantissimum quidem est, & Dei proprium, omnino non delinquere: generosum uero hominū, statim ut quis peccato succubuit, respicere.

Vt nauis una anchora non stabilitur, sic unica spe ad portum tranquillitatis non appellimus.

Ab instructis ornatu nimio spectaculis omni modo abesse oportet, ac educationem umbratilem cuitare, ne uoluptate elato improbitatis nota tibi inuratur.

Non tam agrè ferendum est, nauim cum omnibus que uehit, submergi: quam seipsum perturbationibus obrutum, & iam desperatū, in altū perniciosi gurgitem demergere.

Quicquid a quo interuallo ab honore & poena distat, nondum uirtus est.

Ocij malitia replentis, & lapsum ingentem afferentis infringendæ sunt uires.

Parasitos nefandis & indignis dictu uitijs ad blandientes, & ut plurimum fascinantes nihil moraberis, neq; commoueberis.

Difficile est cauere & anteuertere amicorum conuersationes, qui clanculum nobis malè uolunt: cum omnis suspicio familiaritatis nomine occultetur. Ab externis uero & inimicis nobis cauere facilius est.

In altum

In altum tendere oportet, non autem superbire, salubres uias occupantem.

Obliquæ & decliues uia modis omnibus fugiendæ sunt, abruptæ autem, & rectæ sursum ferentes complectendæ.

Difficilia, quæ pulchra sunt: mala uero, non difficilia.

Anima à corporis inquinacione summo studio separanda est. Nam ualde necessarium est, ut à contagio eius remoti liberiq; simus.

Occasiones cautè deligendæ sunt. Nam si transgrediaris ipsas, extremè aliquando periclitaberis, nec non si citra nimium constiteris.

FINIS.

